

ANTONII DADINI ALTESERRÆ
ANTECESSORIS OLIM TOLOSANI
OPERA OMNIA
TOMUS V.
IN QUATUOR PARTES DIVISUS.

1061°

Quarum prior de DUCIBUS ET COMITIBUS provincialibus
Galliae libros tres : secunda de origine & statu
feudorum pro moribus Galliae librum singularem:
tertia vero in libros CLEMENTINARUM
commentarios : quarta demum sex
prælectiones solemnes habitas pro
instaurandis scholis ,
exhibit .

CURA ET SUMTIBUS

MICHAELIS MAROTTA

*Bibliothèque
de l'École de Droit*
Jurisconsulti & in supremis Neapolitanis tribunalibus
causarum patroni .



EDITIO PRIMA NEAPOLITANA . M DCC LXXVII .

CUM PRIVILEGIO REGIS .

СЕМЕЙСТВО СИДАД ИМОТИ

БАТОЛЯМ СИДАД ИМОТИ



ERUDITO LECTORI

MICHAEL MAROTTA.



Uinto hoc tomo operum viri doctissimi ANTONII DADINI ALTESERRÆ, quem viris eruditis exhibeo, quatuor continentur. Unum est opus de *Ducibus & Comitibus provincialibus Galliae*: alterum de *origine & statu feudorum pro moribus Galliae*: tertium sunt *commentarii in libros clementinarum*: & quartum denique *sex prælectiones pro instaurandis scholis*. Quorum quidem duo priora Tolosæ anno M DC XLIII conjunctim sunt edita: reliqua vero duo item conjunctim Parisiis M DC LXXX prodierunt: ex quibus editionibus hæc mea descripta est; sed placuit in unum volumen compingere, ne tomus exiguae molis videretur.

Adgressus horum operum editionem, non multum mihi laborandum esse initio credideram. Sane opus de *Ducibus & Comitibus provincialibus Galliae*, itemque opus de *origine & statu feudorum*, edita fuerunt Tolosæ, quæ auctoris patria erat, atque adeo, ut videtur, ipso auctore superstite ipsamque editionem curante: ac præterea post capitum indicem brevem

a ij

errorum recensionem & emendationem exhibent. Ut hinc jure liceret suspicari, quinimmo præsumere, libros illos fatis emendatos in lucem prodiisse. Quod idem de duobus aliis opusculis non sine fundamento mihi persuaseram. Etenim auctor ipse solemnes prælectiones vel memoriae mandaverat, vel saltem ex scripto prælegerat in schola Tolosana, in qua ipse eminentissimus erat antecessor. Et ad calcem indicis rerum utrorumque opuscularum, ubi editores ad mendorum recensionem veniunt, hæc habent: *His emendandis, absentia auctoris, dum sub prelo premeretur hoc opus, & ipsius autographi per quam scrupulosa difficultas, locum dedere: quibus ut parcas, Lector, gratum tibi sit:* & inde statim adjungunt errorum seriem, qui nec multi nec magni momenti sunt. Quis ergo non crederet, opuscula ista esse emendatissima, &, præter menda ab editoribus animadversa & emendata, recte procedere?

Sed quam falsus animi fui! Ubi enim in rem præsentem veni, & ipsas auctoris lucubrationes inspicere & observare coepi, ingens errorum omnis generis silva se mihi objecit: quod non sine mœrore sensi. Et ita verissimum esse cognovi judicium, quod de operibus ALTESERRÆ in præfatione tomo primo præfixa exposui: auctorem nempe doctissimum & multum tribuisse memoriae, qua pollebat, & parum curasse in feligendis hominibus, qui suis operibus edendis superesse deberent. Menda autem, quæ in his operibus occurunt, spestant rectam scribendi rationem, item syntaxim sive Græcam sive Latinam: peccatur etiam sæpiissime in citandis legibus & canonibus, ac locis auctorum: & sæpe etiam verba ipsa legum & canonum, ac loca auctorum depravata exhibentur.

Positus in his angustiis, quod existimatio suscepitam provinciam deferere non pateretur, durandum mihi esse duxi. In his igitur operibus edendis, non secus ac in prioribus feceram, leges omnes ac canones ab auctore citatos in suis fontibus consului: loca etiam omnia scriptorum Græcorum & Latinorum, quæ mendosa esse videbantur, cum suis autographis contuli, si penes me vel apud amicos inventiebantur, nam ob ferias autumnales publicæ bibliothecæ clausæ erant. Hinc sexcentas emendationes in ipso contextu feci, paucis exceptis, quas in marginibus signo † apposito adnotavi. Et ita processeram ferme usque ad medium *commentarium*

rum in clementinas. Sed prospiciens, paginam non extare, quæ mendis careret, consilium mutavi, & inde omnia descripsi prout erant edita, emendationem in marginibus adnotando, apposito signo † in locis, ubi menda cubabant. Quin si quæ leges aut canones occurrerunt, quibus, ex mea sententia auctoris argumenta non satis probari videbantur, in ipso contextu hoc signum * præmisi, ut inde sapiens lector admonitus melius judicaret.

Sed ut eruditus lector reapse cognoscat vel partem aliquam tædiosi laboris, quem in his operibus edendis sustinui, recensere juvabit aliquot ex erroribus in ipso contextu emendatis: nam superfluum est eos memorare, qui vel primo obtutu ad margines adnotati yidentur. Interim vero admonitum lectorem velim, aliquos errores necessario in hac mea editione debuisse describi; quod scilicet, et si eos observaverim, tamen emendare non potui, utpote qui auctores non habebam, quorum collatione facilis erat emendatio. Et sunt videlicet.

Pag. 9. edit. Tolosan. Aimoinus, & in marg. lib. 1. c. 17. & 14. In mea edit. pag. 5. Postea visus in lib. 1. cap. 7. & 14.

Pag. 63. lin. 15. Ludovicum sub anno 588. locuples auctor Guido Coquille, & in marg. in hist. Niuern. In mea edit. pag. 28. lin. 9. ab infr. Annus ita debet esse post annum 1300. Sed usque adhuc autographum habere non licuit.

Pag. 75. in marg. c. pervenit de cons. In mea edit. pag. 33. in marg. Attamen in lib. meo hoc cap. desideratur sub. tit. *de consuet. de consecrat. eccl. vel. alt. de consang. &c. affinit.* qui referri possent ad cit. tit. *de cons.* Nec facit cap. pervenit de cons.

Pag. 203. & in mea editione pag. 91. locus Balsamonis (postea a me visus) sic legendum: ἵνα ἐρέσται ὁ γάμος ἢ θυγατέρος, οὐ ἐγόνης τῷ αξιωματικῷ πρὸς απελθέντον ή σύζυγον, η σύζυγος ίδιον η σύζυγης. Οὐ δέ κράτιος οὐ γάμος ίμων Βασιλεὺς διαφόρων συνικέσια διγενῶν συναφθεισῶν αὐτράσι διέσπασε, οὐ τῆς συναφθέντας μεγάλως ἐκόλασεν, διὸ οὐ πεποίκη η εἰς τὴν Βασιλικὸν γράμματον κύριον Θεόδωρον τὸν Μεσαρίτην τῷ Σεβαστῷ τῷ Βουεννίῳ η θυγατέρας χωρὶς εἰδοσεως Βασιλικής εἰς γυναικεῖα λαβούστα. Non est validum matrimonium filia vel neptis viri senatoris cum liberto vel scenico, vel scenici aut scenice filio. Potens autem & sanctus noster Imperator cum nobilium aliquot mulierum cum viris ignobilibus contracta essent matrimonia, ea separavit, & conjunctos valde puniit, ut fecit in regium dominum Theodorum, Mesaritemque, qui Augusti Briennii filiam absque Imperatoris scientia in uxorem acceperat.

*Errata in corpore hujusce tomī correcta. Mitto (prout in
præcedenti quarto tomo feci) quæ ad orthographiam per-
tinent, aut levia sunt : & aliquot circa syntaxim,
& quæ leges, canones, & loca ac nomina
auctorum respiciunt, tantum exhibeo.*

Edit. Tolosan.

Procopius de ædificiis Iustiniani ; (&
in marg. lib. 3.) καὶ στρωπηλές κατα-
λόγοις τῆδε ιδρύσατο, οἷς δὴ ἀρχοντα
ἴσαι εἰσεσάναι διώρισεν, ὃν ρωμαῖοι δῆκα-
τῇ λατίνῃ καλέστι φονῇ pag. 3. lin. 23.
& seqq.

I. 9. C. de re milit. I. 113. C. de
decur. pag. 4. in marg.

κομήτων ὡς οἱ &c. pag. 5. lin. 5. ab
infr.

I. un. C. de Comit. Consist. pag. 6.
in marg.

I. i. C. de princ. Schol. pag. 8. in
marg.

Marin. lib. 9. de reb. Hispan. pag.
17. in marg.

C. Sanctorum 10. qu. 2. pag. 32. in
marg.

Can. in nomine Domini. 24. d. pag.
38. in marg.

Can. constitutum 7. q. 7. pag. 44.
in marg.

Thomas Vualsingan : in Hypodeigm.
Neufr. 1148. pag. 53: in fin. & in
marg.

*Qui status regnum penes vos seit,
scire cupit, & an Hugo, quem vestra
lingua Abbi-Comitem dicitis uxorem du-
xerit, pag. 65. in fin. ad 66.*

Tempore Aureliani Imperatoris de
hæresi damnatus, & Episcopatu abjectus
Paulus Samosatenus, Domino in eius
locum adlecto, pag. 79. post cap. lin.
3. & seqq.

lib. 7. hist. cap. 24. ibid. in marg.

lib. 7. c. 27. pag. 80. in marg.

Edit. mea.

Procopius de ædificiis Justiniani: (&
in marg. Lib. 3. c. 3.) καὶ στρω-
πηλές καταλόγοις τῆδε ιδρύσατο, οἷς δὴ
ἀρχοντα εἴσαι εἰσεσάναι διώρισεν, ὃν περ
Δεσκα Ρωμαῖοι τῇ Λατίνῳ καλέστι φονῇ.
pag. 2. lin. 26. & seqq.

C. Th. ibid. in marg.

Κομήτων δοι, &c. pag. 3. post cap.
lin. 15.

I. i. C. de Comit. consist. ibid. in
marg.

I. i. C. de privil. schol. pag. 4. in
marg.

Marian. lib. 9. de reb. Hispan. pag.
8. in marg.

10. qu. 1. pag. 15. in marg.

23. dist. pag. 17. in marg.

7. q. 1. pag. 20. in marg.

Thomas Walsingham : in Hypodigm.
Neufr. pag. 24. lin. 29. & in marg.

*Qui status regnum penes vos sit,
seire cupit (Hadalbero Rhemensis Ar-
chiepiscopus) & an Hugo, quem ve-
stra lingua abbi-Comitem dicitis, uxo-
rem duxerit. pag. 29. lin. 6. & seqq.
ab infr.*

Dominino in ejus locum adlecto, pag.
35. post cap. lin. 3.

Lib. 7. histor. cap. 30. ibid. in
marg.

Lib. 7. cap. 28. ibid. in marg.

Edit.

Edit. Tolosan.

Edit. mea.

lib. 7. hist. c. 10. pag. 95. in marg.

Lib. 7. histor. cap. 11. pag. 42. in
marg.lib. 1. c. 20. pag. 116. in marg.
c. clericos ex. ne clerici, vel Monac.
pag. 135. in marg.Lib. 1. cap. 27. pag. 52. in marg.
c. clericis, pag. 60. in marg.

In Regno Francie, inquit, communia Scabini, sive Consules jurisdictionem in ipsis communis, civitatibus, castris, & villis temporalem exercent. pag. 137. in princ.

In Regno . . . consules, & alii domini temporales, & ii qui jurisdictionem, &c. pag. 61. lin. 36. & seqq.

lib. 3. de vit. Constant. c. 46. pag. 140. in marg.

Lib. 3. de vit. Constant. c. 47. pag. 63. in marg.

lib. 1. C. de natur. lib. pag. 171. in marg.

l. 1. C. de natur. lib. pag. 76. in marg.

l. 1. & 5. C. si nupt. ex rescr. pet. ibid. in marg.

l. 1. & 2., &c. ibid. in marg.

Imò nonnullæ Galliarum Ecclesiæ aded dignitatis natalium studiosæ memorantur, vt illegitimos ex Canonicorum albo faciliere jufferint, vt Ecclesia Carnotensi. pag. 175. in fin. ad 176.

ut ecclesia Carnotensis, pag. 78. lin. 29.

Sozom. lib. 1. 58. pag. 179. in marg.

Sozom. lib. 1. c. 8. pag. 80. in marg.

l. 40. C. de bon. proscript. ibid. in marg.

l. 4. C. de bon. proscript. ibid. in marg.

l. 3. §. post. de iur. fisc. pag. 186. in marg.

l. 3. §. si in locis, de jur. fisc. pag. 83. in marg.

l. vr. C. de thesaur. ibid. in marg.
c. excommunicat. ex. de Rapt. pag. 190. in marg.l. un. C. de thesaur. ibid. in marg.
c. excommunicationi, pag. 85. in marg.

c. 1. de iniur. in 6. pag. 194. in marg.

c. un. de injur. in 6. pag. 86. in marg.

Connubium habent ciues Romanis cum ciuibus Romanis. pag. 201. lin. 6. & seq.

cives Romanis cum ciibis Romanis, pag. 90. lin. 5.

Constit. Neap. lib. 3. tit. 21. §. 1. pag. 208. in marg.

Constit. Neap. lib. 3. tit. 23. §. 1. pag. 93. in marg.

cap. 1. §. si enim, quid sit invest.

cap. 1. vers. si enim, quid sit invest.

cap. 1. quid sit invest. cap. imperiale.

cap. imperiale, in fin. de proh. feud.

§. præterea de proh. feud. alien.

alien. per Fr. pag. 106. in marg.

per Fr. pag. 236. ad 237. in marg.

hodieque gaudent Duces & Comite, principalis fastigii simiæ. pag. 240. post cap. lin. 3. & seqq.

hodieque gaudent Duces & Comites, principalis fastigii simiæ, pag. 108. post cap. lin. 2. & seqq.

Nou. Iust. 27. pag. 264. in marg.

Nov. Just. 21. pag. 119. in marg.

cap. super. de reb. Eccl. al. pag. 302. in marg.

cap. ut super, &c. pag. 139. in marg.

cap. tuam vos de ordin. cognit. pag. 325. in marg.

c. tuam non, &c. pag. 150. in marg.

In commentariis ad Clementinas.

Edit. Parif.

cap. *Cum in literis de off. deleg.*
pag. 4. l. 7.

Rescriptum de conferendo Beneficio
quamprimum vacaturo non extenditur
ad Beneficium post datam rescripti crea-
tam , pag. 5. in clem. literas .

can. *In noua . 16. qu. 7. ibid. in*
Clem. cum rationi , lin. 5. & 6..

§. *Eo tamen promisso , pag. 7. in*
princ.

cap. *Ubi periculum . §. Provisions .*
hoc tit. in VI. ibid. lin. 13. & seq.

can. *Si quis Episcopum . 16. qu. 5.*
pag. 8. lin. 9.

cap. 2. eod. tit. in VI. pag. 13. lin.
17.

Et renunciatio beneficii debet fieri
vel per Procuratorem specialiter confi-
tutum , pag. 14. in Clem. cum illusio ,
lin. 4. & seqq.

can. *Interrogasti . 27. dist. pag. 15.*
lin. 20.

cap. *Dilectissimi . 8. q. 1. ibid. lin.*
25.

L. *In Causa . ff. de Procurator.* ibid.
lin. 26.

cap. *E. perpetuus , de fid. instrum.*
pag. 19. in Clem. un. de offic. Vic. lin. 5.

cap. *Cum olim . de accusat.* pag. 22.
lin. 6.

cap. *Cum qui . hoc tit. in VI. pag.*
26. *in Clem. si ante , lin. 4.*

cap. *Cum Iudei hoc tit.... dicto*

cap. *Cum Iudei , pag. 30. lin. 2. & 5.*
cum seq.

L. *Per hunc . C. de tempor. appellat.*
ibid. in Clem. *Tessibus , lin. 7.*

cap. *Indignum . de Regular.* pag. 31.
lin. 26.

can. *Ego Ludovicus . 13. dist. pag.*
33. *lin. 25.*

cap. *Fundamentum . de elect.* in VI.
ibid. lin. 26.

cap. *Constitutus 2. hoc tit. pag. 36.*
in Clem. *appellant , lin. 2.*

Edit. mea.

cap. *in litteris , &c. pag. 169. in*
Clem. Auditor , lin. 7.

post datam rescripti creatum , *ibid.*
lin. antepen.

can. *in nona , 16. qu. 7. pag. 170.*
in Clem. *cum rationi , lin. 4. & 5.*

§. *Eo tamen proviso . pag. 171. in*
princ.

cap. *Ubi periculum , §. provisionis ,*
&c. *ibid. lin. 11.*

can. *si quis Episcoporum , 16. qu. 5.*
ibid. in §. *sane , lin. ult.*

cap. *un. eod. tit. in 6. pag. 175.*
lin. 7.

debet fieri vel per se , vel per pro-
curatorem , &c. *ibid. in Clem. cum il-*
lusio , lin. 4.

can. *quod interrogasti , pag. 176. lin. 20.*

8. qu. 2. *ibid. lin. 24.*

L. *in causæ , ibid. lin. 25.*

cap. *G. perpetuus , pag. 178. lin. 11.*
ab infr.

cap. *olim , pag. 180. in Clem. Reli-*
giofus lin. 6.

cap. *eum qui , pag. 183. in Clem. si*
ante , lin. 3.

cap. *Judei dicto cap. Judei ,*
pag. 185. in Clem. *cum iudei lin. 1.*
& 2. & lin. 4. & 5.

L. *per hanc , ibid. lin. ult.*

cap. *indignum , de reg. jur. pag. 186.*
in Clem. *Romani , lin. ult.*

63. *dist. pag. 187. lin. 4. ab infra.*

cap. *fundamenta , ibid. lin. antepen.*

cap. *constitutis , 2. pag. 189. lin. 11. ab*
infr.

Edit.

S P E C I M E N E R R O R U M .

Edit. Parif.

L. 3. C. Ne liceat in una eademque
causa tertio prouocare. pag. 37. in Clem.

Edit. mea.

L. unic. C. ne liceat, &c. pag. 190.
in Clem. Cum a repulsione, lin. pen.
cum a repulsione, lin. pen.

Errata propria editionis mea.

Pag. 7. in ult. not. marg. Lib. 10. cap. 12. Lib. 10. cap. 22. p. 31. in marg.
Lib. 4. cap. 92. Lib. 4. cap. 29. p. 38. lin. 2. πελενται, πελενται. p. 57. in
marg. in Phocic. p. 264. in Phocic. p. 624. p. 61. lin. 29. επιρωδι, επιρωδι. p.
62. lin. 28. post cap. ορχοντι, αρχοντι. p. 77. lin. 7. ab infr. Urbanus, Ur-
banus II. p. 91. in marg. Joseph. lib. 66. cap. 11. Joseph. lib. 16. cap. 11.
p. 98. lin. 30. speciale, speciale. p. 102. lin. 5. & 6. αρχα, αρχω. p. 104.
lin. 7. & seq. ab infr. conlli, concilii. p. 112. in summ. cap. gyroeta, gyroet-
ae. p. 146. lin. 15. in, in. p. 162. Clem. Judei, Clem. cum Judai. p. 179.
lin. 11. fir, sit. p. 185. Clem. Judei, Clem. cum Judai. p. 212. in §.
Verum, Pontifex, Pontifice. p. 214. in §. Ceterum, ur, ut, p. 218. in §.
Ad hac, conferuntur, conferunt. p. 221. lin. antep. & pen. superflua, superflua.
p. 228. lin. 9. ab infr. natu, nati. p. 252. in marg. Potius κηνωσις, Potius
κηνωσις. p. 253. lin. pen. veritati, veritati.

Aliquot alia correcta sunt in marginibus hoc signo*. Vale.
Dabam Neap. die XXI mensis decembris M DCC LXXVI.

ILLUSTRISSIMO VIRO DOMINO,
D. JOANNI BERTERIO,
BARONI DE MONRABE
ET DE LAUNAGUET,
COMITI CONSISTORIANO,
TOLOSANI SENATUS PRINCIPI.



ERUM vices , & fortunæ lusus cogitanti , IL-
LUSTISSIME PRÆSES , non leve argumentum
occurrit Ducum Comitumque provincialium
Galliaæ clades , quæ non sine miraculo , &
certo Dei de Regum majestate solicii judi-
cio , contigisse visa est . Hinc natum consi-
lium eorum ortus , incrementa , & lapsus ex-
plorandi . Principum , sub quibus hi nimium aucti , pudori par-
co : regnorum excidia penitiori Numinis consilio , quam Prin-
cipum socordia sæpius evenire satis intelligo . Minorum Prin-
cipum ætates lugeo , desavientem sub his Regulorum tyran-
nidem exsecror , & posteris , qui hanc e republica labem elue-
runt , suas laudes & trophæa rependo : ingens certe opus ,
animos viresque superans , sed jubentis imperio , & genio præ-
formatum . Per te cum regno in gratiam redire , per te suo
Principi & Domino conciliari student nostri Duces & Comi-
tes , Reges ultro agnoscent justos majestatis contemptæ vindic-
ces .

ees. Quæ fuerit eorum potestas palam fiet, ut victoris decus clarius elucescat, abscissas regno provincias, leges, Regibus præter nomen nihil fere reliquum: sed actutum sublatos provinciales tyrannos, tot monstra regia manu prostrata ridebis: utcumque indulgendum sceleri, quod Principi gloriam parat, & virtutis experimentum: spirantem in te imperii vim sentiunt Duces & Comites, peccandi impotes se futuros fatentur, si te infelici sæculo natum, adversarium nacti essent, & regiæ mentis participem. Melioris sæculi laudi feliciter consuluit sors, quæ in hæc tempora te servavit, & justissimum edidit in decus regni LUDOVICI Principum justissimi, & cognominis cælo lapsi, votisque magis, quam nuptiis quæsiti filii, quem generosa indeoles, & sedula Augustæ parentis educatione, justitiæ, armorumque laude cum patre certaturum augurantur. Merito justi titulos implevit ille æternum lugendus Princeps, te, judicio verius quam suffragio, ad vicarium jurisdictionis apicem lecto. Non in purpura scilicet, ILLUSTRISSIME PRÆSES, justitiæ speciem ostentas, sed in æqua judiciorum, & reipublicæ gubernandæ ratione: propria tibi laus est, quod rei etiam damnati non indignantur, tristem sententiam venerabundi subeunt; boni velut præsens in te justitiæ Numen adorant, judicio, testimonioque tuo soluti gloriantur. Qualem audimus eloquentiæ magistrum, cum solemni oratione fori encænia repetis, & lege agendi præcepta, non fuko, sed justo decore exornas. Quot nutu & exemplo tuo fiunt oratores, cum placere & probari gaudent, quam brevi compendio discunt, quæ vix longæva exercitatio præstat. Quas animorum prædas agis, cum justitiæ cultum, studia erga Regem, affectusque insinuas? Agnoscit livor ipse divinas dotes, quæ totius aulæ oculos animosque in te converterunt fortuna majorem ostendere, & regale hoc judicium promoverunt purpuram plus a te accipere, quam conferat splendoris & gloriæ. Nec est quod tibi gratificer honore comitivæ, jam olim partus honos BERTERIIS, PAULISQUE gentilibus tuis, qui summis longo stemmate tribunalibus præsederunt: civilibus & sacræ infulis plena domus, & una læto foedere divisum junxit imperium. Ac ne quid laudi tuæ deficit, maternæ genti acceptum debet orbis Christianus sacræ militiæ Principem, hoc est virorum Regem, maris domi-

num, & Christi ultorem. Alienā minime laudo, quum avi-
tas virtutes omnino tuas feceris, longeque majorum semina
spargas in posteros. Harum admiratione defixi nostri Duces
& Comites, se tibi in fidem & clientelam commandant, pro-
vinciales, palatini Comitis manu in aulam deduci gestiunt :
tot illustrium vota ne respuas, ILLUSTRISSIME PRÆSES, &
votorum interpretem qua soles benignitate excipias foveasque
obsecrat.

AMPLITUDINI TUÆ

DEDITISSIMUS

A. DADINUS ALTESERRA.

Idib. Septemb. 1643. 10 menses natus, 22.3.1621. 30.
sunt fratres: dominus sociorum regnatur &c., burgos
resunt, resumebant nos tamquam opes et hæc. Ita capi-
tia de si remanebat inter nos: utrumque enim resumebant
deinde nos: cum vacantes, nihil, in loco summo tenuit
tempore, nullum omnino cursum rectum. Quare excep-
imus, nonne tempore eis & ceteris ceteris non sentimus
cum tunc nos: in loco tunc, tempore tempore alio, non
sunt tempore, absente vacante & omni modo: sicut enim
tempore, omnia sunt vacante. Hic vero: tempore, resumeban-
tia, tempore, resumebant tempore, tempore, resumebant
tempore, tempore, tempore, tempore, tempore, tempore,
tempore, tempore, tempore, tempore, tempore, tempore,



ELENCHUS LIBRORUM, CAPITUM,

& argumentorum hujus operis.

L I B E R I.

Cap. I.	<i>Uces sub Romanis.</i>	pag. 2
II.	<i>Comites sub Romanis.</i>	3
III.	<i>Duces & Comites sub Gothis & Francis in Gallia.</i>	4
IV.	<i>Munia Ducum & Comitum rei militaris, juris dicundi, & vectigalium: modus Ducatum.</i>	5
V.	<i>Duces & Comites primum temporarii, tum perpetui, & hereditarii.</i>	8
VI.	<i>Advocatia, & defensio ecclesiastarum.</i>	10
VII.	<i>Nominatio Episcoporum, & abbatum.</i>	15
VIII.	<i>Custodia, seu guardia vacantium ecclesiastarum.</i>	20
IX.	<i>Collatio præbendarum vacante sede. Collatio primo vacaturæ præbenda pro jucundo adventu. Collatio plena præbendarum jure patronatus.</i>	23
X.	<i>Jus patronorum illustrium in electionibus.</i>	25
XI.	<i>Jus veteranum militem cœnobio in alimentarium offerendi. Oblati. Præbenda laicæ.</i>	26
XII.	<i>Canonici honorarii.</i>	27
XIII.	<i>Abbes laici.</i>	29
XIV.	<i>Ereclio episcopatum.</i>	31
XV.	<i>Fundatio monasteriorum.</i>	34
XVI.	<i>Jus metati in episcopiis.</i>	35
XVII.	<i>Honores in ecclesia. Relatio nominis in sacris. Honor processionis, Thurius suffitus.</i>	37
XVIII.	<i>Jus amortizationis.</i>	43

L I B E R II.

Cap. I.	<i>Jus belli.</i>	47
II.	<i>Jus vectigalium. Indictio quatuor casibus. Focagium. Vectigal salis. Pedagium.</i>	52
III.	<i>Jus condendarum legum. Jus consuetudinarium in Gallia.</i>	57
IV.	<i>Jus creandorum magistratum. Jus universitatis, sive communia.</i>	59
V.	<i>Jus cuendæ monetæ.</i>	62
VI.	<i>Jus remissionis criminum.</i>	65

VII. Jus perigrinos, seu advenas civitate domandi.	id est successionis peregrinorum.	Peregrini in Gallia incapaces officiorum & sacerdotiorum.	68
VIII. Jus plebejos nobilitandi.	Nobilitas valde spectata in Gallia.	Canonici ex Nobilibus.	72
IX. Jus legitimandi, seu natalibus restituendi.	Milites. Scutiferi. Bacularii.	76	
X. Jus confiscationis bonorum.	79		
XI. Jus caduci.	81		
XII. Jus thesaurorum. Jus metallorum.	83		
XIII. Jus naufragii.	84		
XIV. Jus nundinarum.	85		
XV. Jus pignorationis, seu represaliarum.	86		
XVI. Jus tuitionis,	87		
XVII. Jus ressortus.	89		

LIBER III.

Cap. I. Jus in connubia.	90
II. Coronae patriciorum, Ducum, & Comitum.	94
III. Jus armorum, sive insignium. Jus lithrae.	95
IV. Jus sigilli authentici.	97
V. Elogia Ducum, & Comitum. Principes Dei gratia. Messyres. Dux & Comes. Consules. Palatini Comites. Barones.	99
VI. Episcopi & Comites.	102
VII. Jus gladii.	103
VIII. Jus majorum officialium.	105
IX. Pares Gallie. Pares curiae, sive curtis.	106
X. Pedagogiani. Libratoe.	108
XI. Jus curiae, sive tinelli.	109
XII. Vestis Ducum, & Comitum: pelles preciosae,	110
XIII. Insignia illustrium domuum. Fastigium. Jus gyroetae. Turre. Ferarum cornua, vel capita prefixa foribus. Warenne, sive luci.	112
XIV. Jus venationis.	114
XV. Latifundia Ducum & Comitum. Dignitas & pompa eorum. Jusjurandum Regum per Comites.	118
XVI. Lex Salica. Successio jure Francorum.	119
XVII. Marchiones.	121
XVIII. Vice-Comites.	ibid.
XIX. Casus Ducum & Comitum. Ecclesia vindicata a Ducibus & Comitibus.	122
XX. Lapsus Ducum & Comitum ob sumptus sacrarum expeditionum.	123
XXI. Reunio ducatum & comitatum, ex pacto, emptione, vel nuptiis.	124
XXII. Proscriptio ducatum, & comitatum. Restitutio electionum.	125
XXIII. Institutio senescalorum, & baillivorum.	126

ORIGINES FEUDORUM PRO MORIBUS

Galliae liber singularis.

<i>Cap. I. Feudorum origo .</i>	<i>131</i>
<i>II. Feuda patrimonialia in Gallia .</i>	<i>134</i>
<i>III. Feudum de camera , seu de caneva . Feudum guardia , seu gastaldie . Officia feudalia .</i>	<i>136</i>
<i>IV. Feuda ecclesiastica .</i>	<i>137</i>
<i>V. Decime infeudatae .</i>	<i>139</i>
<i>VI. Retrofeuda .</i>	<i>141</i>
<i>VII. Investitura feudi .</i>	<i>142</i>
<i>VIII. Hominium .</i>	<i>143</i>
<i>IX. Servitium feudi . Bannum . Retrobannum .</i>	<i>146</i>
<i>X. Feudorum conditio militaris . Franca feuda . Ruptarii .</i>	<i>148</i>
<i>XI. Jurisdictio feudalis .</i>	<i>149</i>
<i>XII. Judicium de feudo .</i>	<i>150</i>
<i>XIII. Jurisdictio temporalis ecclesiarum .</i>	<i>151</i>
<i>XIV. Relevamentum feudi .</i>	<i>152</i>
<i>XV. Alienatio , & divisio feudi .</i>	<i>153</i>
<i>XVI. Commissum , & reversio feudi .</i>	<i>154</i>

F I N I S.



I N D I C U L U S

Operum, quæ in hoc tomo continentur.

D E DUCIBUS ET COMITIBUS provincialibus Galliæ libri tres, in quibus	
eorum origines, incrementa, & cum his regalium usurpario & casus il-	
lustrantur.	pag. 1
Origines feudorum pro moribus Galliæ liber singularis.	129
In libros CLEMENTINARUM commentarii.	157
Sex prælectiones solemnes habitæ pro instaurandis scholis.	225



DUCES, ET COMITES PROVINCIALES. LIBER PRIMUS.

P R O C E M I U M.



ETATES suas habent terrarum regna, & Imperia, parvis crescent initis, diuque aucta vix consistunt, sed tristi rerum fluxu prona vergunt in senium. Has vices olim experta Francia doluit imminutam regni majestatem, remissione Regum, an fato: doluit summae potentie, dignitatisque Principes in privatos pene prolapso, cervicibusque suis insultantes tot Regulos, quot Duces & Comites: ingemuit antiqui decoris memor, se foeda provinciarum laceratione suis, exterisque vilescere: exhibuit vulnera, & maternos finus cruentos, teque, Hugo Magne, ad illustres vindicias amore patriæ & coronæ præmio solicitavit. Parentis vota audiit piissimus Princeps. Regnum jacens suscepit, provinciales tyrannos si non perdonauit, saltem coercuit, & defuetum ad obsequium revocavit. His vestigiis posteri Reges regnum sibi & suæ dignitati feliciter restituerunt, provincias recepere ab injustis possessoribus: tandemque eorum opera unum Regis nomen auditum in Gallia: his libertatem acceptam debet ecclesia, dudum laboranti sub his prædonibus fortiter subvenere Christianissimi Principes, & ancillatam exancillarunt, ut Sugerii testimonio & verbis utar. Magna hæc profecto, nec sine admiratione memoranda, animum stylumque excitarunt, ut Dicum Comitumve provincialium Galliæ cunabula, incrementa & casus in publicum prodam: ex quo pateat unde orti, qua arte præfecturas in ditiones hereditarias commutariint, regaliaque sibi adscriperint, ac quibus demum consiliis in ordinem redacti, & antiquum regni fastigium instauratum. De singulis singulatim enitar dicere historiæ fide, & diligentia.

C A P U T P R I M U M.

Duces sub Romanis.

OLIM stante republica, et si frequentius Imperatores, tamen & Duces a Romanis appellati qui exercitibus præfuerunt; Livius: *Nec Ducem novimus, nisi cuius auspicio bellum geritur.* Postea rerum summa a populo translata in Cæsares, & Imperatoris nomine proprio facto Principis, præfectos belli, non 1.5. ff. de paci. aliter quam Duces salutatos constat; Ulpianus: *Publica conventio est, quæ fit 1. 2. ff. de his per pacem quoiens inter se Duces belli quadam paciscuntur.* Idemque alio loco: qui not.infam. Ergo et si *Dux*, cum exercitiū præfet, dimissus erit, notatur. Suetonius in Julio: Cap. 56. *Epiſtola quoque ejus ad senatum exſtant, quas primum videtur ad paginam, Ὡ formam memorialis libelli convertiſſe, cum anteā Cōſſ. Ὡ Duces nomiſi transverſa charta scriptas mitterent.* Et Zozimus: *ἐφεστῶτων γὰρ τοῖς ἀπανταχῇ σριπώ-
ταις 3 μόνον ἐκαποντάρχων, οὐ χιλιάρχων, ἀλλὰ καὶ τῶν λεγομένων Δεκάνων οἱ σρι-
πτηῶν εἰς ἑκάστῳ τῷ περὶ πέζων ἐπάρχοι: Nam quum preaſſent ubique militibus non
modo centuriones Ὡ tribuni, verum etiam Duces (sic enim appellabantur qui
quolibet in loco præfectorum militum vicem gerebant.) Tum Ducem nomen trans-
latum ad præfectos militum, & provinciarum limitanearum Imperii, quod im-*

In Alexandro. pacatas non sine manu militari tuerentur; Lampridius: *Sola que de hostibus ca-
In Aureliano. pta sunt limitaneis Ducibus Ὡ militibus donavit. Vopiscus: Assidentibus Ἀmi-
lio Saturnino, Scythici limitis Duce, Murentio ad Ἀgyptum destinato, Julio
Tryphone orientalis limitis Duce, Uplio Crinito Duce Illyriciani limitis Ὡ Thra-
cii, Ὡ Fulvio Boio Duce Rhetici limitis. Trebell. Pollio, ex epistola Valeria-
ni ad Ablavium P. P. Define autem conqueri quod adhuc Claudius est Tribunus,
nec exercitus Ducem loco accepit, unde etiam senatum Ὡ populum conqueri jacta-
bas Dux factus est, Ὡ Dux totius Illyrici habet in potestatem Thracias, Moesias,*

Lib. 4. cap. 1. *Dalmatas, Pannonias, Dacos exercitus. De hoc genere Dicum; Eusebius in
vita Constantini: πλεύς δὲ ἡγεμόνες ἔχρημα πάζουον: Multos vero duces constituit.*

Lib. 3. c. 3. Procopius de adiſciis Justiniani: *καὶ σριπωπῆς καταλόγος τῆς ιδρύσεως, οἵ
I.7.C. ubi cauf. δῆ ἄρχοντας ἐφεστῶτας διώρετεν, οὐ περ Δεκάνων Ρ' φωταῖς τῇ Λαπίνων καλεσθε φωνῇ.
fisc.l.i.C.ad l. *Presidium militum ibi colloavit, quibus præfectum præfecit, quem Romani La-
tina voce Duce vocant. Veteres glossæ, Dux, ἀνδυπτας ο στήμερον.* Et Ju-
Jul.rep. 1.3.C. *Theod. eod. Theod. Firmicus: Faciet præfides riparum Duces, vicarios præfectoris prætorio, Ὡ qui-
bus frequenter committatur imperium. Hacque significatione frequens mentio Du-
cum in utroque codice. Quæ fuerit Dicum dignitas, si queris, varia, nec si-
Lib. 20. bi constans. Olim perfectissimi; auctore Ammiano: *Nec sub eo (Constantio)***

I. pen.C.de ap- *Dux quisquam cum clarissimatu proiectus est, erant enim, ut nos quoque memi-
pell.l.viros.C. nimus, perfectissimi, postea clarissimi, vel etiam spectabiles. Dicum insignia tu-
de div. off. l. nicae russæ, idest purpureæ; Vopiscus: *Vexilla bicolora quatuor, tunicas ducales
27. C.Th. de cohorts. russas quatuor.* Et apparitio militum; Lampridius: *Apparitores denique nullos
cohort. princ. esse passus est Tribunis, aut Ducibus, nisi milites anteire voluit, jussitque ut an-
1.9.C.Th.de re milit. l.113.C. te tribunum quatuor milites ambularent, ante Ducem sex, ante legatum decem.**

Th. de decur. Procop. de bello Vandalicō: *ἄρχοντων γὰρ ἐσιωμένων ὅπισθεν ἐσάρατ τὰς δορυφό-
In Aureliano. ρες νόμος. Et paulo post: ἀλλω γὰρ γδενὶ τοῖς ἄρχεστιν εἰς πόλει ἐπομένες
In Alexandro. ὄπλαζοδας θέους: *Ducibus discubentibus retro confitente hastatos mos erat ... nec
In Maximino. Lib.2.circ.fin. ullis quam Ducibus secum armates ducere fas erat. A tribunatu gradus erat ad
In Claudio. Ducatum; Capitolinus ex persona Principis ad Tribunum: *Quid tantum laboras,
cum ejus loci jam sis, ut ducatum possis accipere?* Et Trebellius Pollio ex epi-
ſtola Valeriani ad Zozimionem procuratorem Syriæ: *Hac autem omnia idcirco
ſpecia.***

LIBER PRIMUS.

Specialiter non quasi tribuno, sed quasi Duci detuli. Conveniebantur Duces apud magistrum officiorum, nisi aliud moribus receptum esset, ut in orientis Illyrici, Thraciarumque limitis Ducibus, quos apud magistrum militum conveniri moris erat: at in occidente limitanei Duces, Comitesque magistro militum praesentali paruerunt. Olim autem a Ducibus, & Comitibus provinciarum appellabatur ad praefectum prætorio, adjuncto questore palatii; sed constitutione Justiniani actum, ut a Ducibus appellaretur ad magistrum officiorum, adhibito questore palatii. Nunc transeamus ad Comites.

I. viros, C.de
div. offic.
I.curæ,l.ult.C.
de off. mag.
off.
I.precipimus,
I. pen. C. de
appell.

C A P U T II.

Comites sub Romanis.

Pro ætatum discrimine variis generis fuere Comites: ante Constantini tempora hi dicebantur Comites, qui Procoff. praesidesque in provincias prosequabantur, officii gratia; M. Tullius: *Comites illi tui delecti, manus erant tuae*, Verrin. 2. Praefecti, scribae, medici, accensi, haruspices, praecones, manus erant tuae. Praecipuum Comitum locum tenebant assessores praesidum, qui eis in judiciis assidebant; de quibus Papinianus: *Defuncto praefide ante diem, residui temporis salarium deberi ait Comitibus*. Et de his idem Tullius ad Atticum: *Quid dicam de illius praefectis, Comitibus, legatis?* Et Plinius: *Non sunt pretereunda* C. L. Lucullo proconsule Baetica comperta de Polypis, quæ Trebius Niger e Comitibus ejus prodidit. A Constantino Comitis nomen omnibus magistratibus additum, qui sacrum comitatumi observarent, vel ex eo prodirent quasi socii laborum. Immo & honorarii tituli vice fuit, sine actu, sine administratione, Comitibus triplicis ordinis, primi, secundi, & tertii ab Imperatore excogitatis, quo plures honoribus sibi conciliaret sine fisci dispendio; Eusebius de vita Constantini: Κομίτων δὲ οἱ μὲν πρώτα πάγιασσος ἔχεντο, οἱ δὲ δευτέρου, οἱ δὲ τρίτου. Jam Comitum alios in primo ordine collocavit, alios in secundo, alios item in tertio. Ausonius: *Procurrunt et aliae dignitates, atque in vocem gratulationis erumpunt, ac se prius debere profitentur, tot gradus nomine Comitis propter tuae incrementa congesti ex tuo merito.* Comites primi ordinis fuere Comites consistoriani, id est a secretis Principis; Cassiodorus: *Spectabilitas clara et consistorio nostro dignissima, quæ inter illustres ingreditur, inter proceres advocatur, quo circuca provocati moribus tuis comitivam tibi primi ordinis ab illa indictione maiestatis favore largimur, ut consistorium nostrum sicut rogatus ingrederis, ita moribus laudatus exornes*. Et in veteri inscriptione: Memmio Vitrasio, Comiti in consistorio. Primi ordinis fuere & praepositi scholarum palatii, & Comites rei militaris, qui magistrorum militem vicem gesserunt, provinciarum Ducibus dignitate pares; Ammianus: *Equitius Illyricano præponitur exercitui, nondum magister, sed Comes*. Et ideo posterioribus etiam Græcis praefecti militum Comites dicti; Nicetas in Andronico Commeno: ἐν δὲ τοῖς εραπηγοῖς ὀπτανόμενοι, ἐς Κόντων εἰπεῖς αὐτοῖς Δεσμῆνη διαιλέκτῳ χρώμενοι ἐμέτραζε τὰ χειρῶν τοῖς πεπονθόσιν: *Is igitur Duces exercitus, qui Latine Conti dicuntur, adiens imponebat edicta quibus arunna leniebantur.* Ejusdem ordinis Comites qui provincias regunt, unde & Suidæ definitur: Κόπινος ὁ λαὸς ἀρχῶν: *Comes princeps populi*. Et passim praefecti provinciarum Comitum nomen adjicuntur; Nicephorus: καὶ τὸν τῆς Φρυγίας ἐρεχθεῖτε τὸ τῷ ἀρχὴν Κόπινον ἀξιῶν περιθέμενον: *Eidemque Phrygie administrationem cum Comitis dignitate concessit.* Ejusdem ordinis Comites professores artium liberalium, maxime jurisperiti, & advocati post expletum viennio docendi & advocationis officium; Sidonius ad Montium: *Numerariorum*

In l. 4. ff. de offic.adseff.
Lib. 6. ep. i.
Lib. 9. c. 30.

Lib. 4. c. 1.

In panegyr.
ad Gratian.
l. i. C. de Co-
mit.consist.
6. Var. 12.

l. i. & 2. C. de
Com. rei mi-
lit.
Lib. 26.

Lib. 1.

Lib. 13. c. 5.
l. unic. C. Th.
de profess. qui
in urb. Const.
l. i. C. de adv.
div. jud.
Lib. 1. ep. 11.

DUCES, ET COMITES PROVINCIALES.

more, seu potius advocatorum, quorum cum finiuntur actiones incipiunt dignitates. In comitiva primi ordinis spectantur & archiatri sacri palatii; Cassiodorus: Causarum periti palmates habentur, cum magna negotia defenderint singulorum; sed quanto glorioius est expellere, quod mortem credebatur inferre, & salutem perlat. l. 18. C. Th. clitanti reddere, de qua coactus fuerat desperare? quapropter a presenii tempore, comitiva archiatriorum decorare, &c. Et ideo inter amicos Principis numerantur; prof. Lunic. C. Th. Gregorius Nazianzenus in oratione funebri Cæsarii fratri: πάτερ μὲν γὰρ τὸν πρώτην ἐν λατρῷ αὐτῷ. Et paulo post: καὶ τοῖς φίλοις τῷ βασιλέᾳ ἐνθύμημένθεν. Primum statim inter medicos dignitatis gradum obtinuit... atque in amicorum numero apud Imperatorem habitus. Interdum & comitivam primi ordinis meruerunt mechanici architecti, vel curatores operum publicorum, quos artis & operum præstantia commendaret. Sic Joseph Tiberiadensis simul cum potestate sacras ædes exstruendi, tum in ipsa urbe Tyberiadis, cum aliis locis, honorem comitiva accepit a Constantino Imperatore: αξιόπατος καμήτων ἐπυχε, auctore Epiphanio in Panario. Memoratur & Symmacho duobus locis, Cyriades V. C. Comes, & mechanicus. Eodem numero sunt & Comites vacantes, qui post probatos labores, codicillös dignitatis a Principe meruerunt sine actu, sine administratione. Comitiva primi ordinis in primis insignes fuere præfecti, singularum legionum; Vegetius: Proprius autem judex erat præfector legionis, habens comitivam primi ordinis dignitatem, & qui absente legato tanquam vicarius ipsius potestatem maximam retinebat. Secundi ordinis Comites fuerunt palatini agentes sub Principe officii, ut militantes in sacris scribi; immo & a Theodorico in Comites secundi ordinis allecti judices civitatum; Cassiodorus: Propterea per illam inductionem in illa civitate comitiva honorem secundi ordinis tibi propria divinitate largimur; ut & cives commissos æquitate regas, & publicarum ordinationum iussiones constanter adimpleas. Tertii ordinis comitiva defertur principibus decurionum, prepositis naviculariorum, tribus primis corporis fuariorum, & hos vocarunt Comites minores. Speciales fuere Comites pri-
mi ordinis.
 Lib. 6. var. 19. Comit. ordin. l.un. C. Th. de
 prim. art. div. lib. hæref. 30. art. 5.
 Lib. 5. ep. 74. Comit. vac. Lib. 2. de re
 milit. cap. 9. l. 17. & 18. C. Th. de prox.
 Com. disp. 7. var. 26. l. 127. C. Th. de
 decur. l. 9. & 10. C. Th. ne Co-
 mit. vel trib. l. 3. C. de off.
 mag. off. l. 1. C. de privil. schol.
 l. fin. C. de si-
 dentiar.

C A P U T III.

Duces & Comites sub Gothis & Francis in Gallia.

GALLIARUM partem postquam infidere Goths, eti Romani nominis infen-
 Lib. 2. histor. sissimi hostes, statum provinciarum non innovarunt, Duces provinciis, Co-
 cap. 20. mites singulis civitatibus, exemplo Romanorum præfecerunt: sic deditis Arver-
 Lib. 7. ep. 17. nis Victorius Dux ab Eurico Rege impositus; Gregorius Turonensis: Eoricus
 Lib. 7. ep. 2. autem Gothorum Rex Victorium Ducem super septem civitates præposuit, qui pro-
 tinus Arvernus adveniens civitatem addere voluit. Sidonius Comitem vocat.
 Eadem tempestate Massilia sub Gothica ditione parebat Comiti, cuius suffragio
 Arvernus quendam pueræ Massiliensis nuptias captasse scribit idem Sidonius.
 Sed & posteriori ævo celebrantur Gojaricus & Timotheus Comites, ad quos
 Theodosiani codicis Breviarium ab Alarico Gothorum Rege emissum, constat
 ex ipsius Alarici commonitorio operi præfixo, ut ex eo jus diceretur provincia-
 libus. Æque & Franci profligatis Romanis, Burgundionibus, & Gothis rerum
 domini facti in Galliis, statum provinciarum a Romanis institutum non attige-
 runt, nec Duces, Comitesve e republica sustulerunt, ne rerum novarum facie,
 animos provincialium percillerent, & durioris servitutis metum incuterent, im-
 mo & ipsi Romanos mores facile hauserunt; teste Procopio & Agathia: ex quo
 factum ut victi vitoriis leges darent. Nec est quod miremur; jam enim ab
 200

LIBER PRIMUS.

eo Francis libati Romanorum mores ex commilitio, & satellitio Principum ; Hist. Just. lib. I.
 Ammianus : Adhibitis Francis, quorum ea tempestate in palatio multitudo flo- Lib. 15.
 rebat. Et Gregorius Turonensis : In Gallia status publicus perturbabatur, clau- Lib. I. histor
 so apud Viennam palatii adibus Valentiniano Principe, & pene intra privati cap. 9.
 modum redacto, militaris rei cura Francis satellitibus tradita. Francis igitur
 armis parta Gallia, Duces, & Comites, ortu Romanos, usu suos fecerunt, &
 quidem ab ipsis cunabulis regni : jam enim a Childerico Aimoinus celebrat Uvi- Lib. I. c. 17.
 nomadum Ducem, & sub Clodoveo Aurelianum Ducem, cui ducatum Mili- & 14.
 dumensem ab illo tributum ait in beneficium. Non desunt qui Comites perve-
 nisse ad Francos a majoribus Germanis velint, ex illo loco Taciti : Eliguntur
 in iisdem conciliis & Principes, qui jura per pagos, vicosque reddunt centeni
 singulis ex plebe Comites, consilium simul & auctoritas adsunt. Sed magis est,
 ut a Romanis repetamus, cum universitate Galliarum Francis transmissos : quae
 enim ratio nostrorum Comitum, qui praeerant rei militari & civitatibus, cum
 Germanis illis, quibus nudum erat adfessorum officium, quales erant Comites
 Romanis ante Constantinum?

C A P U T IV.

*Munia Ducum & Comitum rei militaris, juris dicundi, & vectigalium :
 modus Ducatum.*

A ortu imperii Francici Comitum & Ducum hoc discrimen certum fuit, quod Comites singulis civitatibus praeerant, Duces pluribus, quae singulæ suos Comites haberent: idest Duces praeerant universis provinciis, Comites singulis civitatibus; Gregorius Turonensis : Nicetius per emissionem Eulalii a co- Lib. 8. c. 18.
 mitatu Arverno submotus, ducatum a Rege expetiit, datis pro eo immensis mu-
 neribus, & sic in urbe Arverna, Ruthena, atque Ucerica Dux ordinatus est.
 Et alio loco : Turonicis vero, atque Pictavis Ennodius Dux datus est. Et rur- eod. lib. c. 26.
 sum alio loco : Ennodius cum ducatum urbium Turonica, atque Pictave mini- Lib. 9. c. 7.
 straret, adhuc & vici Juliefas, atque Benarne urbium principatum accepit.
 Inde memoratur Luperus, Dux Campaniae; Gregor. Turon. lib. 6. c. 4. De Co- Lib. 6. c. 26.
 mitibus idem Gregorius Turonensis : Igitur pervasis Chilpericus Rex civitatibus
 fratri sui, novos Comites ordinat. Inde est quod Comites Episcopis, Duces
 Archiepiscopis æquantur; quia Episcopi singularum civitatum sunt, Archiepisco-
 pi universæ provinciæ; Walafridus Strabo : Metropolitanos autem Ducibus com- De reb. eccles.
 paremus, quia sicut Duces singularum sunt provinciarum, ita & illi in singu- cap. 31.
 lis provinciis singuli ponuntur. Et paulo post : Quod Comites vel prefecti in
 seculo, hoc Episcopi ceteri in ecclesia explent. Dicum potestas latior quam Co-
 mitum, sed officium & munus idem. Duces rei militari praeerant, delectum
 imperabant Comitibus, & copias per pagos divisas producebant ad bellum; Gre- Lib. 6. c. 31.
 gorius Turonensis : Berulphus vero Dux cum Turonicis, Pictavis, Andegavis-
 que, atque Narmericis ad terminum Bituricum venit. Et alio loco; de Ante-
 stio Duce : Ipse cum Santonicis, Petragoricis, Burdegalensibusque, Agennensis Lib. 9. c. 32.
 etiam ac Tolosanis illuc direxit. Fortunatus ad Lupum Ducem : Lib. 7. c. 7.

*Antiquos animos Romana stirpis adeptus
 Bella moves armis, jura quiete regis.*

Eorumdem erat munire & tueri civitates; Gregorius Turonensis : Misitque ad Lib. 6. c. 41.
 Duces & Comites civitatum nuncios, ut muros componerent urbium. In pace

Duces juri dicundo praeerant; Fortunatus, (præter locum jam citatum) ad Bos desigilum, Duce Massiliæ :

*Justitiam pauper nunquam te judice perdit,
Nec poterit pretio vertere vera potens.*

Et paulo post:

*Qui patrias leges intra tua pectora condens,
Implicitæ causæ solvere filia potes.*

Inde est, quod in formula ducatus apud Marculfum, Ducibus mandatum, ut populos sibi creditos, Francos, Romanos, vel Burgundiones secundum legem & consuetudinem singulorum regerent. Romanis praefides, & rectores provinciarum, vestigialium potestate habuere; de praefecto Ægypti testis Philo Judæus in Flaccum: ἀμύχανον μὲν γὰρ ἦν τὸς ἵγειροντας ποσάυτης χώρας ἐπιτροπέοντας ἀπάντων μεμνῆσαι, καὶ τάντας διαίσχοντας μόνον, ἀλλὰ καὶ λογισμὸς τῶν προσόδων, καὶ δασμῶν λαμβάνοντας: Non enim erat possibile provincie amplissima praefides omnium meminisse, præsertim cum non judiciis tantum præfissent; sed etiam rationibus tributorum & vestigialium. Penes Duces etiam in Gallia fuit summa ratio vestigialium totius provinciæ; Marculfus in formula ducatus: Et quicquid de ipsa actione in fisci ditionibus speratur, per vosmetipso annis singulis nostris æriis inferatur. Comites civitatum delectus militum conscribebant, eis que praeerant sub Duce provinciæ; Gregorius Turonensis: Sigibertus vero Rex

Lib. 4. c. 30. Arelatensem urbem capere cupiens, Arvernos commoveri præcepit; erat enim tunc Firminus Comes urbis illius, qui cum ipsis in capite abiit. Præceptum concessionis, quod fecit Ludovicus P. Hispanis perfugis: Eosdem homines sub protectione & defensione nostra receptos in libertate conservare decrevimus, eo videlicet modo, ut sicut ceteri liberi homines cum Comite suo in exercitum pergant, & in marcha nostra juxta rationabilem ejusdem Comitis ordinationem atque admonitionem, explorations & excubias, quod usitato vocabulo waetas dicunt, facere non negligant. Non respondentes ad delectum, Comites coercebant; Gregor. Turonensis: Post haec edictum a judicibus datum est, ut qui in hac expeditione tardii fuerant damnarentur. Biturigum quoque Comes misit pueros suos, ut in domo beati Martini, &c. In pace Comites juri dicundo operam dabant; Gregorius Turonensis: Gundovaldus autem comitatum Meldensem super Uverpinum competiit, ingressusque urbem causarum actionem agere coepit. Et idem: Responderunt hoc Animodi vicarii dolo, qui pagum illum judiciaria regebat potestate, factum fuisse, protinusque directis Rex litteris ad Comitem urbis jubet, ut eum vindictum in presentia Regis dirigeret. Idem de miraculis sanctorum: Quid etiam ad Beconis Comitis confutandam superbiam beatus martyr sit operatus, evolvam. Hic cum actiones ageret publicas, & elatus jactantia multos contra justitiam aggravaret, casu contigit, ut dimissum accipitrem diu per diversa vagantem perderet. Idem de vita patrum in Nicetio Lugdunensi: Nam vidi ego quodam tempore Basiliū presbyterum missum ab eo ad Armentarium Comitem, qui Lugdunensem urbem his diebus potestate judiciaria gubernabat. Dixit ad eum; Pontifex noster causa huic, quæ denuo movetur, dato judicio terminum fecit, ideoque commonet ne eam iterare præsumas. Fortunatus ad Galactorium Comitem

Lib. 8. c. 18. Lib. 10. c. 6. Lib. 2. c. 16. Apud Surium tom. 2. apr. 2. Lib. 10. c. 25. Burdigalensem:

*Venisti tandem quod debebaris amico,
Ante Comes merito, quam datus esset honor.
Judicio Regis valuisti crescere Judex,
Famaque quod meruit regia lingua dedit.*

Conc. Vernense : Ut Comites, vel judices ad eorum placita primo viduarum, Cap. 23. orphanorum, vel ecclesiarum causas audiant, & definiant in eleemosyna domini Regis, & postea alias causas cum justitia rationabiliter judicent. Cabillonense Cap. 21. II. Comitibus vero & judicibus hoc summopere observandum est, ut jure judicent, & nequaquam in judicio munus, seu personam accipient. Triburienle : Si Cap. 9. Episcopus ecclesiasticum, & Comes seculare placitum eadem die condixerint, placitum Comitis postponatur. Comitum etiam fuit pacatam provinciam habere; Gregorius Turonensis de turbis monasterii sanctæ Crucis Pietavensis : Pro hac Lib. 5. c. 15. causa Macovo tunc temporis Comiti perlata præceptio est, in qua jubebatur ut hanc seditionem, si resisterent, vi opprimeret. Denique Comitum munus in pace & justitia facienda, in primis distrixerunt capitularia Caroli M. Comitum Lib. 2. c. 6. fuit etiam vectigalium exactionem curare; Gregorius Turonensis : Præsenti quoque anno Armentarius Judæus ad exigendas cautions, quas ei propter tributa Lib. 4. c. 5. publica Injuriosus ex vicario, ex Comite vero Eunomius deposuerant, Turonos advenit. Idem : Garso vero Comes ejusdem temporis accepto capitulario, quod anteriores scriptores fecisse commemoravimus, tributa caput exigere. Idem alio loco: Eunte Comite, ut debitum fisco servitum solite deberet inferre. In hac re Comites usi vicariorum opera; capitulare Ludovici P. Quicumque vicarii, vel alii Lib. 9. c. 31. ministri tributum, quod inferenda vocatur, majoris pretii a populo exigere præsumperint, quam a missis bonæ memoria genitoris nostri constitutum fuit, &c. Et paulo post: His quibus hoc tulit cum sua lege restituat. Comitum vicem Lib. 10. c. 20. gessere vicarii centenarii, & scabinei in minoribus municipiis & vicis; preter add. 4. c. 86. Gregorium Turon. loco jam citato de Animodo vicario, capitulare Caroli M. Habeat unusquisque Comes communes vicarios & centenarios suos secum, nec non Lib. 2. c. 28. & de primis scabineis suis tres aut quatuor. Concil. Arelatense IV. Nec Co- c. 22. cui con- pauperum emant. Et Cabillonense II. Comites ministros, quos vicarios & cente- gunt. c. 7. narios vocant, justos habere debent. Penes Comites fuit cognitio majorum cau- lus homo in placo centenarii neque ad mortem, neque ad libertatem suam amittendam, aut ad res reddendas vel mancipia judicetur; sed ista aut in præsentia Comitis, vel missorum nostrorum judicentur. Sangallenfis de gestis Caroli M. Lib. 1. c. 31. Fuit consuetudo in illis temporibus, ut ubicumque aliquod opus ex imperiali præcepto faciendum esset, siquidem pontis, vel navis, vel trajecti, sive purgatio, sive stramentum, vel impletio cænosorum itinerum, ea Comites per vicarios, & officiales suos exsequerentur, in minoribus dumtaxat laboribus; a majoribus autem, & maxime noviter exstruendis nullus Dux vel Comitum, nullus Episco- porum vel abbatum excusaretur aliquo modo. Scite ideo vicarii Comitum & cen- tenarii comparantur presbyteris parochis; Uvalafridus Strabo : Porro sicut Comi- De reb. eccles. tes quidam missos suos præponunt popularibus, qui minores causas determinent, c. ult. ipsi majora reservent: ita quidam Episcopi Coepiscopos habent, qui in rebus si- bi congruentibus, que injunguntur efficiunt. Centenarii, qui & centenariones, vel vicarii, qui per pagos statuti sunt, presbyteris urbium, qui baptismales ec- clesiæ tenent, & minoribus presbyteris præsunt, conferri queunt. A Comitatu gradus erat ad Ducatum, Ducatus votum Comitum & apex dignitatum; For- Lib. 7. c. ult. tunatus ad Galactorium Comitem:

Vive Comes cui sint jura regenda Ducas.

Et rursus ad eundem :

Debet & ipse potens, ut adhuc bene crescere possit
Præstet ut arma Ducas qui tibi restat apex.

Lib. 10. c. 25.

Lib. 10. c. 12.

Idem ad Sigoaldum Comitem :

DUCES, ET COMITES PROVINCIALES.

*Rex Childebertus crescens te crescere cogat,
Qui modo dat Comitis, det tibi dona Ducas.*

Ducatus autem, ut dixi, plures continebat civitates, sed in numero passim variatum pro arbitrio Principis: nec certus fuit modus ducatum. Male Pithœus duodecim comitatus ducati velut necessarios, adstruit, secutus annalem Pipini & Aimoinum monachum, ubi Pipinum bello captum Griffonem fratrem duodecim comitatibus ornasse scribunt, idque more Ducum: reclamant enim infiniti Gregorii Turonensis loci, qui vix plures tribus, aut quatuor comitatibus ducati affigunt, & nihil certi habent. Cautius H. Bignonius, ne ab Aimoini fide recederet, Pipini ævo id observatum tentat, ut duodecim comitatibus ducatus constaret. At ego, si quid assequor, *non*, Ducum, more plane imperiti monachi commentum esse ausim affirmare; nullum enim aliud hoc ævo hujus moris vestigium appetat: immo vero proxima Ludovici P. ætate, ducatum Forojuliensem in quatuor comitatus sectum is agnoscit: ex quo satis colligitur veterem modum ducatum hoc saeculo non defecisse; vel Aimoinum forte fellit, quod vidit constitutionem Pelagii II. quæ provinciæ tribuit decem aut undecim civitates, unde ducatum totidem civitatibus, vel una amplius ornandum duxit; sed observare debuit provinciam hic magis quoad ecclesiasticum, quam civilem statum definiri, nec certum uspiam in Gallia fuisse modum ducatum.

Lib. 5. c. 11.
can. scitote,
6 qu. 3.

C A P U T V.

Duces & Comites primum temporarii, tum perpetui, & hereditarii.

Lib. 5. c. 14. **O**LIM Duces & Comites nudi erant magistratus ad certum tempus; Gregorius Turonensis de Leudaste, Comite Turonensi: *Tu vero ducatum torius regni ejus, annis quinque tenebis.* Idem: *Ennodius cum ducatum urbium Turonicæ atque Pictave ministraret, adhuc & vici Juliensis, atque Benarne urbium principatum accipit; sed euntibus Comitibus Turonicæ, atque Pictavae urbis ad Regem Childebertum, obtinuerunt eum a se removeri: ille vero ubi se remotum de his sensit, ad civitates superius memoratas properat; sed dum in illis commoraretur, mandatum accepit, ut se ab eisdem removere; & sic, accepto ocio, ad domum suam reversus privati operis curam gerit.* Idemque: *Major domus autem Uvaddo, qui olim Santonicum rexerat comitatum.* Unde frequenter eidem Turonensi memorantur ex Duce, ex Comite, ex vicario illis magistratibus defuncti. Ludovico, adhuc a matre sanguinolento, Aquitaniæ regno donato, Carolus singulis civitatibus Comites impoluit; nempe Biturigibus Humbertum, Pictavis Abbonem, Petrocoriis Uvitbodus, Arvernis Itherium, Wallagia, idest Vellaunis Bullum, Tolosæ Corsonem, Burdigalæ Seguinum, Albigensibus Haymonem, cuius filios Heroes Gallica canunt carmina, Lemovicibus Heorgarium, siue Rogerium, sed & Aurelianensibus Rahonem Comitem, aliisque ut visum Adrevaldus est civitatibus alios praefecit. Sed hi Comites nudi & meri erant officiales, Floriæ. 1. de quos ad nutum Princeps institueret vel abjeceret: sic Humberto Biturigum Comiti, Sturminium; Itherio Arvernorum Bertmundum paulo post a Carolo sufficiens. S. Bene. Aimoin. & effectos constat; & Corsoni Comiti Tolosano Willelum, ut expiatetur publicum dedecus a Corsono passum, praefito e vinculis sacramento fidei Adelrico Vasconum Duci; Aimoini continuator: *Chorfone porro a Ducatu Tolosan, ob cuius incuriam tantum dedecus Regi & Francis acciderat, remoto, Willelmus pro eo subrogatus est.* Æque Narbona a Sarracenis recepta Aymericum ei Comitem.

Lib. 4. c. 26.
eod. c. 13.
Lib. 8. c. 26.
Lib. 6. c. 11.
Lib. 7. c. 23.
Cont. Aimoni, lib. 5. c. 1.

Adrevaldus loc. cit.
Lib. 5. c. 2.
Marian. lib. 9. de reb. Hisp.

mitem, seu vice-Comitem dedit Carolus. Occupata Aquitania aduersum Pipini liberos, Carolus Calvus, ut Aquitanos in obsequio contineret, insignioribus civitatibus Comites imposuit cum praesidio militari, nempe Arvernus Modoinum Augostodunensem Episcopum & Aubertum, Lemovicibus Gerardum, Engolismæ Reindardum Comitem; auctore Lupo Ferrariensi. Idemque, ni fallor, Sigelnum alterum Burdigalensibus Comitem dedit, Ferrariensis Ducem Vasconum vocat, quem a Normannis in prælio cæsum ferunt. Adhuc Comites fungebantur ad certum tempus: subinde enim mutatos animadverto, ut Reindardum Comitem Engolismensem cum Turpione; Ademarus: *Rex Carolus Calvus congregato concilio Aquitaniam per Comites dispositus, Turpionem vero in Engolisma civitate misit, propter infestationem Normannorum.* Quod si Comites ad vitæ finem haberentur, Princeps quos ei vixum esset successores eligebat. Sic Bosoni Richildis conjugis fratri Carolus Calvus honores Gerardi Comitis Bituricensis dedit: sic & Ludovicus Balbus honores Bernardi Gothiæ Marchionis divisit. Primus e nostris Bernardus Dux Septimaniæ altiores spiritus sumpsit, civili bello flagrante Gallia, Lothario aduersum Carolum & Ludovicum fratres de summa rerum certante: fiducia suarum virium mediis sedit spectator belli: vix deum auditu eventu prælii Fontanetici, victorem Calvum per Willelmum filium convenit, ut se ei commendaret iussum, si quos in Burgundia honores habuit, ei ratos faceret. Labente Regum secundæ stirpis Imperio, ac Carolo Simplici ob ætatem precario fere regnante, facile Duces & Comites provinciales præfecturas jure dominii sibi vindicavere, easque transmisere ad suos heredes, & regios vasos suos fecere; Odo Cluniacensis de vita S. Geraldi: *Geraldus quoque sicut Job frater draconum, & socius struthionum fuisse monstratur, frequenter a quibusdam provinciarum lacestitus est; nam reipublicæ statu jam nimis turbato, regales vasos insolentia Marchionum sibi subjugaverat.* Hoc scelere, Odoni successit Robertus ejus germanus in ducatu Francorum, adeoque cum non redderetur ei pars principatus, quam Odo frater antequam eligeretur in Regem tenuerat, tumultuari aduersus Carolum Simplicem, & tyrannidem afflare non dubitavit. Richardus itidem Dux Burgundiaæ successorem naectus est Rodulfum filium, & Hebertus Comes Viromanduensis filium cognominem. Hoc quasi jure, Comites regiae majestatis observantiores præfecturas inter liberos diviserent, quasi assensu Principis; Regino: *Anno dominice Incarnationis IXCXXX. Utus Comes obiit, qui permisso Regis quicquid beneficij aut præfecturarum habuit, quasi hereditatem inter filios divisit.* Iisdem temporibus in dynastas & regulos surrexere septem Duces, aut Comites provinciales, Dux Francorum, seu Comes Parisiensis, Duces Burgundiaæ, Normanniæ, Aquitaniæ, Comites Flandrensis, Campaniensis, Tolosanus: hi de dignitate fere cum Regibus certabant, de bello & pace, quasi æquo jure per legatos agebant: quam thrasonice se habarent exemplo docet Willelmus Pius, Dux Aquitaniæ, quem vix adduci potuisse, ut Rodulfo Regi se in fidem daret, narrat Frodoardus: *Rodulfus Rex profectionem parabat in Aquitaniam, quia Willelmus ejusdem regionis Princeps subdi sibi differebat, qui comperto quod Rodulfus in Aquitaniam cum hostili manu properaret, ei obviam super Ligerim venit, & intercurrentibus alternatim legatis, tandem ad colloquium super ipsum flumen Ligerim, infra pagum Augostidunensem convenere, ubi tota die immorati Rodulfus ex hac, Willelmus ex illa fluminis ora, nunciis utrinque progredientibus, sieque die consumpta flumen tandem Willelmus transiens ad Rodulfum jam noctu pervenit, & equo desiliens ad Regem equo insidentem pedibus accessit, quem postquam Rex osculatus est, utrinque discessum, &c.* Tandem summam rerum adeptus Hugo Capetius regni quidem ruinas ex parte instauravit, at cautoris consilio medici usus, nimium alta reipublicæ vulnera pendente manu tractavit, temporibus submisit animum, adulatas potestates omisit, ne se imparem proderet, ducatus, comitatus & minora feu-

Epist. 28.
Ep. 31.
Ademarus in
chronico.
In chronic.

Aimoin.cont.
lib. 5. c. 27.
Idem lib. 5.
cap. 37.

Nithard.lib. 3.

Lib. I. c. 32.

Aimoin.cont.
lib. 5. c. 41.
Willelm.Gem.
itic. lib. 8.
cap. 26.

In chronic.ad
ann. 924.

da in perpetua & hereditaria beneficia addixit, salvo jure summi imperii, fidei, & obsequii militaris. Hoc velut scdere amota regno invidia, fides integra man-
dit Ducibus & Comitibus: sed nondum restituta regno majestas impatiens cō-
fortis, nondum proceres abstinuerē regalibus, quibus manum injecerant laboran-
te republica. Ne erubescant Reges labem illius saeculi, quæ sequentibus pate-
bit dissertationibus: insigne illis trophæum positum juxta quod secuta est Ducum
& Comitum expugnatio, nec minor his instaurati, quam majoribus conditi laus
imperii.

C A P U T VI.

Advocatia, & defensio ecclesiæ.

can. tributum,
23. qu. 8. †
Jo. Sarisber.
ep. 54.
Lib. I. c. 24.

can. 41.

can. 16.

Lib. 2. c. 8.

De casib. mo-
naſt. S. Galli,
cap. 1.

REGBUS maxime incumbit advocatia, sive mundeburdum, idest tuitio &
defensio ecclesiæ cathedralium, & conventionalium totius Gallæ: inde
concepta formula apud Marculphum de mundeburde regio ecclesiæ: *Igitur
cognoscari magnitudo, seu utilitas vestra, quod nos apostolicum & venerabilem il-
lum Episcopum, aut abbatem ecclesiæ, vel monasterii in honore illius sancti con-
structi, cum omnibus rebus, vel hominibus, aut gasindis, vel amicis, seu unde-
cumque ipse legitimo reddibit initio, juxta ejus petitionem propter malorum ho-
minum illicitas infestationes sub sermonem tuitionis nostræ nisi fuimus recepisse, ut
sub mundeburde, vel defensione inlustris viri illius majoris domus nostri cum om-
nibus rebus præfatae ecclesiæ aut monasterii quietus debeat residere, & sub ipso
viro illo inlustris vir ille causas ipsius Pontificis, aut abbatis, vel ecclesiæ, aut
monasterii, vel qui per eum sperare videntur, vel undecimque legitimo reddibit
initio tantum in palatio nostro sequi deberet. Consentit synodus Confluentina:
Volumus ut ecclesiæ, & casæ Dæ, & Episcopi, & Dei homines clerici, &
monachi, & nomine, talem mundeburdem & honorem habeant, sicut tempore an-
tecessorum nostrorum habuerunt. Ecclesiæ, inquam, posita sub mundeburde re-
gio, tum quod ecclesia est in republica, quæ universa Principis tutela & præsi-
dio sovetur: tum quod Reges nostri ecclesiæ cathedrales, & plerasque abbatias,
& prioratus fundaverunt, dotaverunt, aut saltem beneficiis suis adornarunt: vel
quia ab initio fundatores privati, ecclesiæ, & coenobia a se posita, ut in tuto
essent, advocatæ & tutelæ Principum passim commendarunt; synodus Melden-
fis: *Providendum est Regiæ majestati, ut monasteria, quæ ab hominibus Deum
timentibus, in sua proprietate constructa, predecessores illius causa defensionis &
Mundeburdi suscepérunt, ut libera libertate remota spe hereditaria de illorum pro-
pinquitate ibidem religio observaretur, & nunc in allodium sunt data.* Et pau-
lo post. Qualiter vota fidelium inconclusa permaneant. Et synodus Ticinensis:
*Suggerendum est beatissimis Imperatoribus, quia hi qui monasteria & sinodochia
sub defensione sacri palati posuerunt, ideo fecisse probantur, quod a nullo melius,*
quam a summis potestatiibus protegenda crediderint. Sic Wifredus Comes Bitu-
rencensis & Oda ejus conjux fundatores monasterii Stradensis, Pipini Regis tui-
tioni id credidisse celebrantur; auctor vita S. Genulfi: *Quibus, inquit, ut se
tempus obtulit opportunum, continuo de rebus eidem loco delegandis testamentum
faciunt, domique Pipini Regis adeentes presentiam vota suggerunt, & locum
sibi rebus decretis per testamentum ejus potestati committunt, ut ipsius auctorita-*
te, atque Francorum deinceps regum providentia tueretur. Sic eidem Pipino Re-
gi monasterium S. Galli securitatis gratia tradidit Waltramus Comes; Ratper-
tus*

† Nil de auctoris intentione in can. tributum. Probatur vero ex can. Valentinianus
in fin. 63. dist. & can. Principes, 23. qu. 5.

tus Monachus: Postea vero tempore procedente, atque statu monasterii in melius proficiente, prefatus Waltramus eundem abbatem Othmarum Pipino Regi presentavit, ipsique Regi monasterium, quod adhuc hereditario jure in sua tenebat protestate, cum ipso pariter abbate contradidit; ea videlicet causa, ut ipse abbas, ejusque successores idem monasterium regis auctoritate retinentes, nullius deinde violentia premerentur, sed tantummodo Regum iussionibus obedirent. Nonnumquam etiam advocatia regia inde prognata, quod ipsa ecclesiae vel monasteria ultro se Regibus in tutelam dederunt, ut Carolo Magno Laurishamense monasterium; chronicon Laurishamense: Gundelandus igitur abbas in juris sui quiete possessione tunc dictante iustitia tum regia auctoritate confirmatus Laureshamense monasterium cum omnibus illuc pertinentibus in manus, & Mundeburdem gloriosi Regis Caroli tradidit, quatenus privilegiis insigniretur regalibus, &c. Immo & ipsum monasterium S. Galli Ludovici Pii primum tuitionem expetiuit, si fides Sangallensi: Quod adeo verum est, ut cum fidelis ejus abbas noster Hart. nunc autem vester inclusus ei retulerit, quod reicula S. Galli non ex regalibus donariis, sed ex privatorum traditiunculis collectae, nullum privilegium aliorum monasteriorum, vel communes cunctorum populorum leges haberet, & ideo neminem sui defensorem, vel advocatione reperi potuissent, ipse cunctis adversariis nostris opponens advocatione se vilitatis nostre, coram cunctis Principibus suis profiteri non erubuerit. Regiae advocatiae insigne fuit, quod ecclesiarum, quae illa fruerentur, causae referebantur ad palatum Principis, ut ex Marculphi formula & synodo Ticinensi supra obseruatum est: quo pacto causam de rebus monasterii Laurishamensis aduersus Heimericum Comitem, deductam ad audienciam Caroli M. recenset chronicon Laurishamense: Heimericus Comes, filius Can- A. C. 776. cronis, mortuis patre & avia, cernens presatum locum ex parvo & modico ad tantam rerum & famae proiectum eminentiam, nitebatur eum sibi proprietatis titulo vendicare; cuius rei actione ad palatum delata, & allegatione utriusque partis audita, juxta legem Francorum diffinitum est Gundelandum (abbatem) jure possidere, quod sibi fuerat a fratre sine contradictione collatum, nec Heimericum posse repetere, quod pater ejus & mater probantur sospites in scriptis tradidisse. Adfuit & aliud dignitatis argumentum, quod ecclesiarum causae etiam apud Comites, ultro aditos, priores audiarentur, & in eleemosyna regis, ut loquauntur, idest sine sportulis; concilium Vernense: Ut Comites, vel judices ad can. 23. eorum placita primo viduarum, orphanorum, vel ecclesiarum causas audiant, & definiant in eleemosyna Domini Regis, & postea alias causas cum iustitia rationabiliter judicent. Pro advocatione, ecclesiis solemne fuit annua Regibus dona inferre; de monasterio S. Galli auctor est Ratpertus: Præterea Rex piissimus Ludovicus in eadem charta conscribi jussit regia dona sibi meti se secundum consuetudinem aliorum monasteriorum securitate prediorum quotannis ventura, idest duos caballos, & duo scuta cum lanceis. Nec non secutis temporibus, regium patrocinium pecuniario subsidio sibi conciliarunt ecclesiae; Guillelmus Brito:

Tempore cuiusdam guerre Rex prodigus eris
Cum res exigeret numerare stipendia multis
Clerum Rhensem petiit, scriptoque rogavit,
Ut sibi subsidium fieret, quo gravior illi
Ad tantos vellet sumptus impendere gratis,
Ut solet ecclesia patronos sape juvare.

Haud secus Germani Imperatores ecclesiarum advocatos se egerunt; Bernardus ad Lotharium Imperatorem: Non est meum hortari ad pugnam, est tamen ad vocati ecclesia arcere ab ecclesia infestatione schismaticorum rabiem. Idemque ad Conradum Regem Romanorum: Utrumque interesse Cæsar is constat, & propriam tueri coronam, & ecclesiam defensare; alterum Regi, alterum convenit ecclesie advocato. Ac primus Imperatorum Carolus M. advocatum S. Petri se in-

A. C. 776.

Lib. i. de gest.
Caroli M.
cap. 5.

A. C. 776.

can. 23.

De casib. monast. S. Galli,
cap. 8.

Lib. i. Philiippid.

Ep. 139.

Ep. 243.

pag. 311.

scripsit. Et quidem hi melioribus saeculis gratuitam ecclesiis advocationem impenderunt; sed posterioribus ejus nomine annonas ecclesiis imponere non dubitarunt, ut prodid abbas Urspergensis: Narratur quod olim presidente Grimone proposito in ecclesia Urspergensi, regnante Chunrado Rege, & sibi succedente nepote suo Imperatore Frederico, propter reverentiam & auctoritatem prefati Grimonis ipsi Imperatores nihil hujusmodi juris presumserunt sibi vendicare, praterquam illud quod pertinet ad dominium totius terrae, ut sub protectione sua eas fasciperent, & privilegiis suis munirent & fideliter defenserent. Contigit autem quod mortuo predicto Grimone, canonici Urspergenses elegerunt sibi in rectorem quandam de fratribus suis, hominem nullius intelligentie, aut valentia & adeo hebetis eloquentie, ut nec verbum de ore ipsius, nisi cum difficultate posset intelligi. Cumque talis prelatus coram inclita recordationis Imperatore Friderico comparuisse, ipse cum tota curia sua sprevit eundem, odiorque sui nobili viro Degenhardo de Hellinsteyn procuratori suo per omnia regalia praedicta Suevia injunxit, quatenus personaliter accederet ad ecclesiam Urspergensem, & de voluntate fratrum in praediis ipsorum statueret, extra abbatiam & grangias statutis apponneret annum, quod sibi pro advocatione, & defensione solveretur, ut videlicet quilibet mansus rusticorum praediorum solveret maltare unum avene, ut officiales sui equis ipsorum ex hoc haberent annona, & ipsa ecclesia sine praejudicio omnis gravaminis Imperialera haberet defensionem. Singulare & hujusmodi ecclesiaram obsequium fuit, ne res earum alienari possent sine consensu Regis. De rebus ecclesiae suae monasterium dotavit S. Domnolus Cœnomanensis Episcopus, sed non sine consensu Chilperici Regis, ut legitur in ejus vita apud Surium: Exstruxit autem monasterium in suburbio civitatis sue: in ejus vero consecratione de rebus ecclesie multa testamento ei legavit atque confirmavit, permittente & favente Chilperico Francorum Rege, ejusque principibus, multis etiam id ei suggesterentibus Episcopis, in primis sancto Germano, clero quoque populoque ut id faceret adhortante. Nec nisi consensu Caroli M. tertiam de rebus mobilibus monasterii legavit pauperibus Gundelandus abbas Laurishamensis, chronicon Laurishamense supra laudatum: Brevi dehinc interiectu temporis Gundelandus, instanti sibi divino vocacionis bracio, misit ad Regem Aquitaniæ consulens & obsecrans, quatenus ei licet extremam vita eursum jam peragenti aliqua de monasterii rebus impendia pro animæ remedio pauperum indigentie prerogare, qui indulxit ei tertiam partem rerum dumtaxat mobilium in pauperum pro arbitrio suo distributionem: instruantur hoc exemplo nostri temporis ecclesiarum prelati, qui rebus earum & possessionibus sibi creditis insolenter abutuntur, eam pater ille imperialis abbas regni Princeps dives, & propotens, magna famæ, clari generis nihil presumserit absque Regis vel consilio, vel præcepto, etiam in ipso mortuis articulo de rebus monasterii disponere. Nec solum facto, sed etiam lege consensum regium exegerant patres in alienandis rebus ecclesiarum; conc. Matif.

Lib. 3. decret. c. 172. cense can. 4. ex Burchardo: A synodo decretum est, & Imperialis auctoritas denunciat, ne commutations rerum, vel mancipiorum ecclesiasticorum quilibet Capitul. Capitulare Caroli Calvi c. 12. vi in synodo Suectionensi: Ne commutations rerum vel mancipiorum quilibet prelatus earumdem rerum ecclesiasticarum sine licentia vel consensu nostro facere præsumat.

Lib. 2. histor. Rhem. c. 19. Sic nonnullas res ecclesiae commutavit Ebo Rhemensis, sed imperatores rescripto Ludovici P. Sed & Imperialia, inquit Flodoardus, super eisdem commutationibus præcepta obtinuit. Ecclesiarum autem advocatione adeo coronæ regiae inhæret, ut cathedralium, vel aliarum regiae fundationis patrocinium cum universitate, idest concessione Ducatus vel Comitatus in quibus episcopatus, vel regales abbatiæ positiæ erant, non transirent in aliud. Hinc concessa Neustria Hugoni abbatii sub Carolo Simplici ante irruptionem Normannorum, non vere episcopatus; chronicon Andegavense: Iste itaque tractus cum ei datus esset

ad integrum cum civitatibus & comitatibus & abbatis, castellisque prater episcopatus solos, qui in regia domini cura retenti sunt. Eodem jure advocatiam ecclesiarum Burgundiae armata manu evindicavit Philippus Augustus aduersum Hugonem Ducem Burgundiae; Rigordus: *Igitur Reges Francorum, predictas ecclesiastis in sua libertate semper custodire cupientes, quibuscumque principibus terras custodiendas tradidissent, tamen ecclesiastis sub potestate sua & protectione retinere decreverunt, ne Principes, quibus terra custodienda a Regibus delegabatur, ecclesiastis, vel clericos ibidem domino servientes aliquibus angariis, talliis, vel aliis exactionibus gravare presumerent: verumtamen quia Dux Burgundiae ecclesiastis terre sibi commissa hujusmodi exactionibus frequentibus contra Regias immunitates graviter oppresserat, ideo Philippus Rex audita religiosorum virorum conuestione, &c.* Verum Duces, & Comites passim in aliarum ecclesiarum advocatos & defensores adsciti, & a Principibus postulati: cuius rei institutum a suo fonte repetere non ab re alienum erit. Laborante scilicet Africana ecclesia Donatistarum, aliorumque quibus scatebat haereticorum tyrannide, rerum sacrarum, & privatarum direptione, nefariisque caedibus tum sacerdotum, cum laicorum famosa, aditi sunt Imperatores, & ad petitionem patrum synodi Carthaginensis V. beneficio Principum, in singulis Africanis ecclesiis instituti sunt defensores, ut haereticorum saevitiam manu militari compescerent, & quieti ecclesiarum consulerent; hac de re sanctus canon in eodem concilio: *Ab Imperatoribus universis visum est postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur ecclesia, ut defensores eis aduersus potentias divitium cum episcoporum provisione delegerent.* Quos defensores Zonaras, & Balsamon vocitarunt, εὐδίκες, τοπομόντες, οὐνηόπερ, & hi diu permansere in ecclesiis Africanis; Possidius in vita Augustini: *De qua re, inquit, ne pacis ecclesia amplius impediretur profectus, defensor ecclesia inter leges non siluit.* Nec non ecclesia cilicianae defensorum tutelam sibi adsciverunt, inermem Episcoporum auctoritatem imparem expertae aduersus potentiorum injurias; Urbanus II. P. Defensoris nomine, adoratum, sive Castaldum & judicem. In Gallia & Germania maxime, ecclesia ob opum pinguorem censum, & dynastarum frequentiam depradationi obviae, defensores, sive advocatos expetierunt; concilium Moguntinum sub Carolo M. Omnibus igitur Episcopis, abbatibus, cunctoque clero continuo praeceperat vice dominicos, prepositos, advocatos, sive defensores bonos habere. Votis Patrum annuit Carolus M. & legem dedit de advocatis & defensoribus ecclesiarum a Principe postulandis: *Defensores ecclesiarum aduersus potentias saecularium, vel divitium ab Imperatore sunt poscendi.* Exin ab Episcopis, & abbatibus, nobiliores Comites lecti, & a Principe postulati in advocatos, & defensores; Trithemius abbas, ex codicillis libertatis mortaliterii Hirsaugiensis: *Sin autem aptum & utiliter advocationem undecumque sibi placuerit eligant, hic denique abbate petente a Rege accipiat bannum legitimum, &c.* Idem ex privilegio Urbani II. *Advocationem autem Imperatorem Romanorum, qui & noster advocatus est, perficiamus; propter multiplices tamen ejus curas & dispositiones liceat abbatii & fratribus, de familia de Calune eligere, si idoneus inventus fuerit, &c.* Sin autem alias undecumque liber liceat alium eligere, qui etiam advocatus in presentiam abbatis & fratrurn juret in sacramento cum familiaribus suis, quod contra privilegia ecclesie non deniat, hic adductus in presentiam domini Imperatoris simili modo confirmet, &c. Eandem ob rationem etiam ecclesia cathedralis alium ab Imperatore, vel Rege acceperunt advocationem, vel potius subadvocationem, ut traditur de Ratisponensi ecclesia; Otto Frisingensis: *Mortuus tunc fuit in comitatu Regis vir clarissimus Fridericus Ratisponensis ecclesia advocatus.* Quinetiam Imperatores ipsi advocatiam episcopatum in beneficium dederunt Ducibus aut Comitibus, ut Fridericus I. Bertoldo Duci Zeringiæ; supplementi Frisingensis auctor: *Regnum Burgundiae cum Archisilio Avelatenst, quod Duces cap. 25.*

c. 4. can. ab
Imperatoribus,
13. q.3.
conc. Afric.
cap. 22.
can. 81. syn.
Carth. can. 78.
& 100. ejusd.
syn.
cap. 12.
in can. Salvator. 1. q.3.

can. 50.
Capitul. lib. 5.
cap. 31.
Lib. 7. c. 303.
Lib. 3. c. 62.
In chronic.
Hirsaug. A.
C. 1064.
in eod. chr.
A. G. 1199.

Lib. 1. de gest.
Frid. c. 58.

de Zeringen, quamvis sine fructu tantum honore nominis jure beneficii ab imperio jamdiu tenuerant, a Bertolfo Duce extorsit, praestitis sibi trium episcopatum ad vocatia cum inaequita regalium, scilicet Lausanensis, Genevensis, Sedunensis. Advocatorum porro munera fuit res ecclesiae curare, tueri, in jure defendere, & usurpatas a prædonibus evindicare; concilium Moguntinum L. sub Carolo M. Ut monachi ad secularia placita nullatenus veniant, &c. Neque ipse abbas sine consilio Episcopi sui, & cum necessitas exigit, tunc per iussionem & consilium Episcopi illuc vadat, nequaquam tamen contentiones, aut lites aliquas ibi moveare presumat: sed quicquid querendum, vel etiam respondendum sit per advocatos suos hoc faciat. Adrevaldus de prædiis monasterii Floriacensis sitis in pago Aquitanie, Caput cervum nomine: Advocatus vero una cum Rapanario monacho ad locum cessionis terra, juxta morem legis adveniens (lege enim Romana, qua ab antiquo utitur Aquitania, vindicatio siebat in rem præsentem) predictam vineam ad jus sancti Benedicti sua auctoritate revocare nitebatur. Et Flooardus non alias, & de Hincmaro: Res quoque nonnullas, juraque ecclesie, ac mancipia legibus per advocatos evindicata recepisse reperitur. Ekkeardus: Invadit loca lege Alamannica, cum advocate Episcopus, tribus diebus, uti jus erat, homines fisci juramentis S. Othmari vindicantes. Tabula, & gesta inscriebantur abbatis nomine, addito fratrum & advocati consensu; Bernardus ad Episcopum Ostiensem, & alios, pro abbate Latinacensi: Jam de terris & bonis ecclesie quasi distractis & alienatis, & datis ab eo cognatis suis, coram venerabilibus Episcopis Suezionensi & Antissiodorensi Comiteque Theobaldo, advocate utique monasterii, sati responsum est, & adhuc respondetur, sic illum dedisse suis, quomodo alienis, idest ad eundem censem vel consuetudinem. Idemque ad Eugenium P. Betunensis decanus, inquit, voluntate Episcopi, & assensu advocati bonam rem pro ecclesia sua in ecclesia eadem constituit, bonum est ut vestra auctoritate firmetur. Donationum piarum acceptio penes advocationem erat; Ekkeardus de Conrado Imperatore: Ille vero quicquid inibi regii fisci erat, totum in manum advocationis super aram ejus (S. Galli) tradiderat, & sigillo suo roboraverat. Denique statutus ecclesie non potuit moveri sine advocatione; Petrus Cluniacensis ad Gaufredum Carnotensem Episcopum: Dixit enim ecclesiam Castrum Duni, quam Cluniacensis olim possedisse dicebatur, a canonicis ejusdem ecclesie, ab advocatione ecclesie Vicecomite (Windocimensi) ab omnibus tandem, qui aliquid juris in ea se habere dicebant, tam precibus, quam vi iustitia extorsisse, & vestre Cluniacensi ecclesie, cuius juris fuerat, reddidisse. Advocationis etiam fuit temporalem ecclesie jurisdictionem in servos & colonos ejus exercere, ut ostendam suo loco. His officiis ergo adscripta certa stipendia; Trithemius ex tabulis Henrici IV. de advocatione monasterii Hirsaugiensis: Nullum autem servitium aliud, jus, aut beneficium sibi pro hoc concedi recognoscatur, nisi tertium bannum & consuetudinariam iustitiam, & legem quam veteri advocationi in aliis liberis monasteriis habent, super fures protivam, & censuales, & cetera talia, & in illis trium placitorum diebus in unoquoque unum maltum defrumento, & unum frisingum & unum solum de vino & cetera ad hec pertinentia. Idem Trithemius: Denique ad petitionem prefati Comitis Joannis, Willicho abbas predictum filium ejus ad vocatum suum in villa monasterii, que Arven dicitur, constituit, cui duodecim mala avena, & totidem pullos ab incolis ejusdem ville, danda singulis annis pro feudo assignavit. Ecclesiarum omnium urbis Cameracensis advocationis fuit Comes Flandrensis, eoque nomine tulit certainam portionem fructuum, quæ vulgo Gavena; Monstreletius: Le Duc de Bourgogne a cause de sa Comte de Flandres, est garde de toutes les églises de Cambrai heritalement, & a toujours, & pour ladite garde prend chacun an pardurablement, certaine quantité de grains sur les terres & seigneuries desdites églises, ou pays de Cambresis, & se nomme icelle seigneurie, appartenant audit Comte de Flandres, la Gavene

can. 22.

Lib. I. de mi-
rac. S. Bened.
cap. 26.
I. I. §. I. ff. si
quis jus dic. I.
non alias, §.
de Hincmaro:
sed si postula-
tur, ff. de judic.
Tullius Verr.

4.
Greg. Nyssen.
in vit. Thau-
maturg.
Lib. 3. histor.
Rhem. c. 10.
De casib. M.
S. Galli.
Epist. 229.
Epist. 284.
De casib. M.
S. Galli c. I.
Lib. 4. ep. 43.

In chronic.
Hirsau. A.C.
1064.

In chron.
Spanh. A. C.
1325.

vol. I. c. 143.

ne de Cambresis. Sæpius eisdem data in beneficium, certa prædia ecclesiæ, quæ inde advocatiæ nomen libarunt; Baldricus Noviomensis: *Sub hac etiam specie ipse Herewardus advocatis aliquantarum villarum quasi pro defensione presumpsit: sed plus quam inimicus prædo assiduis exactionibus devastavit.* Cunradus de Fabaria: *Cum advocatia, aliaque quamplurima feuda nostra cessissent jurisdictioni, &c.* Abbas Urspergensis: *Recipiendo nihilominus ab ecclesiis ducatus, marchias, comitatus, advocatias, monetas, theloneas, ceterorumque regalium quæ possident summam.* Lambante scilicet disciplina numen præsidii causa accitum in lethum & exilium ecclesiis incubuit, & ovem lupo creditam coarguit exitus, res eo prorupit, ut ab ecclesiis advocati tanquam a propriis rusticis & colonis crebriores annonas & census passim extorquerent, quibus modum imposuit Luius III. lege dicta ne quid ab ecclesiis præter antiquos & moderatos redditus ab institutos exigerent; & ante Eugenius II. in synodo Rhemensi: *Auctoritate apostolica prohibemus, ut nullus advocatus præter jus & beneficium antiquitus aliquid sibi arripere, vel usurpare presumat: quod si quis contra hoc attentaverit, Christianorum caret sepultura.* Denique obtenuit advocatiæ Comites eo servitutis redigere ecclesiæ, ut eas incastellandi jus sibi arrogarent, quod veteres chartæ jus fortia vocant: hoc nomine contendebat Dux Britanniæ, jus sibi esse arcæ & munitiones ponendi in villis & prædiis ecclesiæ, & tuitionis gratia castellanos Duces imponendi: qua de re graves turbæ increbuerunt inter Duces & clerum, auctore Argentreo: & hoc genus tyrannidis olim detestatus est Callixtus II. Ecclesiæ & laicis incastellari, & in servitatem redigi auctoritate apostolica prohibemus. Et post eum Otto Frisingensis: *Ecclesiam etiam beati Petri omnium ecclesiæ caput incastellare sacrilege ac profanissime non metuant.*

In chron. Camerac. lib. 2.
c. 98.
De casib. M.
S.Galli, c.8.
in Frid. I.

* initio
Anonymus Floriacensis lib. 1. de mir.
S.Bened. c. 6.
Cap.præterea,
de jure patro.
A.C.824.c.5.

Lib.5. histor.
Britann. c.36.
c. sanctorum,
10. qu.1.
Lib. 7. chr.
cap. 31.

CAPUT VII.

Nominatio Episcoporum, & abbatum.

MORIBUS Galliæ Episcoporum, & abbatum electio semper penes Reges fuit: sub prima stirpe in primis sola auctoritas Regum in hoc negotio spectata. Sic ecclesiæ Arvernensi Episcopus a Theodorico Rege impositus Apollinaris, & post eum Quintianus ex Episcopo Rutenensi a Chlodomiro lectus Ommatius Turonensis Episcopus. Mortuo Quintiano Arvernisi a Theodorico datus antistes Gallus, contemptis votis Trevirensum, qui virum sanctum sibi in Episcopum expetebant. Gallo sublectus Cautinus a Theodovaldo Rege, omisso Catone jam electo, consensu cleri. Pientio Pictaviensi Episcopo successit Pascentius abbas sancti Hilarii, iussu Chariberti Regis. Tetrico Lingonensi adhuc superstiti adscitus a Guntrano Mondericus futurus successor. In synodo Matronensi II. depositus Faustinus Aquensis Episcopus, jussu Gundoaldi pueroregis ordinatus, spredo Guntrano, & in ejus locum suspectus Nicetius, ex præcepto prius a Chilperico Rege impetrato; Remigio Bituricensi successit Sulpius; Laban Elusensi Episcopo, Desiderius ex laico; Bertramo Burdegalensi, Gundegisilius ex Comite Santonicô, idque suffragio Guntrani; a Sigiberto Rege lectus Gregorius Turonensis; Fortunatus.

Marculf. formul.
Greg.Tur.lib.
3. cap.2.
idem lib. 3.
c. 16.

idem lib. 4.
c. 5. & de vit.
patr. c. 6.
idem lib. 4.
c. 7.

idem lib. 4.
c. 18.
idem lib. 5.
c. 5.
idem lib. 7.
c. 31.

Lib. 8. c. 20.
idem lib. 6.
c. 38. 39. &
lib.8. c.22.

Lib.5. cap.2.
Can. 8.
Can. 10.
* lege, Fau-
stianus

*Huic Sigibertus ovans favet & Brunichildis honori
Judicio Regis nobile culmen adeat.*

Etsi concilia Gallicana Parisiense I. Aurelianense, V. & Parisiense III. Regibus tantum concederent assensum electioni jam factæ; haud secus sub altera

Can. 8.

stirpe permanxit jus ut Episcopi nutu Regum eligerentur, ac saepius ex clericis palatinis; Carolus Calvus in libello proclamationis adversus Wenilonem Senonensem Archiepiscopum: *Vacabat tunc pastore metropolis Senorum*, quam juxta consuetudinem praedecessorum meorum Regum Weniloni tunc clero meo in capella mea mihi servienti, qui more liberi clericis se mihi commendaverat, & fidelitatem sacramento promiserat consensu sacerorum Episcoporum ipsius metropolis ad gubernandum commisi, & apud Episcopos quantum ex me fuit ut eum ibidem Archiepiscopum ordinarent obtinui. Consuetudinem regni a Pipino exoratus agnovit Zacharias Pontifex, & tempori indulxit; Lopus Ferrarensis ad Amulum Episcopum Lugdunensem: *Idque vestra prudentia Dominus noster nobis iussit suggerere non esse novicium, aut temerarium, quod ex palatio honorabilioribus maxime ecclesiis procurat Antifitites.* Nam Pipinus, a quo per Maximum Carolum & religiosissimum Ludovicum Imperatores duxit Rex noster originem, exposita necessitate hujus regni Zacharia Romano Papa, in synodo, cui martyr Bonifacius interfuit, ejus accepit consensum, ut acerbitate temporis industria sibi probatissimum decedentibus Episcopis mederetur. Eidem Pipino jus legendi & investiendi Episcopos ratum fecit Stephanus Pontifex, & Carolo M. Adrianus; Uvaltramus Naumburgensis de investituris Episcoporum: *Longe ante decretum Adriani Papae, ejusque successorum Reges, qui erant uncti, investituras Episcoporum fecerunt, scilicet Dagobertus, Sigibertus, Theodebertus ab iis inthronizati sunt Audomarus, Aulpertus, Eligius, Lambertus, aliquique sanctissimi prasules: postquam autem Papa Stephanus venit in Franciam, & unxit Pipinum Regem, ejusque filium, ibi de investiendis Episcopis antiquam consuetudinem confirmavit.* Idemque de Adriano memorat Gratianus. Sub tertia demum stirpe, pio Roberti Regis exemplo permisae electiones clero & plebi; Glaber de Roberto: *Si qua enim pontificalis sedes in suo regno proprio viduaretur presule, cura erat maxima ut utilis pastor licet genere infimus restitueretur ecclesia, potius quam nobilitatis eligeretur persona secularis pompa: qua de causa etiam primates regni senserunt plurimum contumaces, qui despiciunt humilibus, sui similes eligebant superbos.* Retentum Regibus electionis facienda, semelque facta auctoramentum; Fulbert. de electione Franconis in Parisensem Episcopum: *Substitutus est, inquit, Franco eligente clero, suffragante populo, dono Regis approbatione Romani Pontificis per manum Senonensis Metropolitani.* Joannes Saresberiensis E. Carnotensis: *Quo vero sicut oportet possitis in providendo vobis pastore procedere, precipimus quatenus ad conservandam ecclesie pacem dominum Regem honesta de collegio vestro legatione transmissa, adeatis preces ei devotione debita porrigentes, ut canonicice eligendi vobis pastorem libertatem concedat.* Rigordus: *Cum Guillermus abbas S. Dionysii abbatiā in capitulo abdicasset, quo facto monachis cum Hugone venerabili priore ibidem residentibus, quidam de fratribus a communī capitulo delegati nuntiaverunt domino Regi, que facta fuerant liberam ab eo petentes electionem.* Idem ex testamento Philippi Aug. *Si forte contigerit sedem episcopalem, vel aliquam abbatiā regalem vacare, volumus ut canonicī ecclesia, vel monachi monasterii vacantis veniant ad Reginam & Archiepiscopum, sicut azte nos venirent, & liberam electionem ab eis petant, & nos volumus quod sine contradictione eis concedant.* Et in electionibus regiae preces audiebantur; Stephanus Tornacensis: *Concurrunt in electione illa quatuor, qua a Leone primo dicti sunt, vota civium, testimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio clericorum.* Et paulo post: *Sed & hoc frequenter & solemniter dicitur, quia Dominus Rex personam illam nominatim expressit, nominatim pro ea rogavit, nominatim ecclesia Tornacensi praesse voluit & intendit.* Ideo rejectus a Ludovico junior Petrus in Archiepiscopum Bituricensem consecratus ab Innocentio II. vel Eugenio III. ut placet Matthæo Paris. quod sine Regis assensu ordinatus est Bernard. ep. set. Electus igitur quamprimum fidei sacramentum Regi praestabat; Ivo Carnotensis

Epist. 81.

in can. Adriano, 63. dist. Hist.lib. 3.c.2.

Epist. 8.

Epist. 52.

in Philippo Aug. A. C. u85.

Epist. 173. Robert. Mon. tens. 1141. Matth. Par. 1146. P.Cluniac.lib. 4. ep. 3. Bernard. ep. 217.

tensis ad Paschalem II. Sed reclamante curia plenariam pacem impetrare nequivimus, nisi praedictus Metropolitanus per manum & sacramentum eam fideliter Regi faceret, quam predecessoribus suis Regibus Francorum antea fecerant omnes Rhemenses Archiepiscopi, & ceteri regni Francorum quamlibet religiosi & sancti Episcopi. Tum electus investituram regalium, per virgam pastoralem a Rege suscipiebat; Ivo Carnotensis ad Hugonem Lugdunensem Primatem de Daimberto Senonensi electo: Quod autem scripsisti praedictum electum investitum episcopatus de manu Regis accepisse, nec relatum nobis ab aliquo qui videbit, nec cognitum, &c. Idem Ivo Carnotensis ad Joannem Lugdunensem Archiepiscopum: Videmus autem in paribus Germaniarum & Galliarum multas honestas personas, purgato isto novo per quamlibet satisfactionem pastorales virgas reddidisse, & per manum apostolicam refutatas investituras recepisse. Et Bernardus Clarevallenensis ad Ludovicum juniorem, de electo Lingonensi: Electio ritus celebrata; electus fidelis est: non autem esset fidelis si vestra (idest regalia) & non per vos habere vellet, nec dum ad vestra manum extendit, nec dum civitatem vestram ingressus est, nequid prouersus se intromisit de aliquo. In Germania vacante ecclesia, virga pastoralis & annulus deferebantur ad Imperatorem, qui Episcopum, vel abbatem per se electum, vel a clero, per virgam & annulum investiebat; Guillelmus Tyrius de bello facto: Inoleverat enim consuetudo, presertim in imperio, quod defungentibus ecclesiarum praelatis, annulus & virga pastoralis ad dominum Imperatorem dirigebatur, unde postmodum unum quemlibet de familiaribus & capellaniis suis investiens ad ecclesiam vacantem dirigebat, ut ibi pastoris fungeretur officio, non exspectata cleri electione. Et Superius abbas in oratione Trevirensis Archiepiscopi ad Paschalem II. Temporibus antecessorum nostrorum sanctorum apostolicorum virorum, magni Gregorii, & aliorum hoc ad vim imperii pertinere dignoscitur, ut majorum electione hic ordo servetur; antequam electio in palam proferatur ad aures domini Imperatoris perferre, & si personam deceat, assensum ab eo ante factam electionem assumere; deinde in conventu secundum canones petitione populi, electione cleri, assensu honoratorum praeserre consecratum libere, nec symoniace ad dominum Imperatorem pro regalibus ut annulo & virga investiatur fidelitatem, & hominum pacem, nec mirum civitates eum & castella, marchiam, Telonea, & quaque imperatoria dignitatis nullomodo aliter debere occupare. Quibus adde Waltramum Naumburgensem de investiture Episcoporum, Baldericum Noviomensem, & Adamum Bremenensem: verum hujusmodi investituras laicas damnarunt Gregorius VII. & eum secuti Pontifices Urbanus II. Paschalis II. Calixtus II. donec tandem Henricus V. in synodo Wormaciensi investituras per annulum & baculum exfestucavit, idest dimisit, & liberas electiones restituit ecclesiis, ea lege, ut electioni jam factae assensus Imperatoris requireretur, electus investiretur per sceptrum; autores sunt Siegbertus, Otto Frisingensis, Leo Ostiensis, Matthaeus Paris. Conradus Urspergensis, Ivo Carnotensis. Quo pacto electionibus ecclesiis restitutis brevi flexu ecclesia redacta est ad solos canonicos cathedralium ecclesiarum, ut innuunt Urbanus II. & Innocent. II. Ivo Carnotensis, & Bernardus Clarevallenensis, idque emulatione Romanæ ecclesiæ, in qua paulo ante ex constitutione Nicolai II. electio Romani Pontificis concesserat ad solos Cardinales. Quid in oriente? etiam ab Imperatoribus Constantinopolitanis jus eligendi Patriarchæ, & inferiorum Episcoporum, & tradendi baculi usurpatum, ut liquet ex Cedreno & Zonara. Jus legendi scilicet, & investiendi Episcopos & abbatess mere regium ac Regibus singulare, nec cadit in Duces, vel Comites cuiuscumque dignitatis sint. Inde est quod mortuo Ferreolo Uzencensi Episcopo, Albinum per Dynamium rectorem provinciae sine Regis consilio ordinatum, non aliter quam præcipiti fato pudori remotionis se eripuisse fertur. Et rursus Marcellus ejusdem Dynamii Astu defuncto subintrusus, sede vi dejectus, quasi non

Ep. 190.
Epist. 60.
Epist. 236.
Ep. 170.
Lib. I. c. 13.
In Ludovico Crasso.
In chronic. Camer. lib. 3. c. 6. & 63.
Lib. I. c. 32. & 39.
Lib. 2. c. 50.
A. MCXI.
Lib. 7. chr. c. 14. & 16.
in chron. Caff. lib. 3. c. 71.
Lib. 4. c. 42.
A. C. 1112.
A. C. 1122.
Ep. 236.
can. Artaldus, 8. qu. 3.
can. obeuntibus, 63. dist.
Ep. 102.
Ep. 102.
can. in nomine Domini, 23. dist.
Anselm.
Luc. lib. 2.
contr. Guibert.
Antip. Leo Ostiens. lib. 3. cap. 49.
in Niceph. Phoc. Niceph.

general. Ro- jure electus, obtinente Jovino, qui regium de episcopatu præceptum meruerat, mano Lacap. ut narrat Gregorius Turonensis. Hujusmodi etiam jus velut regalium apicem Isaac Com- corona inavulfum tuetur Baldricus Noviomensis: Fulcuinum ergo dominus Epi- nen. Codin. scopus Gerardus, unaque abbas Richardus Imperatori presentarunt abbatia donan- c. 20. dum; nullum enim abbatias præter Imperatorem, aut Episcopum largiri cuiquam Lib. 6. hist. fas est, quamvis advocatio earum laicis commendantur. Labente tamen secunda cap. 7. stirpe, Duces & Comites vices regias in electione Episcoporum & abbatum si- Lib. 3. c. 6. bi adscivisse nimis notum est. Adonem clericum sedi Arvernensi intrusit Ste- Ep. 66. phanus Comes Arvernensis, dejecto Sigone Episcopo; quam ob rem Comitem Lib. 3. histor. admonet Nicolaus I. ut Sigonem suæ sedi restituat: nec non eadem ætate va- Rhem. c. 26. cantie ecclesia Sylvanevensi electionem Episcopi tentasse Bozonem Comitem, sa- Ep. 21. tis significat Hincmarus Rhemensis quadam apud Flodoardum epistola, qua ob- testatur, ut liberam electionem permitteret, quod ejus juris non esset quamlibet designare personam. Megenardum monachum, abbatem sancti Petri de cultura elegit Theobaldus Comes Bleensis, & Carnotensis, nec audiit preces mo- nachorum liberam eligendi facultatem petentium; de quo Fulbertus ad Abbo- nem Floriacensem: *Abbate sancti Petri graviter aggrotante, sed adhuc mentis & sermonis compote, Megenardus monachus ante mihi non mediocriter charus, no- stu sese de claustrō surripuit, & ad Theobaldum Comitem, qui Bleſis iuri mo- rabatur, abbatiae petenda gratia properavit. Comes illum postridie remisit ad nos cum legatis, qui denunciarent recipiendum magnifice sicut abbatem monachis & canonicis.* Et paulo post: Decrevimus ergo quosdam eorum esse mittendos ad Comitem, nobis videlicet designatum Episcopum, ut patris obitum nunciarent; & alterius eligendi regularem precarentur licentiam: quibus missis, ecce alii duo, Vivianus scilicet, & Durandus, alter illiteratus, alter litterarum male sanus in- terpres ambo propositi, simulantes causa communis commodi ad obedientias suas se velle exire, ac ne aliorum pergerent sibi interdicente decano monasterii, Me- genardum tamen secuti sunt; cui cooptam presumptionem occulte persuaserant, ut Bleſis in presentia domini Theobaldi ipsum Megenardum a fratribus peti ac eli- git per fidem mentiti sunt: Horum suffragio Ierulus Comes statim eum baculo pa- storali publice donat, &c. Theodericus Dux Mosellanorum, diem functo Albe- rone Metensi Episcopo fratre, filium suum adhuc impuberem Episcopum obtru- fit, dato coadjutore; Sigebertus: Dux Mosellanorum Deodericus post fratrem suum Alberonem dato episcopatu Metensium filio suo adhuc puer, tutorem ei sub- substituit ipsum Deodericum. Eodem jure Duces Normanniae Episcopos & abba- tes proprio nutu instituebant, & per cambutam, idest virgam pastoralem inve- stiebant; Ordericus Vitalis in Guillelmo II. Dux autem eorum petitioni acquie- vit, & prefato viro, qui electus erat per cambutam Iovonis Episcopi Sagien- Lib. 3. hist. eccles. sii exteriorem abbatiae (Uticensis) potestatem dedit. Idemque: interea Normanicus Dux Osbernus Cormeliensum priorem a Raynero abbatie sancte Trinitatis de Monte Rothomagi requisivit, eique nihil tale suspicanti per cambutam Mau- rilius Archiepiscopi in synodo Rhotomagensi curam Uticensis abbatiae commendavit. Recepta Normannia ab Anglis, Philippus Augustus ecclesiis liberas electiones re- Lib. 5. hist. lippid. stituit, quas Normanniae Duces usurparant; Guillelmus Brito:

*Præterea motu proprio nullo supplicante
Indulxit monachis & clero, ut fiat ab illis
Canonico deinceps pastorum electio ritu:
Nam Rex Anglorum jus usurpaverat illud
Usque modo, ut solus pastores ipse crearet.*

Hinc nostrorum querelæ locus, quod Rex Anglorum, tanquam Dux Norman- niæ, episcopatus Normannicos Anglis propinaret contra legem ecclesiæ & regni.

Ivo Carnotensis: *Quæ enim ratio, quæ lex permittit, ut Ranulfus Dunelmensis Epist. 159. Episcopus de ecclesia alterius regni ad aliam ecclesiam transeat, & velut quædam machinatione præsentie suæ, vel filiorum suorum occupatione Luxoviensem ecclæsiam per violentiam Anglici Regis invadat?* Geminos abbates elegisse in monasterio N. Rainierum Comitem Cameracensem invenio, tametsi dissentiente Gerardo Episcopo; Baldricus Noviomensis: *Post obitum vero domini abbatis Wenrici, duos abbates alterum post alterum Comes Rainerus substituit; hoc sicuti modo abbatiam vindicare præsumens; quod quia nefas esset, dominus Episcopus sua auctoritate rejectit, cum abbatiam quamlibet nullus præter Imperatorem, aut Episcopum debeat commendare.* Hugonem Diensem electum consecravit Gregorius VII. quod Comes Dienensis in eum turbas excitasset, postquam electioni consensisset; Gregorius VII. ad Guillelmum Diensem Comitem: *Te autem prædictæ Comes singulariter alloquentes valde miramus, quod postquam præfatum confratrem nostrum instinctu divina clementia cum consensu aliorum omnium in Episcopum elegeris, & fidelitatem sibi ex more feceris, nescio quibus de causis elatus eo præsente commotionem adversus eum agere præsumpsisti, &c.* Parijure regalium potitos Comites Tolosanos præterire non possum; utinam absuget simonia labes. Cadurcensem episcopatum respuit Bernardus abbas Belli loci, consilio Abbonis abbatis Floriacensi, nummariis oblatum conditionibus a Willemo Comite Tolosano; teste Aimoino Floriacensi. In gestis concilii Lemovici vit. Abbo- cens II. exstant querelæ monachorum Bellovacensis monasterii sancti Petri, re- gulari monasterio datum esse secundum abbatem, idque perperam factum a Principibus sæcularibus, nempe Comite Tolosano, postea Comite Petragoricensi, inde vice-Comite Combronensi, qui sæculari abbatiam dedit, videlicet nepoti Episcopi Cadurcensis, qui mox vocatus in synodum, ultro abbatiam ejuravit. Hac de causa Comites Tolosanos perlustringit concilium Tolosanum apud Baro- nium: *Item placuit, ut nullus clericus, nec monachus, vel alius aliquis pro eis episcopatum vel abbatiam, vel presbyteratum emere præsumat; sed neque Comes, vel alia ulla potestas eadem vendere, vel pretium pro his accipere audeat.* De- nique hæc sæculi lues universam foedavit Galliam, ut Duces, & Comites, alii que proceres laici, Episcoporum & abbatum electionem in censu suo ponerent; Ordericus Vitalis: *Sicut tyronibus suæ a Principibus erogabantur stipendia mili- tiae, sic quibusdam coronatis pro famulatu suo dabantur a laicis episcopatus & abbatiae, ecclesiæ prepositure, archidiaconatus & decanæ, aliæque potestates, & dignitates ecclesiastice, quas meritum sanctitatis & sapientia doctrina solummodo debent obtinere.* Ob id sanctus canon in concilio Claromontensi: *Interdictum est ne Reges, nec alii Princes aliquam investituram de ecclesiasticis ho- noribus faciant.* Comitem Flandrensem, quod investituram abbatum abstineret, commendat Anselmus in epistola ad Clementiam Comitissam: *Relatum mihi est, quosdam abbates in Flandria sic constitutos, ut Comes vir vester nullam eis manu sua daret investituram.* In Burgundia Rodulpho Rege precario fere regnante, episcopatus & abbatiae tribuebantur ad libidinem Comitum; Ditemarus: *Nul- lus enim, ut audio, qui sic præsit in regno nomen tantum & coronam habet, & episcopatus, his dat, qui a Principibus his eliguntur, ad suam vero utilitatem pauca tenens ex impensis Antistitum vivit, & hos, vel alios in aliquo extrinse- cus laborantes, eripere nequit, unde hi manibus complicatis cunctis primatibus velut Regi suo serviunt, & sic pace fruuntur: ob hoc solum talis rector inter eos dominatur, ut eo liberius malignorum furor invicem vagetur, & ne lex nova al- terius Regis ibi adveniat, quæ inolitam consuetudinem rumpat; Willermus Comes, de quo prædixi, miles est Regis in nomine, & dominus terræ re; & in his partibus nullus vocatur Comes, nisi is qui Ducis honorem possidet, & ne illius potestas in hac regione paulo minus minueretur consilio & actu imperatoris ma- jestati sicut prædixi reluctatur.* In Germania idem regalium jus nonnullis Im-

perii Ducibus concessum beneficio Imperatorum, ut Arnulpho Duci Bavarorum,
 Lib. 2. hist. diplomate Henrici I. Luitprandus Ticinensis: *Hoc igitur quadrisario dicendi genere copioso, scilicet, brevi, sicco, & florido, Rex Henricus, ut erat animo prudens, Arnoldi animum mulcens ad suos rediit. Arnoldus vero cum suis omnia Henrico I. retulisset, hujusmodi ab eis audivit & tunc, idest responsonem: Aequum autem, justumque nobis videtur, ut a ceteris non dissentientis hunc Regem eligeres, ipse vero te ut tam fortunatum & prædivitem virum hoc pacto bearet, animique tui feritatem mulceret, ut quod prædecessores non habuere tui, tibi concedatur; scilicet quatenus totius Baioariae Pontifices tuæ subjaceant ditioni, tuaque sit potestatis uno defuncto alterum ordinare. Connivens igitur Arnoldus huic optimo suorum consilio, Henrici Regis miles efficitur, & ab eo, ut jam dictum est, concessis totius Baioariae Pontificibus honoratur.* Henrico Leoni Duci Saxonum idem indulsum privilegio Friderici Enobarbi; Helmoldus: *Et facta postulatione obtinuit apud Cesarem auctoritatem episcopatus suscitare, dare, & confirmare in omni terra Slavorum, quam ipse, vel progenitores sui subjugaverint in clypeo suo & jure belli: quamobrem vocavit dominum Geroldum Aldenburgersem, dominum Evermodum Racisburgensem, dominum Bernonem Magnopolitanum, ut reciparent ab eo dignitates suas, & applicarentur ei per hominii exhibitionem sicut mos est fieri Imperatori, &c.*

Lib. 1. hist.
 Slav. cap. 8.

* Can. 8.

Can. constitutum, 7. q. 1.

Can. 80. syn.

Carthag.

c. 77. ejusd. syn.

ep. 44.

Can. presbyteri, 24. dist.

can. obitum, & seq. 61. dist.

can. charita-

tem, 12. qu. 2.

Greg. lib. 11.

ep. 12. lib. 3.

ep. 11. lib. 2.

ep. 29. lib. 11.

ep. 16.

cap. cum no-

bis, de elect.

c. fin. de suppl.

negl. præl. in 6.

Can. si in ple-

bibus, 63. dist.

cap. bona me-

moria 51. de

appellat.

cap. cum ve-

nissent, de in-

fit.

A. C. 496.

Hincmar. ep.

1. 2. 3. 4. 5.

tom. 2.

C A P U T VIII.

Custodia, seu guardia vacantium ecclesiarum.

Recio in eligendis Episcopis & abbatibus juri cohæret custodia, sive guarda dia vacantium ecclesiarum, & occupatio redditum interim provenientium: jus melioribus saeculis incognitum, ac ex cleri malis moribus opumque sacramentorum everzione natum. Antiqui enim moris fuit vacante sede episcopali, unum ex provincialibus Episcopis a Metropolitanano legari, qui ecclesiam vacantem regeret, & electionem promoveret; intercessorem vocat conc. Carthaginense V.* p. 207 Zonaras, & Balsamo. Hoc jure vacantem ecclesiam cuidam ex Coepiscopis commendabat Ambrosius Metropolitanus Mediolanensis: *Commendo tibi fili eccliam, quæ est ad Forum Cornelii, quo eam de proximo intervallis frequentius, donec ei ordinetur Episcopus.* Postea etiam usu evenit, maxime in Italia, ut si quando pastore orbata vacaret ecclesia, ad eam regendam, interim donec Episcopus eligeretur, summus Pontifex visitatorem submitteret, ut docent plures epistolæ Pelagii, Gregorii M. & aliorum Pontificum. Inferiorum ecclesiarum vacantium custodia olim pertinebat ad archidiaconum intra dioecesim suam. Novum & inauditum Theodorici facinus, cum dissidio orto in ecclesia Romana visitatorem delegavit; Sigebertus: *Aliqui Romanorum subornatis falsis testibus incriminantes Symmachum Papam, latenter Laurentium in papatum subintroixerunt, pro quo schismate dirimendo Rex Theodericus Episcopum Petrum contra canones visitatorem sedis apostolicæ instituit.* In Gallia hujusmodi visitatorum constituendorum Metropolitanis quidem jus fuit, sed vix sine consensu Regis, ut liquet ex epistolis Hincmari, apud Flodoardum, & Sirmondum: immo tandem ex consuetudine jus factum, ut vacantium ecclesiarum & cenobiorum custodia omnino in potestate Regum esset, omnesque redditus in fiscum redigerentur, quoad Episcopus vel abbas eligeretur. Morte Tilpini, sive Turpini vacante ecclesia Rhemensi, Carolus Magnus rei bellicæ laude, pietatis Maximus, ab ipsa manus non abstinuit; gesta Hincmari de Villa Noviliaco, apud Flodoardum: *Defuncto Tilpino archiepiscopo anno XXIII. postquam Carolumamus Rhe-*menſi

mensi ecclesiae villam Novilliacum tradidit, tenuitque D. Rex Carolus Rhemensis episcopium in suo dominatu, & dedit villam Novilliacum in beneficio Anschero Saxoni, &c. Hoc Duce semel constituta inter pontificii servitus facile deinceps tenuit ecclesiam; cuius impatiens Formosus Pontifex, litteras dedit ad Fulconem Archiepiscopum, sanciens, ut enarrat Flodoardus: auctoritate B. Petri, ut nemo Regum, nullus Antistitum, nemo quilibet Christianus, decedente Rhemorum Episcopo ipsum episcopatum, vel res ipsius ecclesiae suis compendiis applicet, neque sub suo dominio teneat, preter ipsius civitatis Episcopum, & eandem metropolim non ultra constitutionem canonicanam, sine regulis ecclesiasticis convenienti pastore manere cogat, neque aliter ibidem Episcopum, nisi ut sacri canones jubar, constitui faciat. Sed manum ut tollerent vacantibus ecclesiis, vix suaderi potuerunt Reges. Altissiodorensi sane ecclesiae regalia remisit Ludovicus junior; ut refert auctor chronici Altissiodorensis: *Ludovicus Rex Senonensem ecclesiam libertate donavit a malis & pessimis exactionibus, quibus Senonica sedes moriente Archiepiscopo solet fatigari & opprimi.* Pari beneficio demeruit idem Rex ecclesiam Burdegensem, & alias Aquitanicas, ex veteribus tabulis apud Chopinum. Pietate ductus quoque Philippus Augustus ecclesiam Altissiodorensem jure regalium absolvit; supra laudatus auctor chronici Altissiodorensis: *Altissiodorensi, inquit, ecclesia unanimi electione praeficitur Guillelmus decanus.* Et paulo post: *Regalia tunc pervaserat regia clientela exactionibus immodicis universa diripiens, ea quoque confiscans, qua Hugo Episcopus testamento legaverat ecclesiae largienda: electus itaque pro recipiendis regalibus destinat ad Regem, nec impetrat: post consecrationem vero suam illico Regem adit, & multo licet labore, expensisque obtinet apud eum, ut non modo predecessoris sui testamentum, quod jusserrat confiscari, jubeat restituiri; verum etiam quicquid juris habebat in regalibus in remedium anima sua donaret Altissiodorensi ecclesia, ita ut moriente Episcopo, decanus & capitulum regalia manu teneret, & qua de redditibus interim provenirent successori Episcopo reservarentur.* Sed paucis hoc datum ecclesiis; in ceteris quoties vacarent, fiscus semper jure suo usus est; legis vice est testamentum Philippi Augusti, apud Rigordum: *Si forte contigerit sedem episcopalem vel aliquam abbatiam regalem vacare, &c.* Et paulo post: *Regina autem & archiepiscopus (scilicet mater Regis & Willelmus Archiepiscopus Senonensis vicarius regni constituti peregre agente Rege in expeditione sacra) tam diu regalia in manu sua teneant, donec electus conserratus sit, vel benedictus, & tunc regalia sine contradictione ei reddantur.* Eodem jure regalium in ecclesiis vacantes insurrexere Angliae Reges, auctore Guillelmo Rufio, ut notum est ex Matthæo Parisi, Matthæo Westmonasteriensi, Orderico Vitali, Polydoro Vergilio, & Guillelmo Britone, cuius versus hi sunt:

*Nam Rex Anglorum jus usurpaverat illud
Usque modo, ut solus pastores ipse crearet;
Nam quotiens pastore carens prelatica sedes
Civili letho, naturali vacasset,
Protinus ecclesiae bona cuncta vacantis, ab ipso
Usurpata suos convertebantur in usus;
Sicque Dei sponsam viduans quantum ipse volebat
Cogebat placito sibi demum nubere sponso.*

Ex pacto quidem Joannes Anglorum Rex jure patronatus & custodia vacantium ecclesiarum cessit in ecclesiam Romanam, ut Innocentium III. Pontificem sibi conciliaret, teste Matthæo Parisi, & Matthæo Westmonasteriensi; sed Joannis fide minime se obstrictos rati posteri Reges, animose jus suum repetierunt. In oriente Imperatores Constantinopolitani, occasione arrepta ex frequenti tu-

Conc. Gall.
Flod. lib. 3.
hist. Rhem.
cap. 23.
in calce hist.
Rhemensis.
Lib. 4. hist.
Rhem. cap. 2.

ad A.C. 1156.

de doman.
lib. 2. tit. 9.
n. 5.

ad A.C. 1207.

A. C. 1190.

A. C. 1089.
A. C. 1000.
Lib. 8. hist.
eccles.
Lib. 10. hist.
Anglic.
Lib. 8. Philip.

A. C. 1213.

tem. 3. annal.
idem Cedren.
p. 541.

in Isaac. Co-
mnenio.

in can. 35. syn.
6. in Trull.

Lib. 2. ep. 24.

Ep. 94.

multu ob electionem Episcoporum, simul electionem Episcoporum ad se revo-
carunt, ac interim vacantium ecclesiarum fructus rapuerunt, submissio ex suis
economis. Facti primarius auctor memoratur Nicephorus Phocas; Zonaras :
ο Βασιλεὺς, inquit, ἀφορμής ἐν τῷ δραζόμενῷ εἰς δικέαν ἔξσιαν τὸ πῶν τῆς
τῶν Επισκόπων μετάνευκη προχειρίσεως μηδένα καλεῖσθαι γνώμης ἀπέρ αὐτῷ εἰς ἐκ-
κλησίαν οἷαν δινή πνοια σίκεοδαι ἀλλὰ καὶ ἐπενήκει Επίσκοπῷ, βασιλικὸν ὑπηρέτην
εἰς τὴν χρησύσαν ἐκκλησίαν, ἔξεπεμπε, καὶ γλωσσῇ πιερ ἐκέντα τὸν ἀναγκαῖον
γινομένων ἀναλογίαν, αὐτὸς φύετο τὰ περιταῦοντα. Imperator ex hoc sumpta
occasione, Ο omni auctoritate designandi Episcopos sibi vendicata, edixit ne quis-
quam injussu suo in ullam ecclesiam mitteretur. Mortuo igitur Episcopo, Re-
gium ministerium in ecclesiam vacantem mittebat, quo sumptus necessarios parce fa-
ciente, ipse reliqua sibi vendicabat. Exin non aliena est conjectura jus crea-
di magni economy patriarchalis ecclesiae, quo facilius vacantis redditus asse-
quentur in se transtulisse eosdem Imperatores, quod Patriarchae demum resti-
tuit Isaacius Comnenus, auctore eodem Zonara : Χαστζόμενῷ δὲ ἦτι τῷ Πα-
τριάρχῃ, καὶ τὴν τὸν ἐκκλησιατικῶν πραγμάτων δικονομίαν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀπένει-
με, μέχρι τοτε τῷ μεγάλῳ δικονόμῳ προχειρίζομέννυ πατέρα τῷ Βασιλεύοντῷ,
ἄλλα μὴν καὶ τῷ σκευοφύλακῷ ἐκάνει δέ καὶ ἀρφα ὑπὸ τὸν τῷ Πατριάρχῃ ἔθετο
ἔξσιαν ἀπόξενότας ἀρφοῖν τῷ δημόσιον : Præterea in Patriarchæ gratiam etiam
ecclesiasticarum rerum procurementem ecclesie attribuit; nam cum ad id usque tem-
pus Ο magnus economy, Ο vasorum custos ab Imperatore designari soleret,
utrumque id minus Patriarchæ potestati subiecti, amota publica auctoritate. Va-
cantibus tamen ecclesias manus non abstinuit fiscus, usque ad novellam Emanue-
lis Comneni, qua exstat apud Balsamonem de non rapiendis a Ducibus, vel fi-
sci procuratoribus bonis vacantium ecclesiarum, sed futuro successori per Me-
tropolitanum servandis : μηκέτι πατέρα τῶν κατὰ χώραν τὰς δικιάς ἀρχέας διε-
πόντων, ή ἀναγραφάς ή ἐπερ ἄττα δικαίῳ τῷ δημόσιον ἐνεργάντων τοιεπόν τι κατὰ
τῶν ἀγιωτάτων ἐκκλησιῶν, ή τῶν ὑπ' αὐτάς ἀνινήτων, ή τῶν κεκλιῶν τῶν ἀρχιε-
ρέων ἐν ταῖς αὐτῶν τελευταῖς τῷ λοιπῷ νεωτερισθίαι : Ne ab iis, qui ducales ma-
gistratus gerunt, vel descriptiones, vel aliqua alia publici jure exercent, tale
quid in sanctissimas ecclesias, vel earum immobilia, vel Antifitum cellas in eo-
rum morte deinceps amplius innovetur. Vacantium ecclesiarum custodiā, &
temporalium occupationem non solum Reges nostri, sed etiam Duces & Co-
mites, quorum in provinciis episcopatus, vel abbatiae positæ erant, sūi juris du-
xerunt. Duces Aquitaniæ hujusmodi juris possessores tuitus videtur Gregorius
VII. cum suspenso Isemberto Pictavensi Episcopo, si non pareret, Gozelino
Burdegalensi Episcopo sacrorum, & Guillelmo Duci Aquitaniæ temporalium

curationem committit : Tibi autem, inquit, Gozeline Burdegalensis Archiepisco-
pe, ecclesiasticas res committimus tractandas, populum, & clerum ne sibi obediat
commoneas; tibi vero Guillelme Comes justitiam committo tractandam, atque in
vestris manibus causam sancti Hilarii regendam, & justitiam inde exhibendam
committimus. Inde custodiā Burdegalensis ecclesie vindicabat Rex Anglorum,
tanquam Dux Aquitaniæ; at semel remissam a Ludovico juniori restitui non
posse judicatum solemni placito anni M C C V I I. ex Chopino. Aequo Carnoten-
sis ecclesie custodiā, & manus injectionem in temporalia, defuncto, vel de-
posito Episcopo sibi adscirebat Comes Carnotensis, donec eam ejuravit urgente
Ivone Præfule, ut testatur ejus epistola ad Paschalem II. Quoniam divino ad-
jutorio Carnotensis Comes pravas consuetudines, quas habuerant antecessores sui,
& in domibus & rebus Carnotensis Episcopi defuncti, vel depositi multo meo
labore & sumptu ecclesie dimisit, & parvitas mea privilegium super hoc a san-
ctitate vestra promeruit, ad perficiendam ejusdem libertatis confirmationem, peto
ab excellentia vestra mitti litteras clero Carnotensi continentem hanc sententiam;
ut si forte aliqui Carnotensem Comitum, vel ministrorum eorumdem aliquando
cupida

cupida temeritate & temeraria cupiditate libertatem a Comite concessam infregunt, tanquam ecclesiastici juris sacrilegi perversores ab ipso clero apostolica auctoritate excommunicentur, & ecclesia tam civiles, quam suburbanæ usque ad satisfactionem claudantur. Idem jus sibi asseruerunt Dukes Britannæ; adeo ut quibus in obsequium D. Ludovici pactis consensit Petrus, cognomine Mauclerc, vacantium ecclesiarum custodiam sibi constanter exceperit, ex Argentræo. Eodem jure usi sunt in pluribus coenobiis Comites Nivernenses, ut probat Guido Coquille ex fide gestorum: nec non vacante archiepiscopatu Ebredunensi, Delphinum Viennensem jure regalia potum, locuples auctor est Marcus. Denique passim in Gallia Duces & Comites, obtentu custodiae sive guardiae vacantium ecclesiarum, proventus suo quasi fisco intulerunt. Hinc diræ anathematis sancitæ in laicos vacantium ecclesiarum direptores; Urbanus II. in concilio Claramontensi: *De laicis*, inquit, *questio facta est, qui morientibus Episcopis, siue aliis clericis, res defunctorum invasas, ecclesia, pauperibusque subripiunt. Contra quos commune totius concilii anathema prolatum est.* Et Lucius III. *Præsenti decreto, inquit, statuimus eos, sive advocati, sive patroni, vel vicedomini, sive custodes, vel guardias habentes, seu quocunque alio nomine censeantur, a gravaminibus ecclesiarum cessare, nihilque in ipsis præter antiquos & moderatos redditus a locorum Episcopis institutos exigere: aut si aliud exegerint excommunicationi subdantur.* Et Innocentius III. in concilio generali Lateranensi: *In quibusdam provinciis ecclesiarum patroni, & advocati, seu vice-domini se in tam insolentiam exixerunt, quod non solum, cum vacantibus debet ecclesiis de pastoribus idoneis provideri, difficultates ingerunt & malitias; verum etiam de possessionibus, aliisque bonis ecclesiasticis pro sua voluntate ordinare presumunt, & quod horrendum est dicere, in necem prælatorum prorumpere non formidant.* Cum igitur, &c. Addatur Gregorius X. in concilio Lugdunensi: *Generali constitutione sancimus universos & singulos qui Regalia, custodiam, sive guardiam, advocationis, seu defensionis titulum in ecclesiis, monasteriis, seu quibuslibet aliis viis locis de novo usurpare conantes, bona ecclesiarum, monasteriorum, aut locorum ipsorum vacantium occupare presumunt, quantacumque dignitaris honore præfulgeant ... eo ipso excommunicationis sententie decetrum subiacere.* In Anglia, consuetudinis contagio, ad patronos vel advocatos pertinuit custodia vacantium ecclesiarum, ut nos docet Matthæus Paris. ex tabulis Joannis Regis: *Omnis patroni abbatarum, qui habent chartas Regum Anglie de advocatione, vel per aliquam antiquam tenuram vel possessionem, habeant earum custodiam cum vacaverint, sicut habere debent.*

Lib. 5. hist.
cap. 77.
in histor. Ni-
vern. p. 45. &
seq.

1. part. qu. 90.
98. p. 2. qu.
365. 452. 460.
Can. de laicis,
12. q. 2.

in c. præterea,
de jure patr.

A.C. 1215.

C A P U T IX.

Collatio præbendarum vacante sede. Collatio primo vacatura præbenda pro jure cundo adventu. Collatio plena præbendarum jure patronatus.

REGLÆ vacantium ecclesiarum custodiæ, cum fructibus, accedit collatio præbendarum, quæ interim vacaverint, ut indigitat testamentum Philippi Augusti apud Rigordum: *Præterea præcipimus, quod si præbenda, vel beneficium aliquod ecclesiasticum vacaverit, quando regalia in manu nostra venient, secundum quod melius & honestius poterunt Regina & Archiepiscopus viris honestis & litteratis consilio fratris Bernardi conferant: salvis tamen donationibus nostris, quas per litteras nostras patentes quibusdam facimus.* Hoc jus non abnuit D. Ludovicus consuetudine nixus; Willelmus Nangis: *Sane, inquit, in beneficiis ecclæsia-
sticis conferendis, quæ ad patronatum sive donationem ipsius pertinebant, Deum Ludovic.*

semper præ oculis habebat, & electis & probatis personis ea, quantum poterat conferebat: precipue autem in ecclesiis cathedralibus, ubi sede vacante ratione custodiaz regalium, ex consuetudine pertinebat ad eum collatio præbendarum, quas personas inquire & eligi faciebat per cancellarium Parisiensem, & alios viros bonos. Idemque jus consuetudine partum agnovit Innocent. III. rescripto ad Philippum Augustum, in quo jus collationis præbendarum, vacante Laudunensi ecclesia, dicitur pertinere ad Regem, secundum antiquam & approbatam consuetudinem. Libertatem collationis Regiæ præbendarum sede vacante uscepit Trecensis ecclesia, addito Philippi Aug. diplomate, apud Camuzatium: Praterea de donatione præbendarum, quæ vacarunt in ecclesia beati Petri Trecensis vacante sede illa, quia non inveniebamus aliquem qui vidisset, quod nos eas dedissemus, aut quod genitor noster pie recordationis Rex Ludovicus ipsas tempore vacantis sedis vacantes dedisset, & quia etiam ex assertione plurium audivimus, quod præbenda, archidiaconatus, & alia beneficia tempore illo vacantia futuro reservarentur Episcopo Trecensi, ad conferendum quibus vellet, concedimus dilecto nostro Herveo Trecensi Episcopo, ut ea conferat, & donationem illorum habeat, tam ipse, quam successores ejus Episcopi Trecenses. Idem jus regaliæ in collatione præbendarum in Anglia obtinuisse notum est, ex decretali Alexandri III.

tom.2. libert.
Gall. tit. 16.
n. 5.

in catalog.
Trec. Episco-
por.

cap.6. de jur.
patron. in I.
collect.

A.C. 1260.

in Hypo-
digm. Neufr.
1148.

A.C. 1288.

cap.dilectus,
de præbend.
cap.dilecto, de
testib. cult.de
concess. præb.
cap.1.de sent.
& re jud.in 3.
coll.
Lib. 1. c. 19.

in qua morte Episcopi vidiata Wellensi ecclesia, vacantem in eadem præbendam Henricus II. Anglorum Rex Thomæ clero Palatino concessisse legitur: quo jure etiam diem functio Londinensi Episcopo, ecclesia in regiam manum redacta, præbendam in eadem vacantem Joanni Thesaurario contulisse dicitur Henricus III. ignarus collationis, quæ prius ejusdem præbendæ facta fuerat a Romano Pontifice, ut est apud Matthæum Westmonasterensem. In censu regaliū quoque ponitur, Regibus nostris consuetum, jus conferendi primo vacaturam præbendam in singulis ecclesiis cathedralibus & collegiatis pro jucundo adventu. Jus in Gallia ortum ex consuetudine, vel, si malis Anglis credere, ex Pontificum privilegio, a Ludovico juniori tamen abstento, quasi contrario sacris canonibus; Thomas Walsingham: Ludovicus Rex Francorum, inquit, de Hierusalem est regressus, cui cum quidam clericus papale præcilegium attulisset, quod in omni cathedrali ecclesia regni sui primam vacaturam haberet, cum fractibus medio tempore provenientibus: ille confessim combusit litteras, dicens, se malle tales comburere litteras, quam animam suam in inferno torqueri. Idem apud Germanos jus invaluit ex veteri consuetudine: ac primum introductum per modum precum, quibus blandi scilicet jus lateret imperii; unde & usum primarum precum nuncuparunt; auctor Paralipomenon abbatis Urspergensis: Tempore Rudolphi, inquit, fuisse usum primarum precum colligitur ex tali forma: Rudolphus Dei gratia Rex & semper Augustus, honorabili in Christo devoto abbati, &c. gratiam suam & omne bonum. Cum ex antiqua & approbata, ac a divis Imperatoribus & Regibus ad nos producta consuetudine, qualibet ecclesia in nostro Romano Imperio constituta, ad quam beneficiorum pertinet collatio, super unius collatione beneficii precum nostrarum primarias admittere teneatur; devotionem tuam rogamus quatenus, huic clero de ecclesiastico beneficio, quod ad tuam collationem attinet, ob reverentiam sacri Imperii studeas liberaliter provide-re, &c. Alio quam regalium nomine, nempe fundationis, & patronatus, ad Reges nostros pertinet plenum jus conferendi dignitates, præbendas, & alia beneficia: hoc jure olim Regum fuit donatio, sive collatio præbendarum Andegavensis ecclesie, qua deinde hic cessere in decanum, & hoc jus moribus deflexit etiam ad Duces & Comites: sic ad comitissam Flandrensem spectabat plena collatio præbendarum ecclesie Ariensis, præposituræ Sicliniensis, & aliorum beneficiorum, in quibus jus patronatus obtinebat: ecclesias itidem sui patronatus pleno jure conferebat Gerardus Comes Aureliacensis; Odo Cluniacensis in ejus vita: Quendam presbyterum, inquit, ita vicini sui crescente litigio contriverant,

*ut ejus oculos eruerent, quem scilicet senior verbis multum consolatus est, suadens illi patientiam; sed ne verborum consolatio exilis videretur, quandam sui juris ecclesiam facto solemniter testamento eidem contradidit. Odoni alumno suo, postea Cluniacensi abbatii, cellam, idest prioratum hoc modo contulisse memoratur Fulco Comes Andegavensis; Joannes Italus: Inter hos vero, inquit, affuit Comes Fulco, qui eum enutriera, cui mox cellam juxta beati Martini tribuit ecclesiam, & cottidianum victimum ex eadem canonica adquisivit, eique concessit. Nec non thesaurarium ecclesiae S. Hilarii Pictaviensis pleno jure sine Episcopo Fulberto contulisse Guillelmum Ducem Aquitaniae, testantur plures epistola*x* ipsius Fulberti.*

Lib. I. vit. 8.
Odonis.
ep. 16. 18. 103.
104. 127.

C A P U T X.

Jus patronorum illustrium in electionibus.

PATRONUS laicus passim non habet jus eligendi prælati in conventuali, vel collegiata ecclesia: non electioni prælati facienda, sed jam facta patro- ni requiritur assensus, nisi (qua^e est limitatio Clementis III.) aliter de juris- dictione sua obtineat, idest ex lege fundationis, vel privilegio Pontificio, vel prærogativa dignitatis: sive Regem, vel Ducem, aut Comitem majorem. Sic in monasterio Augustodunensi, quod a Brunichilde Regina, & Syagrio Episco- po exædificatum est, jus eligendi abbatis Regi datum simul cum monachis; Gregorius M. ad Senatorem abbatem: Item constituimus, ut obeante abbatem, presbyterisque suprascripti Xenodochii, atque monasterii, non aliis ibi quacumque obreptionis astutia ordinetur, nisi quem Rex ejusdem provincie cum consensu mo- nachorum secundum amorem Dei elegerit ac providerit ordinandum. Obtenu fun- dationis a Ducibus & Comitibus idem jus usurpatum in Gallia: sic electionem præpositi Siciliensis sibi vindicabat Comes Flandrensis: eodem jure Comes Wa- rennae in Anglia sibi asserebat jus eligendi priores S. Pancratii de Leuves, & optandi unum ex potioribus totius Cluniacensis ordinis, demptis majoribus, Cluniacensi, & de caritate prioribus, ut enarrat Pontifex Gregorius IX. In Germania pariter Magdeburgensis Marchio ex privilegio habuit jus eligendi præ- positi collegiata ecclesia a se exstructa in solo recens parto a paganis, ut vide- re est apud Innocentium III. Quid? milites vassallos ecclesiastum cathedralium, vel aliarum feudi nomine jus suffragii habuisse in electione prælatorum notum est; Flodoardus: *Heribertus Comes, inquit, Rhemis venit & vassallos ipsius ecclesia, sed & clericos de electione rectoris ad suum consilium intendere fecit. Ad stipulatur confessio Anscharii subdiaconi, qui vocatus in synodum Tullensem, ob raptam sedem Lingonensem, superstite Isaac Episcopo, poenitens, fassus se nimium peccasse in Deum & Pontificem, usurpando sedem ecclesia sanctæ sibi commis- sa Lingonicæ, & solitando clericos & vassallos ejus, omnemque familiam, ut ferunt gesta synodi.*

cap. sacrosan-
cta cap. Mas-
fana, de elect.
cap. nobis, de
jur. patron.
Lib. II. ep. 10.
can. hinc est
etiam, 16. q. 1.

d. cap. I. de re
jud. in 3. coll.
in cap. sacro-
fanca, de e-
lect.

Matth. Welt-
mon. 1078.

W. Malmesb.

Lib. 2. de gest.

Pontif. Angl.

in fin.

reg. 12. ep. 21.

In chron. A.

C. 825.

Can. 5. inter-
capitul. Caro-
li Calvi tit.

254.

C A P U T X I.

*Jus veteraniū militē cōnōbīo in alimentāriā offerēndi.
Oblati. Prēbendā laicā.*

MORIBUS nostris regii juris est veteranum militē cōnōbiis in alimentāriū offerre; nec injuria: quum enim res sacræ, æque ac profanæ, militum prēsidio ab hostib⁹ tutæ sint, haud justum fuerit veteranis vulneribus confectis pro republica, extēnum vitæ subsidium negari in monasteriis Principiū liberalitate ditatis, & ipsa, quorum cens⁹ patrimonium est pauperum, abundare in monachis, egere in pauperib⁹. Idem jus ex Gallia in Angliam, ut plerāque alia, tradūctum agnosco, & productum etiam ad veterans palatino; Matthæus Westmonasteriensis, quem vocant Florilegum: *Sub eodem quoque tempore Rex Edwardus III. vergens jam in senium conquerentibus ad eum quibusdam famulis domus sue, nondum promotis ad libitum, facta inquisitione que cōnōbia monastica seu canonica per progenitores suos fuerant fundata, in ipsis singulis non simila corredia monasterialia, sed sicut in regia equitabant cum uno equo vel bino, ita & illis dum viverent ab illo die erogavit, sed voluit corredia cum necessariis ergari.* Duces vero, & Comites in fuzē fundationis vel ad-
 vocatiæ monasteriis eodem jure usos, ut alimentarios, seir prēbendarios laicos imponerent, argumēto est quod regno redditis ducatibus & comitatibus provincialibus, Reges in ducalis, vel comitalis instituti monasteriis juxta atque in regiis hoc jus exercuerunt, quasi successorium; sed minora monasteria intacta reliquerunt. Pari pietatis laude in Gallia & Germania institutæ occurrunt prēbendæ laicæ in pluribus monasteriis utriusque sexus in alimoniam egentium, & maxime nobilium; Engelhardus abbas in vita sanctæ Mechthildis, apud Canisium:
Filiā cuiusdam carnalis erat, dæmonium habens, cui locum pater impetraverat in monasterio prēbendarie, non sororis, sed a sororibus sequestratum, & hoc prece, non precio factum. Unde & prēbendarios a monachis distinguit Bernardus de Humberto monacho: *Dicebat, ait, se monasterii hujus prēbendarium esse, & nullius tanquam utilitatis hominem paci in dono Dei.* Quid tamen in ecclesiis secularibus Galliæ similiter prēbendæ laicæ in usum pauperum transcriptæ, ut in ecclesia Aurelianensi; Gregor. VII. ad Rainerium Aurelianensem Episcopum:
Principimus etiam ut canoniam concessam alimoniam pauperum, quam ab eo usi substractam diceris vendidisse, ad eundem usum restituas. Et in ecclesia Claramontensi recensetur ab Innocentio III. id genus beneficii, quod concedi etiam laicis consuevit, & familiaritas appellatur: nec non in ecclesia sancti Martini Carnotensis, prēbendas aliquot affectas in nobilium virorum usum, vel ob meitorum gratiam, vel egestatis solatium, refert Panormitanus, ex Compostellano. Certatim etiam ecclesiæ Germanicæ hujusmodi prēbendis in usum nobilium fortunis lapsorum insignitæ leguntur, tanti pietas sumptum luerifacit; Helmoldus: *Theodoricus Marchio Slavorum, depulsus ab honore & omni hereditate, prebendarius apud Magdeburg mala morte, ut dignus fuit, vitam finivit.* Et apud eundem, Henricus IV. Imperio exturbatus petit ab Episcopo Spirensi prēbendam sibi conferri in ejus matrice ecclesia: *Ecce, ajens, destitutus regno decidi a spe, nihilque mihi utilius est, quam renuntiare militia;* da ergo mihi prēbendam apud Spiram, ut sim famulus dominae meæ Dei genitricis, cui devotus semper exitii; novi enim litteras & possum adhuc subservire choro. Apud Græcos etiam in patriarchicis monasteriis Patriarchæ CP. licuit ἀδέλφων, seu portiones fraternalis pauperibus laicis, vel Episcopis incursione barbarica sedibus suis

A. C. 1305.

tom.5. antiq. lect.

in sermone in obit. Humber- ti Mon.

Lib.3. ep. 17.

Lib.2. ep. 373.

M. de conslit. in cap. cum Lib. i. histor. Slav. cap. 16. eod.lib.c. 33.

Suis pulsis erogare, ex novella Alexii Comneni, quæ exstat apud Balsamonem: in can. 19, lv.
 εἰ δὲ ἵστος προσέρχεται τὸν λαϊκὸν ἀδιάτοπον πάντα, καὶ πέντε ἡ ἀγιωτάτη μηδεσπότη, οὐ καὶ ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων τὸν ἀπολεσάντων τὸς θρόνους αὐτῶν καὶ δεομένων, καὶ θελήσει τυπῶν αὐτὸν λαμβάνειν χρέας ἀπὸ τοῦ θεοῦ τῶν ἐπιπονθέρων μοναστηρίων ποιῆσε τὸν καλῶς μὴ ὑπέρ τὸν δύναμιν τῆς μονῆς τῶν πατροπέντεων ὄντος: Si autem accedit laicorum quispiam, qui est omnino inops Θεοῦ pauper, ad sanctissimum meum Dominum, vel ex Antistitibus, qui suos thronos perdidérunt, Θεοῦ sunt inopes Θεοῦ voluerit statuere, ut is vietum capiat e locupletiori aliquo monasterio, hoc recte faciat non supra facultates numeri eorum qui sunt ordinati. Nec omittendum, in monasteria beneficis præbendas per precariam impensas: hoc pacto Adelbero Augustensis Episcopus, træditis monasterio Laurishamensi suis rebus, vicissim res quasdam cum duabus servilibus præbendis, & una monachica sibi metipsi præbenda per precariam suscepit, ut proditum est in chronico Laurishamensi.

C A P U T XII.

Canonici honorarii.

Duo sunt quibus resp. in primis continetur, religionis auctoritas, & regni potestas; eapropter primi omnino Reges, ut propriam dignitatem implerent, sacerdotii apicem conjunixerunt. Hoc exemplo Augustus, & eum securi Imperatores, etiam Christiani, pontificatum Maximum affectarunt, & cum aliam religionem colerent, suam servaverunt imperio; adeo ut subfusca purpura insigni Pontificum induerentur; Gregorius Nyssenus: ἐγὼ καὶ τὸς Βασιλέως πάτερ ἔλεος, ὅπις ἀνταρκτικὸς ἐξίλωμα τὸν πράτος τὸ βασιλεῖον ἔχοντες, τὴν τὸν ἀρχιερέως ἐαυτοῖς προσηγορίαν διεδέσσαν, καὶ τὴν πενθύμην, καὶ σκοτεινὴν πορφύραν ἐκεῖθεν ἀμπτίσχονται, κατὰ μίστησιν τὸν καποδισμόνον ἀρχιερέων ἀξέλωματι φυλλῷ σκυδρωτῷ πεφερούντες ἐνδύμενοι: Me etiam Imperatorum horum miseret, qui fatis magnam inter homines dignitatem habentes ob regium imperium, pontificis appellationem sibi sumpererunt, Θεοῦ lugubri, obscuraque purpura hujus dignitatis nomine induuntur, ad imitationem infelicium Pontificum in dignitate splendida atque illustri, triste Θεοῦ in amoenum gestantes indumentum. Permanitque mos ab Augusto institutus ad Gratianum usque, qui primus ex Cæsaribus Christianis Pontificis M. titulos abjecit, auctore Zozimo. Pietatis laurea, & sacra inunctionis charismate insignes Christianissimi Reges diebus soleminibus, pontifici amicti infulis inter sacerdotum chòros apparere, & sacra cum his carmina concinere gloriati sunt; de Ludovico P. insinuat ejus vita auctor, cum ipsius pietatem tantopere commendat, ut sacerdotem magis, quam Regem visum testetur. De Roberto prodidit Vincentius Belvacensis, & post eum Lupoldus Bebenbercius, quod sacris excubaret officiis, & pontificio pallio ornatus, clericis præcineret & chorum regeret. Eodem pietatis studio apud Germanos commendatur Conradus Imperator; Ekkeardus: Vidi, inquit, egomet ipse Conradus Imperatore Ingilnheim pascha agente, S. Galli monacho scholas Magontia curante, officium ut solitum est in medio chori trebro coronati inspectu agere. Atque & orientis Imperatoribus solemine fuit festis diebus clericos perfungi in mysticis hymnodiis; de Leone Armenio testis est Cedrenus: ἐιώθει γάρ κανονικὸς Λαζαρίδιος ἐξάρχειν τὸν λαϊκὸν, καὶ μᾶλλον ὅτε εν τῷ τῷ Χριστῷ γεννήσει οἱ δὲ ἑορτὴ κανόνες ἐτάκλοντο: Solebatque ipse cantum auspicari, cum in Dei laudationibus psalmi cantarentur, maxime cum natalicio Christi festo canones psallebantur. De Theophilo idem Cedrenus: φέρεται δέ καὶ τις λόγος ὡς ἐρωτι τῷ μέλεις βαλλόμενος, κατὰ τὴν μεγα-

Symmach.
Lib. 10. ep. 54.
in orat. de S.
Theodor. mar.

Lib. 4. histor.

Lib. 25. c. 107.
Lib. de rel.
Princ. Germa.
de casib. M.
S. Galli cap. 6.

p. 404. & Zo-
nar. in Micha-
el Balbo.

p. 428.

D ij

in cap. extir- λνν ἐκκλησίαν ἐν φαιδρᾶς πανηγύρεσιν παρηγήσατο τὸ χειρονομεῖν, διὸ τῷ κλήρῳ
pande, §. qui ὑπὲρ τέτε χρυσίς λίτρας ἐκάπον: Ac serunt eum carminis amore illectum in so-
vero, de pra- lemibus ad magnam adem conventibus non detrectasse manu chorū regere, Ο
bend. clero dedisse musicæ gratia centum libras argenti. Impenso & in ecclesiam ob-
Lib. 1. de sacr. sequio Christianissimi Reges, utpote supra laicorum sortem evecti, nobilioribus
polit. tit. 5. in ecclesiis Galliarum canonicos honorarios se jam olim inscribi voluerant: ut
n. 8. in Episc. Ca- in ecclesia sancti Hilarii Pictaviensis, teste Panormitanus: in ecclesia Cœnomannen-
billon. si, ut agnovit Clemens VII. diplomatica exemptionis capituli Cœnomannen-
in histor. Ni- sis ab Episcopo Diocesano apud Chopinum: in ecclesia Cabillonensi, Roberto
vern. Gallia Christianæ conditori: in ecclesiis S. Martini Turonensis, S. Quintini
in relev. fo- Veromanduorum, & B. Virginis Cleriacensis, Guidoni Coquille: immo & in
rensf. tit. regal. ecclesia Milidunensi abbatum dignitate funguntur, ut nos docuit Roüilliardus ex
veteri tabula, hisce verbis: Anno Domini 1364. tertia die Augus̄ti, Rex noster
Carolus devotissime, ut patronus Ο abbas, Ο tanquam fundator, Ο defensor in-
travit ecclesiam beatae Mariæ de Meleduno, Ο induit se vestimentis dicta eccle-
sie, Ο dedit ei duos pulcherrimos pannos auro operatos. Eodem jure, quo die
in Aquisgranensi Basilica inauguratur Rex Romanorum, in eadem canonicus in-
apud M. Fre- stituitur; gesta coronationis Maximillani: Item venerunt capitulares ecclesia A-
her. quensi, recipientes Regem Romanorum in canonicum, qui ipsis prestitit juramen-
tum, quoad prebendam hanc in eadem ecclesia, Ο dederunt sibi locum in cho-
ro; ipse etiam dedit statuta, Ο vinum admissionis juxta consuetudinem ecclesie,
Ο habet duos vicarios in loco, qui capiunt integrum prebendam, Ο supplent lo-
cum suum in ecclesia. Et secuta Romæ imperatoria consecratione, solempniter
installatur in canonicum sancti Petri, & summo pontifici ministrat vice subdia-
coni, ut tradit Durandus, & hoc ritu Fridericum III. Imperatorem linea or-
natum in album canonicorum S. Petri relatum prodidit Henricus Mutius. Re-
giae pietatis forte, an dignitatis æmulatione, honorarios se canonicos, & mona-
chos matricibus ecclesiis & monasteriis inseruerunt Duces & Comites nostri.
Hoc ingenio Gaufredus Plantageneta, Dux Normannorum, & Comes Ande-
gavensis, diras excommunicationis interminante Turonensi Archiepiscopo, minas
risit, ejus se jurisdictione solutum obtulit, tanquam unum e canonicis sancti
Martini, & monachis majoris monasterii; Joannes Monachus: Ad hæc Comes
subridens; Bone pastor, ait, præsto quibus debes, Ο de illis habeto curam,
qui tibi commissi sunt: canonicis porro beati Martini, & monachis majoris mo-
nasterii nunquid dominaris? Ego autem Ο canonicus sum sancti Martini, Ο
monachus majoris monasterii: ergo refrena jura, cohibe potestatem, Ο quam mihi
sententiam minabar super tuos exerce. Äque & canonicatum honorarium
in histor. Ni- sancti Martini Turonensis ambierunt Comites Nivernenses: canonicorum in-
vern. concessum sibi & suis missum Herveum Comitem Nivernensem, anno 1216.
in Episc. Lug- Robertum Flandrensem anno 1300. Ludovicum sub anno 588. locuples auctor
dun. est Guido Coquille. Ecclesia Lugdunensis canonici honorari recensentur apud
in vit. Caro- Severtium Duces Burgundia, Biturigum, Sabaudia, & Delphinus Viennensis.
ff. 6. Aurelianensem canonicum dudum se ostentat Dux Aurelianensis; Juvenalis Ursi-
A.C. 1402. nus, scriptor Gallicus, cuius verba hic addo: Se partit le Due d' Orleans de
Parad. l. 2. hist. Paris, Ο voulut en passant faire son entrée a Orleans, &c. Et si fist son en-
Lugd. c. 102. trée a monseigneur saint Aignan d' Orleans, en habit de chanoine, en la forme
Molan. l. 2. de canon. c. 49. Ο maniere accoustumée. Ecclesia S. Justi Lugdunensis canonicus hereditarius &
præbendatus est Comes Turnonius, Paradino, & Molano.

C A P U T XIII.

Abbates laici.

CAROLUS Martellus, fisco civilibus & Sarracenicis bellis exhausto, ecclesias & monasteria primus militaris subsidii gratia Comitibus, & militibus in beneficium possidendas addixisse memoratur; unde gravis secutus religionis lapsus in Gallia, de quo conquestus est Bonifacius Moguntinus, epistola ad Zachariam Papam: *Franci enim, ut seniores dicunt, plusquam per tempus octoginta annorum synodum non fecerunt, nec Archiepiscopum habuerunt, nec ecclesiæ canonica jura alicubi fundabant, vel renovabant: modo autem maxima parte per civitates, episcopales sedes traditæ sunt laicis cupidis ad possidendum, vel adulteratis clericis scortatoribus, & publicanis seculariter ad perfruendum.* Hanc labem eccliarum deplorat etiam Hincmarus in vita sancti Remigii: *Caroli Principis tempore, quando propter discordiam & contentionem de principatu inter eum, & Ragenfridum frequenta ac civilia, immo plusquam civilia, quia intestina & paricidalia bella, in Germanicis, & Belgicis, ac Gallicanis provinciis religio Christianitatis pene fuit abolita; ita ut Episcopis in paucis locis residuis, episcopia laicis donata, & per eos rebus divisa extiterint; adeo ut Milo quidam, tonsura clericus, monibus, actu, & habitu irreligiosus laicus, episcopia Rhemonum, ac Trevirorum usurpans insimul per quadraginta circiter annos pessimum dedit.* Carolus Magnus, et si ecclesiæ studiosissimus, iniquitati temporum consulens, Comites abbatiarum munere sibi conciliare adactus est; & hoc sensu abbates, idest beneficiarios laicos per Aquitaniam instituit; Aimoinus: *Carolus ordinavit per totam Aquitaniam Comites, abbatesque, nec non alios plurimos, quos Waf-
fes vulgo vocant.* Et alio loco: *Quibusdam abbatolas sicut erant integras de-
dit, quibusdam de abbatia Martiniana beneficiola donavit.* Eodem beneficiorum genere Comites sibi devinctos habuit & Ludovicus P. idem Aimoinus: *Ludo-
vicus quos potuit conciliavit sibi dans eis abbacias, comitatus, & villas.* Ca-
rolus Calvus quoque civilibus bellis rebus attritis, Comitibus, & laicis, ut eos in officio contineret, abbatias passim distribuit, ut Odulfo Comiti dedit cellam S. Judoci ablatam ecenobio Ferrarensi; auctore Lupo abate. Cui malo ut consuleretur coacta synodus Meldensis, anno Christi 845. unde fluxit, ut Comites, & alii laici monasteriorum incubatores, abbatum nomine gloriarentur: hoc sensu accipe apud Aimoinum abbates, quos per Aquitaniam ordinavit Carolus M. ut præmonuimus. Hoc sensu Robertus, & post eum Hugo M. uterque Comes Parisiorum, & Dux Francorum, & ecenobii sancti Germani Parisiensis beneficiarius, abbatem se inscribebat; Aimoinus: *Tamen vigore decadente Re-
gum, Robertus Comes Parisiorum, qui Marchio Francorum vocabatur, frater vi-
delicet Odonis Regis, nec non Hugo Magnus, quin etiam usque ad tempora Ro-
berti Regis ea quæ abbates accipiebant sibi addixerunt, & statuentes decanos mo-
nachis, sibi nomen abbatis usurparerunt.* Et alio capite superiori: *Interea baptiza-
ti sunt quidam Normanni ab Hugo abbae & Marchione.* Et Hugo dein Rex Francorum abbi-Comitis nomine utebatur; Gerbertus, epistola ad Geraldum abba-tem Auriliensem: *Qui status regnum penes vos sit, sciens cupit (Hadalbero Rhe-
mensis Archiepiscopus) & an Hugo, quem vestra lingua abbi-Comitem dicitis, uxorem
duxerit.* Hoc sensu Hubertus Comes, germanus Thietbergæ Reginæ, abbatem se dicitabat; Regino Prumiensis: *Lotharius Huberto abbae inter Juram & montem Jo-
vis commisit, eo quod tunc fidelissimus putaretur, utpote affinitate conjunctus propter
sororem Thietbergam.* In concilio Rhemensi sub annum 893. celebrato, nota-

in præf. apud
Sur. 13. jan.
tom. 3.

Lib. 5. cap. 1.

Lib. 5. c. 34.

Lib. 5. c. 36.

Epist. 88.

Lib. 5. cap. 34.

Lib. 5. cap. 33.

Ep. 17.

Lib. 2. chr.
A. C. 859.

tux

- tur Balduinus Comes Flandrensis, quod res monasteriorum, & nomen abbatis usurparet; de quo ad eum datae litteræ a Fulcone Archiepiloco Rhemensi, ut refert Flodoardus: *Quod ecclesiastica simul, & legalia jura contemneret, res ecclesiasticas & honores sibi non concessos invaderet, &c.* Locum sacri monastici ordinis pervadens, & abbatis sibi nomen usurpans, unde communi decreto Episcoporum judicatum fuerat eum auctoritatis canonice anathemate ferendum. De Lib. 4. histor. cap. 7.
- Lib. 1. chr. Camer. c. 70. erubuit: *Tunc temporis*, inquit Baldericus Noviomensis, *abbas Comes abbatiunculam B. Humberti, cui Episcopum Stephanum Rex Carolus praefecrat, possidebat, &c.* Comites porro adeo fœde rebus sacris abutebantur, ut decanos imponebant monachis, eisque relicta portiunctula, reliquum in suos usus converterent, ut ex Aimoino notatum est: immo & in monasteriis cum uxoribus, liberis, & familia habitarent; Sinodus Meldensis: *Perventum est siquidem ad nos, quod auditu lugubre & dictu nefas, actuque horribile, ac nimis triste dignoscitur; quia contra omnem auctoritatem, contra patrum decreta, & totius Christianae religionis consuetudinem, in monasteriis regularibus laici in medio sacerdotum & levitarum ac ceterorum religiosorum virorum, ut domini & magistri, residant, & velut abbates de illorum vita, & conversatione decernant.* Et concilium Trolesianum: *Nunc autem in monasteriis Deo dicatis monachorum, canonicorum, & sanctimonialium, abbates laici cum suis uxoribus, filiis, & filiabus, cum militibus morantur & canibus.* A Regibus autem dabantur abbatiæ laicis in allodium; synodus Meldensis: *Providendum est regie majestati, ut monasteria que, &c.* Et nunc in allodium sunt data, quapropter omnis exinde religio funditus est eversa, qualiter vota fidelium inconsulta permaneant. Et alio canone: *Monenda est solertia regia, ut strenuos & fideles missos per regnum sibi commissum dirigat, & investigent, ac diligenter imbrevent res ecclesiasticas, quas per subreptionem atque ignorantiam quorūcumque in allodium ipse, aut pater suus donavit.* Sæpius dabantur in beneficium, idest feudum, sub lege servitii militaris; annales Fuldenses: *Rex (Carolus III.) post pascha in Galliam profectus, Hugonem Hlotharii ex Waldrada filium ad se venientem in suum suscepit dominum, & ei abbatias & comitatus in beneficium dedit, ut ei fidem servaret.* Baldericus loco citato: *Tunc temporis abbas Comes, abbatiunculam B. Humberti, cui Episcopum Stephanum Rex Carolus praefecrat, possidebat, ipsamque regiam ac locupletem abbatiam sanctissimi Gaugerici cum omnibus appenditiis sibi beneficiata de regio jure tenebat.* Et idem de monasterio Altimontis: *Supervenientibus autem causis diversarum tempestatum, quas legimus, Comitibus in beneficium traditum est, & ad tantum casum paulatim devolvitur, ut monachis quidem egestate coactis paucorum clericorum custodie mandaretur.* Unde factum, ut Comites abbates, mansus, vel prædia abbatiarum militibus suis in subbeneficium, sive retrofeudum darent; Aimoinus: *Et statuentes decanos monachis sibi nomen abbatis usurpaverunt: ea vero quæ tunc sibi ex rebus ecclesiasticis vendicarunt, propriis militibus distribuerum, & juri ecclesiastico subtraherunt.* Notgerus in vita sancti Landoaldi, apud Surium: *Post Normannicam autem repulsionem, primus quidam Thietbeldus locum pralibatum, ubi corpora sanctorum erant deposita, a Comite Flandrensi, abbatiam sancti confessoris Christi Bavonis tenente accepit jure beneficii, post eum Adelgaudus.* Nec solum militia; sed etiam mundo muliebri, & Reginarum, illustriumque matronarum deliciis indultae a regibus abbatiæ. A Carolo Simplici descivit Hugo Comes Parisiorum, quod Haganoni Comiti, consiliorum omnium participi, erectam Rothildi socii sue Calensem abbatiam virginum transcripsisset, ut narrat Flodoardus. Laudunensi abbatia Gerbergam parentem multavit Ludovicus Ultramarinus, quod se inscio Heriberto Comiti Viromanduensi enupsisset, eaque Gerbergam A. C. 951. uxorem donavit, auctore eodem Flodoardo. Lugendum hoc loco Regum nostrorum

strorum fatum, quibus bellica necessitas, & vitium seculi prius vim intulit, quam passa est ecclesia: at non tacenda infracta Othonis Magni virtus, qui in summo rerum discrimine positus, Comitem Bavariæ abbatiam Laurishamensem in beneficium depositentem animose repulit, palam contestatus se non daturum sanctum Canibus, ut scribunt Lütprandus Ticinensis, & abbas Urspergensis.

Lib. 4. c. 15.
in Othono I.
pag. 205.

C A P U T X I V.

Erectio episcopatum.

ACUNIS exempta fide, & jam ad Barbaros penetrante, novos episcopatus propagare, & Episcopos submittere vicinioribus Metropolitanis ex officio vixum est, omisso etiam Romano Pontifice, ob moræ periculum. Sic Phædimus Amaseæ Metropolitanus, Neocæsarea urbi, in qua decem & septem fidelibus non amplior erat numerus, Gregorium Thaumaturgum primarium dedit Episcopum, & verbo absentem ordinavit citra manum impositionem; auctore Gregorio Nysseno. Ad conversionem Sarracenorum Mōses asceta designatus Episcopus, & ab Episcopis Alexandrinæ dioceſeos ordinatus, repulso Lucio Pseudopatriarcha Alexandrino, ut consentiunt Socrates, Theodoritus, & Nicephorus Callistus. Divisa in duas provincias Cappadocia Valentis Imperio, Basilius Cæsariensis Metropolitanus, ut damnum quodammodo sarciret, Sasimorum eccliam eveyxit in cathedralem, & Gregorium Nazianzenum Episcopum imposuit, ut refert ipse Nazianzenus, & Gregorius presbyter in ejus vita. In Africa labante disciplina, hereticorum contagio, ſepiuſ contigebat, ut plebes, quæ proprium nunquam Episcopum habuerant, ſibi Episcopum dari postularent: quocirca novarum ſedium institutionem revocari placuit ad concilium plenarium, id est totius provinciæ cum Metropolitanō; concilium Africanum. Placuit & il- lud, ut plebes quæ numquam habuerunt proprios Episcopos, niſi ex concilio plenario uniuerſuſque provincia & Primatis, atque consensu ejus, ad cuius diocesim eadem ecclia pertinebat, decretum fuerit, minime accipient. Labente aeo ſummi Pontifices episcopatum institutionem, velut unam e majoribus cauſis, penes apud Balsa- mon.

in vit. Greg/
Thau.
Lib. 4. c. 92.
Lib. 4. c. 21.
Lib. II. c. 47.

Nazianz.orat.
20. & in carm.
de vit. sua.
Greg. presb. in
vit. Naz.
Can. 65. eod.
can. eccl. Afr.
cap. 98. syn.
Carth. can. 56.

in vit. Rhe-
mig. apud Sur.
13. jan. & o-
pusc. cap. 6.
& 16.

Sigibert. ad
A. C. 697.
Beda lib. 5.
hifl. Angl. c.
12. Bonifac.
ep. 97.
ep. 1. can. præ-
cipiūs, 16. q.
1. V. Bonifac.
ep. 132. & 142.
Gregor. VII.
post epift. 55.
lib. 2.

Epift. 238.

Instituit & Episcopos in Germania Bonifacius, at nonniſi auctoritate ſedis apostolicae commendata a Gregorio III. ut liquet ex ejus epiftola ad Bonifacium: *Præcipimus, inquit, ut juxta ſacrorum canonum ſtatuta, ubi multitudo excrevit fidelium, ex vigore apo- ſtolicæ ſedis beatiss ordinare Episcopos.* Pia tamen contemplatione, ut non vilescat dignitas episcopatus, ſecutis inde æratibus, magis magisque ſe expli- cantे auctoritate pontificia, episcopatum creatio, divisio, unio, translatio, vel- ut e majoribus negotiis uno calculo ad ſummum omnino redacta Pontificem; ex quo emanavit dictatum Gregorii VII. *Quod ſolus Romanus Pontifex jure di- catur universalis, &c. Quod illi ſoli licet pro temporis neceſſitate novas leges condere, novas plebes congregare, de canonica abbatiam facere, & e contra, di- vitem epifcopatum dividere & inopes unire.* In hanc ſententiam Ivo Carnotensis, epiftola ad Paschalem II. de non ſolvenda unione Noviomensis & Torna- censis epifcopatus: *Nec in hoc reſiſtimus, inquit, quin poſſit ſedes apostolica pa-*

Epist. 131.

rochiarum amplitudinem minorare, aut brevitatem dilatare, si utilitas populi Dei ita exigat, & nullum inde schisma contingat. Et Bernardus Clarevallensis ad Mediolanenses: Plenitudo si quidem potestatis super universas orbis ecclesias, singulari prærogativa apostolica sedi donata est, qui igitur huic potestati resistit, Dei ordinationi resistit: potest, si utile judicaverit, novos ordinare episcopatus ubi hactenus non fuerunt; potest eos qui sunt, alios deprimere, alios sublimare, 248. 379. Naz. prout ratio sibi dictaverit; ita ut de Episcopis creare Archiepiscopos liceat & e orat. Gregor. converso, si necesse visum fuerit. Ecclesiarum quidem statum saepius perturba presb. in ejus runt Principes rerum novarum cupidi: seeta in duas provincias Cappadocia, invit. cap. pervenit, ex Basilio, Nazianzeno, & Gregorio presbytero: cum exinde passim variaret i*o*f. dist.** status provinciarum, Innocentius I. ad Alexandrum Antiochenum edixit, divisione provinciarum a Principe facta non innovari statum provinciarum: tum accessit canon 12. concilii Chalcedonensis, quo lex in futurum dicta, ne provincia scindatur in duas, neve alter Metropolitanus in eadem provincia per prag Achrido ur maticam, idest rescripto Principis, ordinetur, in futurum vero ut episcopatus bem natalem novo metropolium apice insigniti a Principe, solo honore, idest nomine metro de suo nomine polis fruantur, salvo veræ metropoli suo jure. Huic tamen canoni derogatum Justinianeam ejusdem concilii canone 17. quo cavebatur, ut si civitas aliqua a Principe in primam vocavit, & Archiepiscopali dignitate decoravit. eodem honore donavit patriam Theodoræ uxoris in Cypr. & Niceph. Inf. lib. 17. c. 29. cum Arisitensem, in gratiam Monderici a Guntrano perfugæ, ex finibus Ruteni. & 131. cap. 3. nensis avulsus est, habuitque sub se diceceses, idest parochias circiter quindecim, Niceph. Greg. quas Dalmatius Rutenensis Episcopus vindicabat, teste Gregorio Turonensi; & lib. 2. in can. 12. ab eo extitisse videntur alii Arisitenses Episcopi, usque ad tempora Dagoberti II. quibus Rhemensi synodo subscriptis Emmo Arisitensis apud Flodardum: sed de his altum exin silentium, Arisitensis vici nullum vestigium, ut cathedrae fæculis merito dixeris obscura clade damnatum. Pari rerum novarum studio promotus presbyter in Castro Dunensi Carnotense diecesis a Sigeberto Rege episcopatus fuerat institutus Episcopus; sed intercedente Pappolo Carnotensi Episcopo, synodi Parisiensis IV. decreto remotus est. Verum functo jam Sigeberto cum rursus turbas cieret, favente Childeberto plebi sua redditus; at diecesis caruit, ut narrat Gregorius Turonensis. In Germania Magdeburgensem metropolim, & Alden burgensem episcopatum per se instituit Otto I. Bambergensem episcopatum Henricus II. ex Sifrido, & Helmoldo. In Hispania novos episcopatus in yllulis Lib. 7. cap. 17. posuit Bamba Rex Gothorum, sed facinus damnatum in concilio Toletano XII. Lib. 1. c. 11. 12. 16. Receptam a Sarracenis Ovetum, episcopali cathedra adornavit Froila: sed expiata postea noxa ea in metropolim evecta, auctoritate Joannis VIII. referente Roderico Toletano. Nec apud Reges hæsit sava fabricandorum episcopatum ambitio, sed infelici contagio ad regulos prolapsa est; Duces dico, & Comites: primus Nomenojus Dux Britonum, tyrannidem meditans, ex quatuor episcopatibus, septem constituit, Dolensem metropolim esse voluit, depulsa Turonensi: diutini fax inde belli inter Nomenojum, & cum secutos Herispium, & Salomonem Duces, & Carolum Calvum: nec non civilis controversia inter Turonensem & Dolensem Episcopos: qua de re Salomoni epistolam scripsit Nicolaus

Can. 38.

Justinianus Achrido ur maticam, idest rescripto Principis, ordinetur, in futurum vero ut episcopatus bem natalem novo metropolium apice insigniti a Principe, solo honore, idest nomine metro de suo nomine polis fruantur, salvo veræ metropoli suo jure. Huic tamen canoni derogatum Justinianeam ejusdem concilii canone 17. quo cavebatur, ut si civitas aliqua a Principe in primam vocavit, & Archiepiscopali dignitate decoravit. eodem honore donavit patriam Theodoræ uxoris in Cypr. & Niceph. Inf. lib. 17. c. 29. cum Arisitensem, in gratiam Monderici a Guntrano perfugæ, ex finibus Ruteni. & 131. cap. 3. nensis avulsus est, habuitque sub se diceceses, idest parochias circiter quindecim, Niceph. Greg. quas Dalmatius Rutenensis Episcopus vindicabat, teste Gregorio Turonensi; & lib. 2. in can. 12. ab eo extitisse videntur alii Arisitenses Episcopi, usque ad tempora Dagoberti II. quibus Rhemensi synodo subscriptis Emmo Arisitensis apud Flodardum: sed de his altum exin silentium, Arisitensis vici nullum vestigium, ut cathedrae fæculis merito dixeris obscura clade damnatum. Pari rerum novarum studio promotus presbyter in Castro Dunensi Carnotense diecesis a Sigeberto Rege episcopatus fuerat institutus Episcopus; sed intercedente Pappolo Carnotensi Episcopo, synodi Parisiensis IV. decreto remotus est. Verum functo jam Sigeberto cum rursus turbas cieret, favente Childeberto plebi sua redditus; at diecesis caruit, ut narrat Gregorius Turonensis. In Germania Magdeburgensem metropolim, & Alden burgensem episcopatum per se instituit Otto I. Bambergensem episcopatum Henricus II. ex Sifrido, & Helmoldo. In Hispania novos episcopatus in yllulis Lib. 7. cap. 17. posuit Bamba Rex Gothorum, sed facinus damnatum in concilio Toletano XII. Lib. 1. c. 11. 12. 16. Receptam a Sarracenis Ovetum, episcopali cathedra adornavit Froila: sed expiata postea noxa ea in metropolim evecta, auctoritate Joannis VIII. referente Roderico Toletano. Nec apud Reges hæsit sava fabricandorum episcopatum ambitio, sed infelici contagio ad regulos prolapsa est; Duces dico, & Comites: primus Nomenojus Dux Britonum, tyrannidem meditans, ex quatuor episcopatibus, septem constituit, Dolensem metropolim esse voluit, depulsa Turonensi: diutini fax inde belli inter Nomenojum, & cum secutos Herispium, & Salomonem Duces, & Carolum Calvum: nec non civilis controversia inter Turonensem & Dolensem Episcopos: qua de re Salomoni epistolam scripsit Nicolaus

Iaus I. (male Joanni VIII. tribuunt Romani correctores apud Gratianum, ut c.hæc quippe, observo ex Matthæo Paris., qui ejus epistolæ Nicolaum laudat auctorem, ex 2. q. 6. in Joann. Gratiano, & ex Sirmondo, qui integrum edidit Nicolai nomine) scriptis, inquam, Turonensem Episcopum pro Metropolitanu colendum ab Episcopis totius Britannia: tum de jure metropolis quarendum pace semel constituta inter Regem & Ducem, interim ecclesiam Dei divisionis damnum pati ob discordias Principum nefas esse. Variis temporibus recruduit hæc lis, donec tandem su-premo Innocentii III. judicio secundum Turonensem definita est; ut liquet ex registro ipsius Innocentii, Rogero Hovedeno, & Matthæo Paris. In Germania Aldeburgensem episcopatum Lubekam transtulit propria auctoritate Henricus Leo Dux Saxonum; Helmoldus. Circa id temporis, inquit, rogavit dominus Geroldus Episcopus Ducem, ut sedes cathedralis, quæ antiquitus erat Aldenburg, transferretur Lubekæ; eo quod civitas hæc esset populosior & locus munitior, & omni prorsus aptitudine commodior: quod cum placuisse Duci, condixerunt diem quo venirent Lubeka ordinaturi de statu ecclesie, & episcopatus, & designavit Dux locum in quo fundari deberet oratorium in titulum matricularis ecclesie, & areas claustrales, & statuerunt illic probendas duodecim clericorum canonice viventium, &c. Sed hæc jure irrita, nisi medio Romano Pontifice. Sane Regis consensum accedere non injuria volunt, ob regium ecclesiæ patronatum. Hoc jure, Medardi tempore, episcopatus Noviomensis & Tornacensis in unum co-luere, consensu Metropolitani, & provincialium, Regis, & utriusque plebis; Fortunatus in ejus vita: Pontificali demum, Metropolitani scilicet & compro-vincialium suorum evictus auctoritate, Regisque, ac procerum assensu, plebisque coactus incessibili clamatione, vix consensit, & unanini, pontificali videlicet, ac regali auctoritate duas illas ecclesias unam fecit. Utrumque ovile pastor egre-gius confilio, & auctoritate comprovincialium Episcoporum, tempore Hormida P. sub S. Remigio, tunc temporis Rhemorum Archiepiscopo, assensu Regis, & curialium, ac utriusque plebis clamatione tandem suscepit, & ut utrique ecclesie cathedralis semper honor maneret benigne concessit. Trajectensem etiam episco-patum ex dono Pipini Principis institutum signat Sigebertus; immo & consen-sum regium satis aperte accersit Nicolaus I. cum Salomoni Duci Britonum scribit; de jure metropolis non ante quæstum iri, quam reformata pace inter Ca-rolum Regem & Ducem: quare multis post seculis adhuc pendente lite, non immerito audita Philippi Augusti querela apud Lucium III. Contra Turonen-sem ecclesiam, quæ nostra est, erigere conatur apostolica sedes in Britannia mi-nore Dolensem Archiepiscopum, & integratam regni nostri, que temporibus pa-trum nostrorum illæsa perfiditer ledere, minuere, detruncare. Hæc sunt beneficia meritorum regni nostri, &c. Paucis post annis Willelmo Rhemensi Episcopo concessit Innocentius III. ut monasterium castri Mosomi in episcopatum extol-leret; sed res in irritum excidit, justa, ut colligere licet, Regis intercessione, Romanas molitiones frangente; quæ enim invidia Reges eodem jure censi quo vulgus patronorum, sine quorum assensu status ecclesiæ ne tentetur annuunt Pon-tifices? & ex his Joannes Sarisberiensis ad Alexandrum III. Praeserim cum non assentiente, nedum reluctante fundatore, status ecclesiæ mutari non possit, aut subji-ci serviuti. Quæ, inquam, invidia hoc reverentiae deferri Regibus; quum Athanasius nefas duxerit ecclesiam Alexandrinam, quæ Constantini sumptibus ex-structa, consecrari ante decretum Principis? in ἐγκαυτίων ήμέραν ἐπετελέσαμεν διοτεβότατε διηγετε. τῶν γὰρ αὐτῶν ἦν ἀληθῶς πρὸ μὲν σὺν τροφοδόξεως ποιῆσαι. Non encaniorum festum celebravimus, religiosissime Auguste; id enim cele-brare ante tuum decretum vere nefarium fuisset.

A. C. 1199.
tom. 3. conc.
Gallia.
Joann. VIII.
ep. 124.
Gregor. VII.
lib. 7. ep. 15.
Steph. Torn.
ep. 125. 127.
159.
Lib. 2. ep. 78.
79. 80. in Jo-
ann. 1199.
Lib. 1. histor.
cap. 90.

cap. 18. apud
Sur. jun. 8.

A. C. 697.
Steph. Torn.
ep. 125. &
129.

Lib. 1. ep. 161.
162.
c. suggestum,
de jur. patr. c.
pervenit, de
cons. dilecta,
de excess. præl.
ep. 126.

Athanas.
Apolog. 1. ad
Constat.

C A P U T X V.

Fundatio monasteriorum.

MONACHIS tumultuantibus consulto frænum eis injectum est, perpetua legge sancta, ne monasteria sine consensu dioecesani Episcopi adificantur; concilium Chalcedonense: ἐδοξεν μαρτίνα μὲν μηδαμὸν δικοδομεῖν, μηδὲ συνιστᾶν μοναστήριον ἢ ἐνκλήσιον οἶκον παρὰ γνώμην τῆς ἡ πόλεως Επισκόπου: *Vixum est nullum usquam edificare, nec construere posse monasterium, vel oratorium, præter sententiam ipsius civitatis Episcopi.* Constantinopolitana synodus I. & II. ex Balsamone: μὴ ἔχειν μοναστήριον δικοδομεῖν ἀνεν τῆς Επισκόπου γνώμην, καὶ βέλης: *Ut nemini liceat monasterium edificare absque Episcopi sententia, & consilio.* Concilium Agathense: *Monasterium novum, nisi Episcopo aut permittente, aut probante nullus incipere, aut fundare presumat.* Adificationem autem monasteriorum prius permettere vetum est Episcopo, quam fundamenta dedicari per orationem, & crucis fixionem: *διὰ ἐκκλησίας, ηγετοποιησίας*, ex novellis Justiniani, & Theodoro Balsamone: ex quo manavit, ut patriarchica censerentur monasteria, idest exempta a jurisdictione Episcopi, & ad Patriarcham immediate pertinencia, quæ sub patriarchali crucis fixione, *ἐπὶ σωροποτήριοι πατριαρχινοῖς* fundamenta habuissent, ut produnt epistolæ synodicae Germani P. C. immo & novissime summi Pontifices, ut monachorum immane studium in condendis passim monasteriis coercent, partes suas interposuerunt, lege facta, ne monasteria de novo excitarentur absque speciali etiam consensu sedis apostolicæ. Receptis Galliæ moribus episcopali, vel pontificio hac in re consensui regium quoque accedere dudum solemne fuit, juxta legem Romanam, ex qua nova collegia institui non potuerunt sine consensu Principis. Sic monasterium a S. Walerico conditum apud Ambianos, non sine consensu Episcopi, & Clotharii II. Regis, ut refert incertus ejus vita æuctor apud Surium: *Simul autem abeuntes (Walericus, & Waldolenus) ad Clotharium Regem pervenerunt, ab eoque locum ab hominibus remotum, quem incoherent, petierunt, &c.* Porro Clotharius Rex ex consensu Ambianensis Antistitis, ita ut petierant, locum eis avium latus est, secessus genere vita, & monastico instituto idoneum, quem antiquitus Lenconium dicere consueverant. Sic a Grimoaldo majore domus Sigiberti Regis condita duo monasteria Stabulense, & Malmundariense, & Remaclo Leodiensi in disciplinam tradita, sub consensu regio; Stephanus abbas Leodiensis in vita sancti Modaldi Trevirensis, apud Surium: *Grimoaldus major domus Sigiberti illa duo præclaræ monasteria Stabulae & Malmundarium ex proprio construxit, quæ peracta pia solicitudine, & exornata omni pulchritudine, facta quaque ibi legitima adjacentium terrarum aliarumque possessionum traditione, beato Remaclo ad instituendam illic monasticam vitam, sub firma ad stipulatione, & regii sigilli impressione, contradidit.* Eodem jure monasterium Casæ-Dei apud Arvernos ex humili casa excitatum a Roberto abbatte, impetrato consensu Henrici I. Regis Francorum, & Leonis IX. Pontificis; scriptor vita Roberti apud Surium: *Videns Dei famulus tanti boni preparatam divinitus occasionem, habita super hoc cum fratribus suis deliberatione, assensu etiam & consilio Arvernensis Episcopi bona memoria Renonis, caput monasterium edificare, cum summa omnium gratulatione, juxta loculum in quo prius habitaverat, & prospere consummavit: eo tempore Francis imperabat Henricus, sedem apostolicam Leo nonus tenebat. Papam igitur supradictus Episcopus adiit, vir sanctus Regem Francorum utique super novi loci stabilitate auctoritatis robur & congrua privilegia petituri,*

petituri, &c. Inde deducto jure, reformatio seu emendatio monasteriorum non sine nutu Principis tentata anno 1017. moniales asceterii sancti Eligii Parisiiorum depulit Gualo Parisiensis Episcopus, suffectis Fossatensisibus monachis; verum ex diplomate Philippi I. quod intexit Juretus, anno MCXXVIII. pulsæ in Ivon. ep. moniales sancti Joannis Laudunensis ob malos mores, subintroductis monachis, ^{70.} sed impetrato consensu Principis; Robertus Montensis: *Lauduni*, inquit, *in ecclesia sancti Joannis consilio Regis & Principum, monialibus, quæ male infames erant, ejectis, & monachis in eorum locum substitutis, Drogo, religione & fæcundia venerabilis, a Bartholomeo Episcopo primus abbas ordinatur.* Ob lasciviam itidem exactæ Argentolienses alcetriæ, & earum ædes rediit ad Dionysianos; sed hoc factum curia totius periuasione, ut ait Sugerius abbas, idest suauis Ludovici Crassi & Principum. Tentavit Otho III. etiam Romæ in conspectu summi Pontificis, monachos sancti Pauli ob disciplinæ lapsum ejicere, subrogatis in eorum locum canonicis, nec reverentia summi Pontificis, sed Pauli in formis monitu deterritum, ne monasterium in alieno ordine restitueret, narrat Glaber Rodulfus. Aliquando & in monasteriorum ædificatione expeditus consensus Ducum Comitumve, quorum in provinciis monasteria construebantur: ut Odonis Burgundiae Ducis in exstructione Cisterciensis monasterii; Siebertus: *Anno Domini 1098. Robertus abbas Molismensis, monasterium Cisterciense instituit auctoritate & consensu Hugonis Archiepiscopi Lugdunensis & sedis apostolice legati, & Walterii Cabillonensis Episcopi, & Odonis Burgundiae Ducis, &c.* Non dispari potestate evocati Cluniacenses in majus monasterium Turonense, ab Odone Comite Campaniæ, monente Hermengarde uxore sua, pulsis clericis secularibus ob vitæ turpitudinem, auctore anonymo de gestis Episcoporum Turonensium, & abbatum majoris monasterii. Hæc legens noli obstrepere violatos canones ecclesiæ: interfuit Reges, & proceres hac ætate in disciplinæ patrocinii societatem vocari.

A.C.1128.

in vit. Ludov. Crassi.

Lib. 1. hist. cap. 4.

A.C.1098.

C A P U T XVI.

Jus metati in episcopiis.

EPISCOPIS, etiam ante Constantinum, fuit propria & stata domus episcopalis, quæ Græcis vocabatur ἐκκλησίας οἶνος. Tempore Aurelianii Imperatoris de hæresi damnatus & episcopatu abjectus Paulus Samosatenus, Dominino in ejus locum adlecto; verum cum domo ecclesiæ exire nolle: μηδεμῶς ἐκσῆνται τὰ Παύλου τὴν ἐκκλησίας οἶνον δέλοντος, inquit Eusebius, aditus hac de re Aurelianus decrevit, ut domus ecclesiæ illi tribueretur, cui Italiæ, & urbis Episcopi annuerent. Domus Episcopi hospitalitatis templum patuit clericis in civitatem venientibus & peregrinis: hoc instituto in domum episcopalem deduxit, epulisque exceptit Melas Rhinocurtensis Episcopus etiam Arianos sicarios in se submissos, eisque ministravit: αὐτίνα δέ, inquit Sozomenus, τὸς ἀνδρῶν οἴνος γε Lib. 6. histor. ξεῖ ὅδος κεκυρώσας εἰς τὸ ἐπισκοπικὸν παταγώγιον ὁδηγός ται, καὶ τραπέζαν παραβά- cap. 31. rαι. Extemplo vero homines eos de via sessos in hospitium episcopale deduxisse, mensam apposuisse. Commendatur & Acacius Berocensis Episcopus, quod ejus domus omni tempore civibus & peregrinis patens fuerit: τεκμήσιον, inquit idem Sozomenus, δέ μεγίστης ἐδωκεν ἀρετῆς παρὰ τάντα τὸν χρόνον τὸ ἐπισκοπικὸν παταγώγιον ἀνεῳχμένον ἔχων. Argumentum maxima virtutis dedit, quod omni tempore apertum habuerit episcopium. Hinc, Græcis vocatur οἶνος στοπαῖος: Salutatorium, ut apud Theodoritum Theodosius aditu templi prohibitus ab Ambrolio Mediolanensi, abstinuisse fertur, & absolutionis petendæ gratia Episcopum

Lib. 7. histor. cap. 30.

Lib. 6. histor. cap. 31.

Lib. 7. cap. 28.

convenisse, ἐν τῷ ἀσπασινῷ διηῷ, inde & Cedrenus, μητροφίου. Nostri salutatorium. Gregorius Turonensis: *Ipsi sacerdoti* (Eparchio Arvernensi Episcopo) in Leone philos. p.495. & in ipso, quod modo salutatorium dicitur, mansio erat, atque ad gratias Deo nocturno tempore reddendas ad altarium ecclesie confergebat. Vigente porro imperio non solum in clericos & peregrinos, sed etiam in proceres & praefectos provinciarum hospitalitatem excoluere Episcopi, pacis fovenda gratia inter regnum & sacerdotium. Heliæ praefecto Cappadociæ scribit Basilius Cæsariensis Metropolitanus, a fundamentis se basilicam extruxisse, & juxta aedes liberas Episcopo: οἵναν τὸν μὲν ἐλευθέριον ἔχοντας τῷ χοροφάῳ, & clericis aedes suas proximas: ὃν οὐ χρῆσις οὐδὲν πρὸς τὰ μᾶς τὰς ἀρχοντας, η τὰς παρεπομένας δύνιν: quarum quidem usus communis vobis, praefectiis & familia vestre. Consules & praefectos saepe epulis excipiebat Ambrosius: quo exemplo Vincentius praefectus prætorio Galliarum Martinum Turonensem provocabat ad simile officium: Memini, inquit Severus Sulpitius, *Vincentium præfectum, virum egregium, & quo nullus sit intra Gallias omni virtutum genere præstantior, dum Turones præteriret a Martino saepe poposcisse, ut ei coprivium in suo monasterio daret, in quo quidem exemplum beati Ambrosii Episcopi præferebat, qui eo tempore consules & praefectos subinde pascere ferebatur: sed virum altioris ingenii, ne qua ex hoc vanitas, atque inflatio obreporet, noluisse.* Sua laude non caret humilitas Martini: sed in Ambrosio aliisque mirari suppetit cœconomiam Pauli, qui omnia omnibus factus est, ut omnes lucriferet, Timotheum circumcidit, καὶ τὴν συμπεριφορὰν, ut se Judæis accommodaret, & successoribus exemplo suavit, ut his hospitalitatis officiis præsidet & praefectos delinirent. Nec hujusmodi epularum usum damnnavit Hieronymus, sed effusorem sumptum illo loco: *Turpe est ante portas sacerdotis Christi crucifixi, & pauperis, & qui cibo quoque vescatur alieno, licetores consulum & milites excubare, judicemque provincie melius apud te prandere, quam in palatio.* In Gallia Francis rerum potitis consuetudo etiam invaluit, ut Reges provincias lustrantes, Episcoporum tectis exciperent: eulogias, seu benedictiones sancti Martini a Gregorio Turonensi oblatas in ipsis hospitio libavit Guntranus: *Mane autem facto (de se testis est Gregorius Turonensis) dum Rex loca sanctorum orationis gratia visitaret, ad metatum nostrum advenit: Surrexi gavisus fateor ad occursum ejus, & data oratione deprecor, ut mansione mea eulogias beati Martini dignaretur accipere; quod ille non respuens benigno animo ingressus, hausto poculo admonitus nobis ad convivium letus abscessit.* Non ingratissimam consuetudinem ratam habuerunt Pontifices Gallicani, sed eam temperarunt amoto seminarum contubernio; concilium Meldense: *Ut episcopium, quod domus Episcopi appellatur, qualiscumque sit in oculis domini Episcopus, ipse tamen a Rege regum rex constitutus pro sanctitate ordinis episcopalium, sicut sanctus Gregorius ad Fortunatum docet, Episcopum venerabiliter, ac reverenter introeat, ut secundum sanctam predecessorum consuetudinem, quando orationis & debita susceptionis gratia, in transitu convenienti civitatem ingressus fuerit, habitaculis episcopalibus reverenter inhabitet, & non diversoria seminarum magnificentia sua, & religio venerabilis ibidem fieri permitat.* Synodus Joannis Papæ IX. *Ut pastus Imperatoris ab Episcopis, & Comitibus secundum antiquam consuetudinem solvatur: quod si novo tempore fissus comitalis in jus ecclesiasticum conversus est, augeatur stipendium imperiale ab ecclesia juxta quod res publicæ fuerint minoratae.* Præter jus metati, pastus, & procurationis jure, nonnullis in ecclesiis & monasteriis utuntur Reges nostri, ut in sancti Theodorici fano post solemnum Rhemis inaugurationem hoc juris non omissem Carolum VI. auctor est Joannes Frossardus, scriptor Gallicus: *Si vient le Roy celuy iour, disner en l' abbaye saint Thierry, a deux lieues de Rheims; car ceux de leans luy doivent ce past, & ceux de la cité de Rheims le sacre du Roy.* Idem metati jus Imperatori & legatis ejus ex consuetudine partum

Lib. 2. c. 21.

Epist. 371.

Dialog. 1. de

virt. monach.

orient.

Clem. Ale-

xand. lib. 4.

ερωματ.

ad Nepotian.

Lib. 8. histor.

cap. 2.

Can. 26.

Can. 9.

vol. 2. c. 60.

partum in ædibus Antistitutum Italiae, & Germaniae, ex quo grave dissidium flu-
xit inter Adrianum IV. summum Pontificem, & Fridericum I. nam inter ca-
pitula ab Adriano proposita, illud in primis agitatum fuit, in palatiis Episco-
porum non recipiendos nuncios Imperatoris: cui excipiebat Fridericus apud Ra-
devicum: *Nuncios, inquit, nostros non esse recipiendos in palatiis Episcoporum*
afferit, concedo si forte aliquis Episcoporum habet in suo proprio solo, & non
in nostro palatium; si autem in nostro solo & allodio sunt palatia Episcoporum,
cum profecto omne quod adificatur solo cedat, nostra sunt & palatia. In ori-
ente etiam Græculis Ducibus jus metandi in episcopiis & monasteriis tributum,
ad libidinem ex nutu Nicephori Generalis; Cedrenus: *περι των αρχοντων*
διοικητων των Επισκοπων, καὶ πληροῖς οἰκέταις καταγόμενος αὐθεντικῶν
τῶν επισκοπῶν, καὶ μοναστηρίων, καὶ κατεχόντων τῷ ἀυτῷ: Duces quoque
militares jussit Episcopis & clericis mancipiorum loco uti, propria auctoritate, in
episcopiis & monasteriis divertere, eorumque rebus pro arbitrio abuti. Quid in
Gallia? etiam Comites ex consuetudine jus mansionis, sive hospitii in domibus
ecclesiistarum & cœnobiorum sibi asseruere: cuius oneris amoliendi gratia, privi-
legium emunitatis a Principibus nostris concessum, cuius formula concepta apud
Marculfum: *Statuentes ergo ut neque vos, neque juniores, neque successores ve-*
stiri, nec ulla publica judicataria potestas, quocumque tempore, in villis ubicum-
que in regno nostro ipsi ecclesia aut regia, aut privatorum largitate conlatis,
aut qui in antea fuerint collaturis, aut ad audiendas altercationes ingredi, aut
freda de quibuslibet causis exigere, nec mansiones, aut paratas, vel fidejus-
sores tollere non presumatis, &c. Unde descriptum fere privilegium mona-
sterii Corbejenis a Clothario datum, quod exstat apud Sirmundum, & pri-
vilegium Laurishamensis monasterii, quod auctorem habet Carolum Magnum,
in chronicō Laurishamensi, & tot alia quæ passim occurunt. Sed reveren-
tia regiae emunitatis vix continuit Comites: Pauliacensem villam, cœnobii
Floriacensis crebra Arnusti Comitis metatione attritam luget Aimoinus Flo-
riacensis: Nam Arnustus quidam fuit vir secularis militiae clarus stipendiis, qui
ab Archembaldo hujus loci abbate beneficiario jure aliqua ex possessionibus mona-
sterii sibi tradita possidebat: hic oblitus beneficiorum, fidei quoque quam saera-
mento S. spoponderat Benedicto, ac illi pro posse famulantibus monachis Paulia-
censis parochia prædium assidua exinanibat metatione. Ideoque Comites ab hu-
ijsmodi metatu arcuit Joannes IX. in supra laudata synodo, damnata qua nite-
bantur consuetudine: Ut domibus ecclesiistarum, neque missus, neque Comes, vel de immunit.
Can. II. c. I.
judec quasi pro consuetudine, neque placitum, neque hospitium vendicent; sed eccl. in publicis vicis domos constituant in quibus placitum teneant, & secundum an-
tiquam consuetudinem hospitentur.

C A P U T XVII.

Honores in ecclesia. Relatio nominis in sacris. Honor processionis,
Thuris suffitus.

JAM olim ab Apostolis instituta lex ecclesiarum fuit, ut mysteriorum tempore
plebs seorsim staret a clericis; Clemens, vel alias quisquis auctor est consti-
tutionum apostolicarum: *εἰς τὸ ἔπειρον μέρος οἱ λαϊκοὶ καθέξοδοσαν μετὰ πάσους*
ἵνοντας, καὶ ἐντεξτας. Ut laici in altera parte decenter & quiete sedeant. Sed
& inter laicos non unus, & fortuitus fuit confessus: monachis enim diebus so-
lemnibus ad ecclesiam procedentibus (ab initio enim erant extra clerum) pro-
prius extra templi adyta locus fuit, medius inter clerum & plebem; Dionysius

Lib. 2. de gest.
Frideric. c. 30.

in Niceph.
Gen. p. 395.

Lib. I. c. 3.
formul.

tom. I. conc.
Gall.

Lib. 2. de mi-
rac. sancti Be-
nedit. c. 5.

Can. II. c. I.
de immunit.

Lib. 2. c. 57.
c. facerdotum,
de consecrat.
dist. 2.

ep. 8. & c.7. Areopagita ad Demophilum: τοῖς δὲ πεπιγμένοις θεραπευτοῖς, αἱ πύλαι πῶν ἀδύτων εἰσὶν ἀφωνημέναι, καὶ ἀσ πελεγμέναι, παρεγάστην, καὶ πρὸς φυλακὴν εἰσπον, ἀλλὰ πρὸς τοὺς εὐζήνους ἐπίγραστον μάλον τῷ λαῷ παρὰ τὴν θεραπεῦσαν πλησιάζοντες: Iis qui monachi sunt ordinati, adytorum portae segregatae sunt, iuxta quas initiantur, Οὐ adstant, non ad custodianum, sed ut ordinem recognoscant suum, sintque ipso populo propinquiores sacerdotibus. Sacris etiam virginibus, iis nimirum, quae domi virginitatem colebant, in ecclesiam convenientibus, erat locus ab aliis tabulati interstitio segregatus; Ambrosius ad virginem lapsam: Nonne, ait, vel illum locum tabulis separatum, in quo in ecclesia stabas recordari debuisti, ad quem religiosa matronæ, Οὐ nobiles certatim currebant tua oscula petentes, que sanctiores Οὐ meliores te erant? Seorsim & a viris confidebant mulieres in ecclesia; auctor constitutionum apostolicarum loco supra laudato: οὐ δι γυναικες νεχωνημένως, οὐ δυται κατεξέσθωσι σιωπὴν ἀγαστού: Item ut sedeant mulieres separatis, ac cum silentio. Procedente tempore, vergente in senium apostolica disciplina, laicis, intra cancellos (quae erat statio clericorum) apparet, & sacra plebi se immiscere non dubitantibus, sanctus canon ne laici templi adyta ingrediantur, dempto Imperatore, cum altare accederet oblationis gratia; synodus VI. in Trullo: μη ἔχει τινὶ πῶν ἀπάντων εἰ λαϊκοῖς τελεγμὲται ἔνδον ιερὸν οὐσιέναι θυσιαστέοις μηδαμός ἐπὶ τῷτο τῆς βασιλικῆς εὐρυομένης ἔχοστας οὐδετεῖς μίνα δὲ βελοῦντειν προσάξαι δῶρα τῷ πλάσαντι, κατὰ τινὰ ἀρχαιοτάτῳ παραδοσίῳ: Nulli omnium licet, qui quidem sit in laicorum numero, intra sacram altare ingredi, ab eo tamen nequaquam prohibita potestate Imperatoris, quandoquidem voluerit Creatori dona offerre ex antiquissima traditione. Ait, ex traditione, idest consuetudine, qua usi Valens & Theodosius; de Valente Gregorius Nazianzenus: ἐπειδὴ γε δυδις τρόπον τινὰ οὐκεντασσάσας οὐδὲ εἴσω τὰ παραπτέσματα: Cum quidem ille nescio quomodo rufus nobiscum in ecclesiam se contulisset, Οὐ intra velum extitisset. De Theodosio insignis est narratio apud Theodoritum: ob stragem Thessalonicensium Theodosius ab Ambrosio Mediolanensi excommunicatus, templique aditu prohibitus, verum emensa penitentia absolutus, post absolutionem templum ingressus, ex more sanctuarium iniit, ut munera Deo offerret, post oblationem, cum intra cancellos maneret communio-
nis gratia, per primarium diaconum ab Ambrosio monitus ut exiret, & inter laicos consisteret, cui monitioni lubens paruit Imperator, palam obtestatus se non fiducia dignitatis mansisse intra cancellos, sed fretum consuetudine Constantinopolitanæ ecclesiæ: quocirca redux Constantinopolim, monitionis non immemor, cum solemni die sacræ interesset, ubi sacra dona obtulisset sanctuario pedem extulit, & quarenti Nectario id temporis C. P. cur intus non sisteret; ægre tandem ait le didicisse ab Ambrosio veritatis magistro, quid Imperatorem inter ac Episcopum interesset. In Gallia multo ante Trullensem synodum Turonensis II. prospexerat ne laicis presbyterium pateret, nisi communionis gratia; sed nihilo minus laici, præcipue Duces & Comites, aliquique proceres clericorum confessu abstinuere potestatis insanis, vel consuetudinis tenaci vinculo: quocirca veterem disciplinam exsuscitare tentavit Carolus M. repetito canone Turonensi suo in capitulari. Nec senioribus (sic ea atas Comites, aliosque dynastas vocabat, at tatis nomine in reverentia auctioramentum dignitati accommodato) defuit providentia legum & canonum, immo justis in ecclesia honoribus eos honestavat capitulare Caroli M. & concilium Wormaciense iisdem verbis: Ut Episcopi provideant, quem honorem presbyteri pro ecclesiis suis senioribus tribuant. Et concilium Trolejanum: Presbyteris nostris humilitatis exempla, Οὐ monitare debemus, videlicet ut eis, in quorum ditione sua constiunt ecclesiæ, con-
gruum honorem Οὐ obsequium impendant debitum, idest spiritale, atque ecclesiasticum, Οὐ hoc sine ullo typho vel contentione, aut rebellione: honorum modus minime expressus est, sed totus Episcoporum iudicio relictus. Verum si decur-
rentis

Can. 69.

orat. 20. quæ
est funebr. Ba-
sil.
Lib. 5. histor.
c. 17. id. Ni-
ceph. lib. 12.
cap. 41.

Can. 4.
c. 1. de vit. &
honest. cleric.

Lib. 7. c. 203.

Capitul. lib. 1.
c. 148.
Conc. Wor-
mac. can. 58.

Can. 6.

rentis usus vestigia observemus, honor, processus, & relatio nominis in sacris diptychis & thymiamatis oblatio non minores in his partes tenebunt, de quibus sigillatim edifferere non alienum erit ab instituto. A primis ecclesiæ temporibus honos processus, ut loquuntur, sive occursus Episcopis a clero & plebe solemnni pompa & exultatione impensus; Augustinus ad Maximum Episcopum

Ep. 203.

Donatistam: *Transit honor hujus seculi, transit ambitio in futuro Christi iudicio, nec apsidæ gradatæ, nec cathedræ velata, nec sanctimonialium occursantium atque cantantium greges adhibebuntur ad defensionem, ubi cœperit accusare conscientia, & conscientiarum arbitr judicare: quæ hic honorant, ibi onerant, quæ hic relevant, ibi gravant.* Sic Athanasius ab exilio redeunti, cum clero plebs

Alexandrina obvia occurrit variis agminibus per sexus, astatates, & artes distinctis; Gregorius Nazianzenus: *ποσάντη τῆς μνημονευομένης, εἰσόδει τὸν ἡ κατά-
τηντες κατὰ γένη, καὶ οὐκινας, καὶ σύχνας διαιρεθέντες φιλοθεοὶ γέρων μάλιστα ἡ πόλις ἀντὶ ἔτου διατενέζεται ὅταν τινὶ πλέοντι τιμῇ δημοσίᾳ: Tantus ejus memoria infixi ingressus stupor; nam per sexus, & astatates, atque artes divisi;*

orat. 21.

amat enim maxime civitas illa ad hunc modum instrui, cum publicum honorem alicui adornat. Sic Epiphanius Cypræ Episcopum Constantinopolim ingredien-

tem, Joannes Chrysostomus C. P. cum solemní cleri processione suscepit: *οἱ δὲ Lib. 8. histor.
Ταῦτα, inquit Sozomenus, εἰσὶντα αὐτὸν τὴν ὑπαγόντοις τὴν παντὸς κλήρου ἐπί- cap. 14.*

μονεῖ: Joannes ingredientem totius cleri processione veneratus est. Sic priscus mo-

nachorum mos fuit occursandi Episcopis, prælatis sacrosanctis evangelii; Ekkeard-

dus junior de casibus monasterii sancti Galli: Parat illico Basilicam, & aram,

De casib. M.S.
Galli c. 1.

parat tapetis, & palio dorsili caminatam, evangelio Episcopum, aliquos qui ade-

rant presbyteros, recipere jubet. Et inferius: Post non multum quoque temporis accedit Petrum etiam Veronensem Episcopum a palatio redeuntem simili loci gra-

tia inopinatum venire; fratres autem suscipientes illum quod melius quidem habebant evangelium ei offerebant. Et idem alio loco: Ad recipiendum enim E-

piscopum cum evangelio, etiam si frater conscriptus non fuerit, aquum esse ut pariter occurrant omnes concordant. Suscipitur Episcopus, Victor evangelium ob-

tulit ipse, quod ubi ille osculatur, Victor revertitur. Unde processionis obse-

quium inter jura episcopalia constitutum, ut apud Innocentium III. Wigor-

nensis Episcopus hoc argumento suam jurisdictionem tuebatur in ecclesiæ vallis de

Evesham, & abbati Eveshamensi excipienti de possessione quadraginta an-

norum, replicabat possessionem interruptam: Per processionem pentecostalem in

villa & ecclesia de Mortana. Quare exempti a jurisdictione episcopali, se quo-

que a processionis onere solutos asseruerunt; Matthæus Paris. Eodem anno Cla-

rembaldus sancti Augustini electus (idest prior sancti Augustini Cantuariensis)

benedictionem a Thoma Cantuariensi Archiepiscopo accipere quærebat, sed in sua

ecclesia & sine processione, ut suspicio subjectionis in posterum prorsus adempta

esset. Et auctor Florilegus: Eustachius, inquit, London. Episcopus petiit ab A. C. 1162.

abbate Guillelmo, & conventu Westmonasterii processionem, procurationem, vi-

sitationem, & omnimodam jurisdictionem, propter quæ ad Papam fuit appellatum.

Nec solum Pontificibus, sed etiam Regibus, & Principibus a sacro ordine oc-

cursus honos impensus, ex antiquissima confuetudine. Alexandro triumphatori

Asiæ Hierosolymam accedenti, obviam factus Jaddus Pontifex solemní cum sti-

patu sacerdotum & plebis; teste Josepho. Attalum Asiæ Regem Athenas in- Lib. 11. antiq.

gradientem, sacerdotes infulis amicti honorifice excipiunt; Livius: Civitas omnis Jud. c. 8.

obviam effusa cum conjugibus ac liberis, sacerdotes cum insignibus suis intrantem Lib. 31.

urbem, ac divi prope ipse exciti adibus suis exceperunt. Apud Romanos Im-

peratori templum ingredienti occurrebat Pontifex, & aeditui in limine Princi-

piem Comitesque lustrali aqua inspergebant, ut de Juliano produnt Theodo-

ritus, & Nicephorus Callistus, & posteriores Græci die festo paschatis, & aliis c. 15.

- Lib. 11. c. 1. solemnioribus Imperatori eundem cultum deserebant; Codinus: ἐξέρχεται ὁ Πρω-
V. Philost. lib. τοπάπις τῆς ἐκκλησίας μετὰ τὴν ἀρχιδιακόνου, καὶ τιμῶν τῶν ἀναγνωστῶν, καὶ δίδωσι
5. de vit. Apol. λαμπταδα τῷ Βασιλεῖ: Egreditur Protopapa ex ecclesia cum archidiaco, & le-
c. 9. de offic. ditoribus quibusdam, traditque Imperatori lampada. Germaniae Imperatoribus,
Constantino- & Francorum Regibus, persimilis occursum honos ab ecclesia tributus; diebus
pol. c. 14. festis ad ecclesiam procedebat Otho Magnus, non sine solemni cleri occursu;
Lib. 2. hist. V. Ditmarus: Namque solebat, inquit, in solemnitatibus universis ad vesperam, &
Saxon. gram- ad matutinam, atque ad missam cum processione Episcoporum venerabili, deinde
mat. ceterorum ordine clericorum, cum crucibus, sanctorumque reliquiis, & thuribulis
Lib. 11. histor. ad ecclesiam usque deduci. Friderico I. Ticinum adeunti, obviam processit
Dan. p. 189. Episcopus cum clero, & crucis labaro, sacris evangelii, & thuribulis; Gun-
therus in Ligurino:

- - - Non est tractabile sensu,
Eloquioque meo, quae gaudia, quantus ab urbe
Occursus populi, quo scilicet ordine castus
Antistes, letusque suo cum Presule cleris
Vestibus ornati nitidis preciosa ferentes
Signa crucis, textusque sacros, thurisque vaporem
Prodierint.

- A. C. 1192. Philippum Augustum ex sacra expeditione regredientem Parisios, solemniter a
clero, & populo cum processione receptum, testis est Florilegus. Immo & jam
olim (ne hoc fileam) Totila Gothorum Regi expugnata urbe templum divi
Petri orationis gratia properanti, occurrit Pelagius Pontifex: τὰ τὸ χριστὸν λό-
για ἐν ταῖς χερσὶ φέρων, evangelia in manibus gestans, auctor est Procopius.
Lib. 3. de bell. Eadem jura affectarunt praefecti provinciarum, etiam stante imperio; sed digni-
Gothico. tati pontificiae consuluit Julianus lege imposita suis Pontificibus, ne longius pre-
sidibus obviam excurrenter, quam ad limen templi: τὰς ἡγεμόνας, hæc sunt
Juliani ep. & verba Juliani epistola ad Arsacium Pontificem Galatia, διηγαντις ἐπὶ τῆς δινίας
apud Sozome- ὅρα, τὰ πλεῖστα δὲ αὐτοῖς ἐπίσημε. εἰσιθοι δὲ τὰς πόλιν ὑπαντάτῳ μηδεὶς αὐτᾶς
num lib. 5. iερέων, οὐδὲ ὄταν εἰς τὰ iερὰ φυτῶν τὸν Θεῶν, εἰσω τὸν προδύρων. ἡγεμόνων δὲ
c. 15. μηδεὶς αὐτῶν εἰσω σπατιώτων, ἐπέσθω δὲ ὁ βαλόμενος, οὐδα γάρ εἰς τὸν εὔδον
ἡγεμονεῖ τὸ τεμένος, οὐ γέγονεν ἴδιωτος: Praesides domi raro invisas, sed scribas ad
eos litteras scipissime: ingrediendiibus illis in urbem, nemo sacerdos obviam pro-
deat, nisi quando ad tempora Deorum accedunt solum intra vestibula: eos intran-
tes nullus miles procedat, sequatur autem qui vult, nam simul ut ingreditur li-
men delubri, privati personam induit. In Gallia Duces & Comites episcopalia & regalia jura ex consuetudine sibi asciverunt, & occursum honorem ab Ep-
scopis & clero exegerunt; Gregorius Turonensis: Dum hac agerentur, & Bri-
cap. 9. tanni circa urbes Namneticam uique, & Redonicam valde saevirent, Guntchra-
minus Rex exercitum contra eos commoveri jussit, in quorum capite Beppolenum,
& Ebracharium Duces delegit, &c. Ebracharius vero usque Venetos urbem ac-
cessit; miserat enim ad eum obviam Episcopus Regalis clericos suos cum crucibus,
& psallentio, qui eos usque ad urbem deduxerunt. Et ut intelligas ex con-
suetudine jus prognatarum, multis post saeculis audi Theobaldum Comitem Car-
notensem imperantem monachis sancti Petri, ut sibi proxime venturo cum pro-
cessione occurrant: Die proxima, inquit Fulbertus ad Abbonem Floriacensem,
Epist. 21. Comes Theobaldus redit, se in monasterium recipi cum processione promandat:
monachi respondent se libenter hoc agere, si presumptorem illum non adduxerit
secum. Is erat monachus quidam nomine Megenardus, qui abbatis dignitatem
ambiebat. Haud secus in Germania Duces & Comites processus honore ni-
mium gloriati sunt, qua res livorem Imperatorum sapius provocavit. Multus

tus ab Othono Magno Albertus Archiepiscopus Magdeburgensis, quod Heriman-
no Saxoniae Duci Regium in modum cum solemini pompa obviam prodiisset;
Ditmarus: *Interim*, inquit, *Herimannus Dux Saxoniam regebat, positaque ad Lib. 2. histor.*
Magdeburg concione suscepimus est ab Archiepiscopo, manuque deducitur ad eccle-
siā, arcens luminaribus, cunctisque sonantibus campanis, &c. ob hoc Casar
Augustus masculine succensus Alberto per epistolam mandavit Episcopo, ut tot sibi
equos mitteret, quot Duci campanas sonare, vel quot lucernas accendi praeceperat.
Aque & privatis ecclesiarum conditoribus honor processionis indultus, sed a quo
tempore, brevi excursu hoc loco disquirendum. Processionis honorem fundato-
ri adscriptum Clemens III. deducit ab antiquis canonibus, respiciens, ni fallor,
vulgatos Gelasii canones, nempe can. pia mentis, & can. Frigenius, de quo
eum notant recentiores interpres, quasi ad usum sui temporis retrotraxerit Ge-
lasii canones, & eis abusus sit, cum fundatorem nullo a plebe discrimine ha-
bere videantur, ex eo quod fundatori nihil juris tribuant. Prater processionis adi-
tum, qui Christianis omnibus in commune debetur. Sed ego sententiam Ponti-
ficis audacter vindico: jus patronatus fateor paulatim crevit, ut & alia pleraque
jura, nec ab initio in clericorum præsentatione versatum, sed in nudo & sim-
plici processionis aditu, cum aliqua tamen honoris & dignitatis prærogativa con-
juncto; & ea sine dubio fuit mens Gelasii: frustra enim alioqui fundatori exce-
pisset processionis aditum, si non alia omnino ratione habiturus esset, quam qua
privatus quilibet, & unus e plebe. Conjecturam juvat quod Gregorius I. se-
quenti sæculo processionis gratiam nuncupavit, quod ante Gelasius processionis
aditum: Nee ante, inquit ille ad Felicem Messanensem Episcopum, dedicatio-
nis munus imparias, quam superius comprehensus fuerit ordo donationis impletus;
enunciaturus ex more nihil illic conditori juris alterius jam deberi, nisi processio-
nis gratiam, quæ Christianis omnibus in commune debetur. Recte processionis
gratiam, in honoris argumentum; inepte enim gratiam dixeris, quæ fundatori
ex æquo cum plebe communis esset. Inter dominicos ecclesiæ honores se in-
fert & relatio nominis in sacris diptychis, quæ ex beneficio quasi in obsequium
ecclesiæ traducta est. Veteris ecclesiæ mos fuit, ut tam vivorum, quam de-
functorum nomina referrentur in sacris diptychis, & recitarentur inter sacra missarum
solemnia, ac quidem Principe gradu sanctorum, & martyrum nomina;
Dionysius Areopagita: οὐ δοπασαμένων ἀλιγάτων, οὐ μισκῆ τῶν ιερῶν πτυ-
χῶν ἀνάρρησις ἐπιτελεῖται: Cum omnes se inter se salutaverunt, mystica sancto-
rum in sacris tabulis conscriptorum recitatio fit. Et Cyprianus ad Clerum: De-
niique & dies eorum quibus excedunt annatae, ut commemorationem eorum inter
memorias martyrum celebrare possimus. De Martino Turonensi Fortunatus ad Lib. 10. c. 10.
Childebertum & Brunichildem:

Nomina vestra legat Patriarchis atque Prophetis
Cui hodie in templo diptychus edit ebur.

Sanctorum & martyrum nomina in recitatione excipiebat nomen Romani Pon-
tificis; concilium Vasense I. Et hoc nobis justum visum est, ut nomen domini Can. 2.
Papæ, quicumque sedi apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur. Unde Ha-
drianus II. ad Episcopos Galliarum: Precamur autem, inquit, & obsecramus in Epist. 9.
Domino, ut crebro dictum apostolicæ recordationis Papam Nicolaum in codicibus,
vel diptychis ecclesiasticis vestrarum scribi, & nomen ejus inter sacra missarum
solemnia imprætermisse recitari faciatis, ita ut aliis quoque fratribus & diaconis
vestrarum sacerdotibus id ipsum agere præcipiatis. Tum recitabantur Pa-
triarcharum & Episcoporum nomina; nec illorum nomina e sacris diptychis ex-
pungi potuere, ante damnationis sententiam: ex quo Constantinopolitana syno- Can. 13.
dus I. & II. ex Balsamone, depositionis poenam infligit presbytero, si ante con-
Tom. V.

cap. nobis, de
jure patronat.
Can. pia mentis, can. Fri-
gentius, 16.
qu. 7.

Lib. 12. ep. 10.

De eccles.
hierarch. c. 3.
Epist. 37.

demnationem ab Episcopi communione secesserit: καὶ τὸ ὄνομα ἀντὸν ἐν ταῖς ἱερᾶς πόνων λειτουργίαιν ἐνχάριτος πατρὸς τῷ εκκλησίᾳ μὴ ἀναφέρει: Et ejus nomen in sacris mysteriorum precibus, ut ecclesia traditum est, non referat.

Et eadem ratione Joannis Chrysostomi, quia injuria episcopatu pulsus fuerat, Socrates lib.7. nomen sacris diptychis restitutum ab Attico ejus successore, de quo Socrates: μνήσαν
cap. 25. idem Γαβέρρας ἐν ταῖς ἐνχάριτος εἰκέλευσε ποιῶσι, ὡς καὶ τὸν ἄλλον Επισκόπον πόνων κεκομημέναν
Theod. lib.5. εἰώδει γίνεσθαι: Memoriam Joannis in precibus jussit fieri, sicut de aliis Episcopis de-
c. 34. functis solet. Contra Episcopis ob hæresim, vel aliam labem a communione rite fa-
cessere iussis, illico eorum nomina diptychorum albo eximebantur; unde Gelasius,
& Anastasius II. uterque suis epistolis Anastasium Imperatorem rogant, ut Acacii
Constantinopolitani a Felice Papa damnati nomen taceretur in sacris diptychis;
quare Vitalis & Misinus Episcopi a monachis, quos Græci ἀνοικότες rei postu-
lati apud Felicem Papam, quod Petri Gnaphei Antiocheni de hæresi damnati

Lib.3. histor. nomen recitaretur ἐν ταῖς ἱερᾶς δελτοῖς in sacris tabulis, ex Evagrio. Sic post-
cap. 20. quam a Nicolao I. depositi fuissent Guntherius Coloniensis, & Thietgaudus

Lib.3. histor. Trevirensis, statim ab eodem emissæ litteræ ad Hincmarum Rhemensem, ne hi
Rhem. c. 13. in catalogo Episcoporum recipentur: qua re commotus Hincmarus Pontificem
in fin. consulit, teste Flodoardo, an Ebonem depositum in sacris ecclesiæ suæ diptychis
celebrari par esset, necne? Episcoporum etiam memoria damnabatur e sacris di-
ptychis, si forte male meruissent de ecclesia, ut si eam testamento præteriissent,

Conc. Afric. institutis non suis, vel hæreticis; concilium Africanum: Item constitutum est,
cap. 48. syn. ut si quis Episcopus heredes extraneos a consanguinitate sua, vel hæreticos etiam
Carth. c. 84. consanguineos, aut paganos ecclesiæ prætulerit, saltem post mortem anathema ei
ex Balsam. dicatur, atque ejus nomen inter Dei sacerdotes nullomodo recitetur. Nec modo
in matricibus ecclesiæ, sed etiam in monasteriis celebrabantur Episcoporum no-
mina: inde est quod inter jura episcopalicia, quæ Episcopis suppetunt in mona-

steriis, Balsamo refert nominum ἀναφορὰν, seu relationem. Sacras diptychorum
Constantino- ceras, & relationis seriem adornabant nomina Imperatorum, Regum, & Prin-
pol. syn. 1. & 2. cipum, & pro eorum salute preces publicæ fundebantur, ex Pauli instituto;
1. ad Timoth. Tertullianus: Precantes, inquit, sumus semper pro omnibus Imperatoribus, vi-
cap. 2. tam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum
Apologet. e. fidelem, populum probum, orbem quietum, quæcumque hominis Cæsaris vo-
30. ta sunt. Hac mente Christiani apud Eulebium coram Ameliano praefecto Ägypti profitentur se orare pro Valeriano & Galieno Imperatoribus: καὶ τέτοιοι
Lib.7. histor. δινεκῶν ὑπὲρ τῆς βασιλείας ἀντὸν ὅπως ἀσάλευτοι διαμένου, προσευχόμενοι: Sine
cap. 11. intermissione pro eorum regno, ut stabile Cæsarium permaneat, precamur. Et Chry-
1. ad Timoth. stostomus in Paulum: καὶ σὺ τοῖς οἷς μύσαι πῶς καθ' ἐκάστῳ ἡμέρᾳ γίνεσθαι,
6.2. homil. 6. καὶ ἐν ἑσπέρᾳ, καὶ ἐν πρωῒ: πῶς ὑπὲρ παντὸς τοῦ κόσμου, καὶ βασιλείων, καὶ πάντων τῶν ἐν
υπεροχῇ ὄντων ποιέμενα τὴν δέοντιν: atque id noverunt fideles quomodo diebus singulis
reipere Cæsarium fiat, quomodo pro omni mundo Cæsariis & omnibus qui in subli-
mitate sunt preces facimus. Immo & posteriori ævo consuetudo lege sanctita;

Can. 7. concilium Toletanum XVI. Convenit, ut tam per omnes civitates, vel loca, in
quibus sedes Episcoporum esse noscuntur ad regni ejus ditionem pertinentes, quam
etiam per eorumdem Episcoporum diaœses, excepto passionis dominica die, quam-
do altaria denudata persistunt, nec cuiquam in eodem die missarum licet solemnia
celebrare, cunctis aliis diebus, quibus idem Dominus noster in hac vita superstes
extiterit, pro cunctis ejus filiis vel filiabus sacrificiorum Domino libamina dedi-
centur. Invaluit & mos ecclesiæ, ut laicorum offerentium nomina recitarentur
inter missarum solemnia; Innocentius I. ad Decentium: De nominibus vero re-
citandis, antequam precem sacerdos faciat, atque eorum oblationes quorum nomi-
na recitanda sunt sua oratione commendet, quam superfluum sit, & ipse pro tua
prudentia recognoscis, ut cuius hostiam needum Deo offeras, ejus ante nomen in-
stines; quamvis illi incognitum sit nihil: prius ergo oblationes sunt commendan-

da,

Ep. 29.

dæ, ac hinc eorum nomina, quorum sunt oblationes edicenda, ut inter sacra mysteria nominentur, non inter alia que ante proximitatem, ut ipsis mysteriis viam futuris precibus aperiamus. Ex quo factum est, ut conditorum ecclesiarum & benefactorum nomina recitarentur inter sacra solemnia; concilium Emeritense: can. 19.

Proinde salubri deliberatione censemus, ut pro singulis quibusque ecclesiis, in quibus presbyter jussus fuerit per sui Episcopi ordinationem praesse, pro singulis diebus dominicis sacrificium Deo procuret offerre, & eorum nomina, a quibus eas ecclesias constat esse constructas, vel qui aliquid his sanctis ecclesiis videntur, aut vissi sunt contulisse, si viventes in corpore sunt ante altare recitentur tempore missæ: quod si ab hac discesserunt, aut discesserint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur suo ordine. Hoc honoris delatum Willelmo de Ros, abbatii Fiscanensi in monasterio Uticensi, in beneficiorum gratiam; Ordericus Vitalis: Nomen ejus pro multis beneficiis, que Uticensibus contulit, in rotulo generali scriptum est, & pro ipso missas, & orationes, & elemosynas, sicut pro monacho professo prorsus agi statutum est. Tandem vero a patronis ecclesiarum hoc juris raptim pervenit ad Comites, aliosque dominos captales, in quorum solo positæ essent ecclesiæ, & in hunc usque diem passim receptum in Gallia, nec sine stulta affectatione; immo & thuris oblatio ex consuetudine ad Comites & dominos majores prosluit ex nimia clericorum adulazione. Thure unum Deum excolendum docuere Magi, qui vagientem in cunis Christum thure ut Deum, ait Nazianzenus, auro ut Regem, myrra ut unum e mortali bus adorarunt. Thus sacrificiorum omnium condimentum, non nisi altariis adolendum tempore oblationis, jubet canon Apostolorum, vixque sine thuris suffitiebant publicæ preces: non alio ritu Zozimas asceta apud Evagrium, cognita per visum clade Antiochiæ urbis, θυμιατὴρ εὐηνόστατος, καὶ πάγκη τὸν τῷ Θεῷ ιερέμενος: thuribulum poscit, & totum chorū in quo simul constiterant incensans se humi prosternit, precibus & orationibus Deum placaturus. A Deo primum, ad Pontificum cultum & observationem transit thuris religio. Thymiamate excolebatur Constantinopolitanus Patriarcha. Nicephorum cum Proconnesum in exsiliū raperetur, navigio prætervehi divino monitu intelligens Theophanes, abbas sanctissimus, apud Cedrenum: θυμιάμασι καὶ κυροῖς προπεπτεῖ αὐτὸν: suffitū & cereis prosecutus est. Denique thuris nidor vectigalis factus adorationi Principum. Solemnibus festis thure perfundebatur Imperator a Constantinopolitano Patriarcha, omnesque simul proceres; Codinus: καπὲ δὲ de offic. Constantī εσπερινὴν ὥραν ἀπέρχεται εἰς τὴν ἀγίαν Σοφίαν ὁ Βασιλεὺς τε πᾶν εσπερινῶν stantinop.c.14 οὐρανὸν ἀπέων θυμιάτα παρὰ τῷ Πατεράρχῃ, ὃς τε καὶ πάντες οἱ ἀρχοντες: Cir. n. 17. ca vesperam abit Imperator ad sanctam Sophiam, audiensque vespertinos hymnos incensatur a Patriarcha, omnesque simul aulici proceres. Et idem alio loco: eod.c.n.21. θυμιὰ ποινὴ ὁ Πατεράρχης τὸν Βασιλέα εἴπει τὸν μὲν θυμιάτῳ διδωσι τῷ ἀρχιδιακόνῳ: Incensat Patriarcha Imperatorem, deinde tradit thuribulum archidiacono.

C A P U T XVIII.

Jus amortizationis.

CHRISTIANORUM ecclesias etiam ante Constantimum prædia possedisse, insinuant non tantum Pii I. & Urbani I. epistolæ; sed & ipsum Constantini edictum, quo prædia ecclesiæ ablata restitui jussit; auctore Eusebio. Nec solum parta ecclesiæ Constantinus refudit, sed & eis omnino prædia ex testamento capere permisit. Valens ecclesiæ donatione vel testamento quicquam relinquuntur. C. de sarcrof. eccles.

- 1.4. C.Th. de vetuit; quo alludit Hieronymus ad Nepotianum: *Pudet dicere sacerdotes idolatram, mimi, & aurige, & scorta hereditates capiunt, solis clericis & monachis hoc lege prohibetur, & prohibetur non a persecutoribus, sed a Principibus Christianis; nec de lege conqueror, sed doleo cur meruerimus hanc legem, &c.*
- 1.20. C. Th. eod. Et in eandem sententiam Ambrosius ad Valentinianum: *Nobis etiam private successionis emolumenta recentibus legibus denegantur, & nemo conqueritur; non enim putamus injuriam, quia dispendium non dolemus.* Constantini vero legem de Episcop. tandem restituit Justinianus. Lege cum Gallico imperio nata, fundi ecclesias & clericos transcribi nequeunt sine consensu Principis: hoc nomine Chilpericus defunctorum qui ecclesias instituissent testamenta evertit, & hereditates in fiscum redegit,
- Lib.6. histor. ajebat enim plerumque, ut est apud Gregorium Turonensem: *Ecce pauper re-
cap. 46. Ai-
mansit fiscus noster, ecce divitiae nostre ad ecclesias sunt translate, nulli penitus
moin. lib. 8. nisi soli Episcopi regnant, perii honor noster, & translatus est ad Episcopos ci-
c. 59. vitatum: hoc agens assidue testamenta qua in ecclesias conscripta erant plerumque
disrupit.* Guntranus vero postea haec testamenta restituit, & ecclesias res suas Lib.7. histor. c. 7. sibi habere lubens indulxit: *Multa & ipse, ait Gregorius Turonensis, ecclesias
conferens, testamenta quoque defunctorum qui ecclesias heredes instituerant, & ab
Chilperico compressa fuerant, restauravit.* Constans exinde, & perpetua lex man-
fit, ut rescripto Principis opus esset, quo ecclesia immobilium capax efficeretur. Sic eadem xstate, se & sua beato Martino obtulit Gundulfus quidam, verum prius impetrato præcepto regio: *Tandem, ait Gregorius Turonensis, inspectis
propriae conscientiae noxiis, converti decrevit se, ut humiliatis capillis ipsi sancto
deserviret Antistiti, sed prius a Rege præceptum elicuit, ut res suas omnes ba-
silica traderet vivens.* Hoc pacto & Florus vice-Comes Andegavensis Glanafolium monasterium posuit Mauro Benedicti discipulo, & latifundiis dotavit prius tom.1.jan.14. exorato rescripto Theodeberti Regis; Faustus in vita beati Mauri apud Surium: *Florus autem accedens ad Regem deprecatus est eum, ut præceptum regie digni-
tatis facere juberet super testamentum quod ipse de propriis rebus, quas loco illi
tradiderat, scribere rogaverat, quod Rex libentissime annuit.* Sic Theobaldum Comitem Blesensem se, & sua monasterio offerentem non admisit, nuptiasque ei suasit Nortbertus fundator ordinis Præmonstraten sis; quia non latebat eum le-
ge regni feuda non posse alienari in ecclesias & monasteria absque consensu Princeps, & clientum Comitis: *Didicerat autem, haec sunt verba Nortberti vita
tom.3. jun.6. apud Surium, Principem illum amplissimas habere possessiones, & castra quam-
plurima, nec cuncta facile posse mancipari alicui religioni, tum propter regni mu-
nitonem, tum propter aliorum multorum nobilium, qui ejus Principis beneficia-
rii erant, destructionem.* Novum valde & insolens fuit, quod condicta in Sy-
riam sacra expeditione ab Eugenio III. is crucesignatis, quo facilius prædiorum Lib.1.de gest. emptorem invenirent viatici instruendi gratia, etiam in Ecclesias jus alienandi Frideric.c.25. tribuit, datis hac de re litteris ad Ludovicum Juniores Francorum Regem, Eugen. III. ep. 1. tom.3. que exstant apud Ottomem Fisingensem hisce verbis: *Liceat eis etiam terras, sive ceteras possessiones suas, postquam commoniti propinquai sive domini ad quo-
rum feudum pertinent, pecuniam commodare aut noluerint, aut non valuerint, ecclesiis, vel personis ecclesiasticis, vel aliis quoque fidelibus libere sine ulla re-
clamatione impignorare.* Idemque postea constitutum ab Innocentio III. con-
scripto altero in Sarracenos delectu, se tamen in leges Gallia molitum fateri coactus est idem Pontifex alio loco, cum prædia ad rectum cenobii sancti Germani Parisiensis dominium spectantia, in alias ecclesias, vel monasteria ne alienarent edixit, vel alienata ejurarent intra annum & diem, & ad privatos possesseores transmitterent juxta consuetudinem Gallicanam: *Præseni, inquit, privilegio duximus statuendum, ut si qui terras ad vos de jure spectantes, in quibus portionem habetis, vel campos donatione, aut venditione, seu quolibet alio alienationis titulo in alias ecclesias, vel religiosa loca transfulerint, ecclesias illis*
- Innoc. III. lib.2. ep.181.

lis, vel locis religiosis ultra annum & diem, eas sine assensu vestro non liceat retinere, sed juxta consuetudinem Gallicanarum ecclesiarum talibus personis precio, seu dono concedant, quæ vobis, & monasterio vestro jura vestra cum integritate persolvant. Eodem jure usi sunt Germani: inde querelæ aduersus Gemmelaum Comitem, quod Gemblacense cœnobium feudorum dote ornasset, inscio Imperatore; Sigebert. in vita Guiberti, primi hujusc loci abbatis, apud Surium:

Tom. 3. maii
23.

Philippid. lib.
10.

Quidam, qui bona fidelis Christi Guiberti obliquo oculo limabant, aures Caesaris aduersus eum appellant, & invidiose ei derogantes contra rem publicam eum egisse accusant, quod Gemmelaus regalem fisum majoribus ipsius munificentia imperiali loco beneficii attributum, in partem proprietatis sua usurpaverit, & in iussu Regis fundato ibi cœnobia in sortem ecclesiastici juris inuste transtulerit, quod fieri nullomodo lex publica finit. Hujusmodi legem, ne prædia possiderentur ab ecclesiis, solemnissim die inaugurationis a se sanctam prædicat Otho IV. Imperator, apud Guillelmum Britonem:

*Ilo quippe die, quo me diadematæ primum
Reddidit insignem patrum pater imperiali,
Hanc promulgari legem, in scriptisque redactam
Jussi per totum servari firmiter orbem:
Ecclesia decimas, oblataque munera tantum
Possideant, villas nobis & prædia linquunt,
Vivat ut hinc populus, habeatque stipendia miles.*

His vestigiis Guillelmus I. Rex Anglorum legem edidit in magna charta, ne cap. 36.

privatis liceret prædia transcribere collegiis monachorum, sine Regis permisso : legem exsuscitavit Eduardus I. Matthæus Westmonasteriensis: Anno gratia MCCLXXX. Rex, Pontifices, & Principes Anglicani convenerunt in unum, statuentes quod religiosa persona in ampliationibus terrarum non crescerent, dicentes quod ad detrimentum regni & obsequii militaris feuda militaria & alia possessiones ad religiosorum manum mortuam devenerunt. Quod intelligendum sine speciali Regis licentia, ut expressit Thomas Walsingham. Hac lege Anselmus a Guillelmo II. Rege Anglorum rerum in Anglia Beccensi cœnobia donatarum amortizationem petuit, nec obtinuit, nisi præsentibus donatoribus, ut ipse testatur in epistola ad fratres Beccenses: Quoniam vero Rex chartam nostram de rebus, quas habemus in Anglia, nonnisi præsentibus dotoribus, qui non omnes in curia paſchali affuerunt, voluit confirmare, jussit me usque pentecosten ad curiam suam, ubi omnes simul jam convenerunt, exspectare. Legem porro ad manum mortuam vocarunt, quod res semel quæsitæ monasteriis, velut mortuæ, commercio in perpetuum eximuntur, & hanc legem tenacissime in Anglia servari scripsit Polydorus Vergilius. Nec melius actum cum orientali ecclesia: lex fuit Nicephori Phocæ, ne monasteria nova construerentur, sed constructorum cura gereretur, & adjectum, ne quid fundi ecclesia, vel monasteria sibi acquirere possent; Zonaras: ἐντα κὴ Θύρισμα βασιλεον ἔθητο, ἐν ἀκυνήσις τὰς ἐκκλησίας μὴ ἐμπλατύνεσθαι, κὴ ἡ πρόφασις ὅπι κατ' ἐκένον ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων, ὥπερ εἰς δέοντα τῶν ἐκκλησιῶν ἀναλίσκονται: Decreto quoque regio sanxit, ne fundi ecclesiarum augerentur, hoc pre-textu, quod in suos usus ab Episcopis, non in ecclesiarum necessitatem consumerentur.

Nicephori constitutionem postea sustulit novella Basili Porphyrogeneta, ut refert Balsamo; & rursus eandem restituit Emanuel Comnenus, atque adeo exstructo monasterio, monachis non prædia, sed alimenta ex fisco præbuit; auctore Niceta. Eodem jure usi sunt Galliæ Comites, & alii proceres, ne quid ecclesiæ in eorum territorio, ex donatione, vel alio titulo comparare possent sine eorum consensu, & jurium dominicorum remissione; Ordericus Vitalis monachus Uticensis: Inter hac audiens quidam miles bonus de Drocis, Wado no-

in Eduard. I.
A. C. 1276.
Lib. 2. ep. 26.

Lib. 17. histor.
Angl.
in Niceph.
Phoca. idem
Cedren. p. 541.
& lib. 2. jur.
Graco-Rom.

in can. 1. syn.
Constantino-
pol. 1. & 2.
Lib. 7. annal.
p. 228.

Lib. 3. hist.
eccles.


eod. lib.

mine, condonavit ecclesiam sancti Michaelis sitam super arva in pago Ebroicensi, consentientibus dominis suis, & filiis, & parentibus, & amicis. Et alio loco: Tunc Robertus de Laci dedit sancto Ebrulfo de duabus partibus decimæ de Berneriis medietatem: Rogerius autem filius ejus post obitum patris sua concessione prædictam eleemosynam corroboravit, pro qua concessione quadraginta solidos Drocenium recepit, & uxor ejus decem solidos ex charitate monachorum habuit; hoc sepe dictus Radulphus, qui capitalis dominus erat, gratauerit annuit, & concessionem a conjugi sua, soboleque benigniter exegit. Idem ex charta Fulcherii canonici Carnotensis: Etsi de meis hominibus beato Ebrulfo dare, vel vendere aliquis aliquid voluerit, omnibus omnimodo do licentiam, quatenus hoc absque timore mei facere prævaleant. Et idem ex charta donationis Petri Manliensis: Etsi aliquis de hominibus meis aliquid sanctis, monachisque in eleemosynam dare voluerit, quicquid absque damno servitii mei, & imminutione iustitiae meæ datum fuerit, libentissime anno cum filiis, tali tenore, & tam firma concessione, ut si aliquis ex ipsis pro quolibet reatu feudum suum amittat, ecclesia Dei eleemosynam quam possidet nullatenus perdat. Et idem rursus: Fesza uxor Bernardi Caxi dedit monachis sancti Ebrulfi Mancia degentibus medietatem terræ sanctæ Columbe, tam plani, quam nemoris: hoc autem fecit concedentibus dominis suis, Gotbreno scilicet, qui aliam medietatem terre propter penuriam servicii tunc in dominio tenebat, & Guafzone de Paxejo, qui capitalis dominus erat.

Chopin.de sacra Polit. lib. 3. tit. 1.n.8. Coquil.in hist. Nivern.p.125. Quercetan.lib. 2.hist. Montmor. cap.6. cap.1. de immun. eccl. in 6.

Quanto magis Comites Campaniæ, Andegavensis, Nivernensis, & dynastæ Montmorentiaci, hoc jus manus mortuæ solvendæ in ecclesiis exercuerint, ex veteribus tabulis satis superque fidem faciunt Chopinus, Coquilleus, & Quercetanus, aliisque recentiores. Denique instar Regum nostrorum Comites, aliique domini principales passim ecclesiæ adegerunt, ut incapacitatis noxam luerent, vel fundos dimitterent, quæ res Alexandri IV. expostulationem provocavit, in hæc verba: Sane intelleximus, quod in regno Francie, communia, scabini, seu consules, & alii domini temporales, & ii qui jurisdictionem in ipsis communis, civitatibus, castris, & villis temporalem exercent, vel quibus in illis commissa est executio iustitiae secularis, molesti sunt nimium ecclesiis super pluribus, & infesti; & inter cetera nituntur & student, ut illis collectas, & tallias, & alia hujusmodi eadem ecclesiæ, pretextu honorum quæ acquisiverunt, tribuant & persolvant, vel extra manum suam ponant hujusmodi acquisita. Volentes itaque, &c.

DUCES,



DUCES, ET COMITES PROVINCIALES. LIBER SECUNDUS.

C A P U T P R I M U M.

Jus belli.



UPERIORE libro Ducum & Comitum insignia quæ ver-
sarentur in rebus sacris exigimus ; nunc in isto politica &
civilia prosequemur ; primum de jure belli privati instituta
dissertatione . Stante Romanorum republica summum bel-
li pacisque arbitrium penes senatum populumque Roma-
num fuit , nec iustum bellum sed latrocinium habitum ,
quod non auctore senatu & injussu populi decretum esset .
Sic Carthaginensibus bellum indictum ex iussu populi ; Li- Lib. 21.
vius : *Latum inde ad populum vellent , juberent populo Car-*
thaginensi bellum indici . Novum & insolens visum , quod Talva prætor de
bello Rhodiis indicendo legem rogasset inconsulto senatu ; Livius : *Sed & præ-* Lib. 45.
tor novo , maloque exemplo rem ingressus erat , quod ante non consulto senatu ,
non consulibus certioribus factis , de sua unius sententia rogationem ferret , vellent ,
juberentne Rhodiis bellum indici . *Quum antea semper prius senatus de bello*
consultus esset , deinde ad populum latum . Hac de causa a legatis accusatus
Cn. Manlius apud Livium , quod Gallogræcis bellum intulisset absque auctorita- Lib. 38.
te senatus , & iussu populi . Senatui restitutum hoc jus , Stiliconi gratulatur De laud. Sti-
licon.lib.1.
Claudianus :

Hoc quoque non parva fas est cum laude relinquere
Quod non ante fretis exercitus adstitit ultior

*Ordine quam prisco censeret bella senatus,
Neglectum Stilico tot jam per secula morem
Rettulit, ut ducibus mandarent pralia patres,
Decretoque toga felix legionibus iret
Tessera.*

- Lib. 2. idem Dionys. Halicarnass. lib. 8. antiq. Rom. p. 491. Trebell. Poll. in Probo. Lib. 31. Eadem disciplina subditis populi Romani etiam bello petitis, nefas fuit per se propriis viribus bellum excipere, sine Romano Duce, exercituque; Livius: *Æqui Latinum agrum invaserant, oratores Latinorum a senatu petebant, ut cui mitterent subsidium, aut se ipsos tuendorum finium causa capere arma sinerent: tuitius visum est defendi inertes Latinos, quam pati retractare arma. Quid in republica Ætolorum? non alibi de bello & pace actum, quam in concilio omnium ordinum, quod panætolium dictabant; Livius toties laudatus: Legibus cautum erat, ne de pace, bellowe, nisi in panætolio Ὡ Pyrrhiaco concilio ageretur.*
- I. 3. ff. ad I. Jul. majest. I. unic. Cod. ut usus armor. insc. princ. interd. Lib. 53. Summa rerum Romanarum translata ad Cæsares, statim lege Julia majestatis sancitum, ne quis injussu Principis bellum gereret, delectum conscriberet, exercitum compararet; hujus legis meminit Dio: ἐκένα δὲ ἐπὶ πᾶσιν ὅμοιας ἐνομοθετήθη καπιλόγυς σφᾶς ποιεῖσθαι μήπε πρύγοιον ἔξω τὸ τειχόμενον εἰσπράσπειν, εἰ μὴ εἴπι οὐ βελτί Φιούσατο, οὐδὲ αὐτοκράτωρ κελεύσει: Ha vero leges omnibus ex a quo provinciarum rectoribus factæ, ne quem delectum militum agerent, ne pecuniam supra modum qui constitutus erat exigenter, senatus, imperatorisve injussu. Eo nomine a Tiberio in exsilium actus Capito procurator filii in Asia, quod militem armasset inscio Principe; Dio Cassius: πῶν δὲ τὸν Καπίτωνα τὸν τὸν Α'σιαν ἐπιτροπεύσαντες ἐστὸν οἰωνίδων ἐσῆγαχε, καὶ ἐγκαλέσας αὐτὸν ὡν τραπέταις ἐχρήσατο, καὶ ἀλλὰ πνὰ ὡς, καὶ ἀρχὴν ἔχων ἐπράξεις ἐφυγάδευσεν: Capitonem procuratorem Asia in senatum introduxit, Ὡ criminatus quod militibus usus fuisse, aliaque egisset quasi potestatem habens, in exsilium misit. Francos inter ferrum & arma natos haud continuit Regum majestas, quin suas suorumve injurias bello & armis ulciscerentur, omisso judice: jamque a prima Regum dynastia invaluit hoc genus proterviæ, ut patet ex variis Gregorii Turonensis locis. Tentavit Carolus M. hujusmodi bella privata, (Faidas ea ætas vocitabat) sancita lege coercere: *Nescimus*, ait, *qua pernoxia inventione a nonnullis usurpatum est*, Lib. 6. c. 17. *ut hi qui nullo ministerio publico fulciuntur, propter sua odia*, Ὡ diversissimas Lib. 7. c. 47. *voluntates pessimas, indebitum sibi usurpant in vindicandis proximis* Ὡ interfi- Lib. 8. c. 18. *Capitul. lib. 4. ciendis hominibus vindictæ ministerium*, Ὡ quod Rex saltem in uno exercere debuerat propter terrorem multorum, ipsi impudenter in multis perpetrare non me- c. 27. & 55. Capitul. lib. 5. *c. 180.* Capitul. lib. 5. *putant sibi licere ob inimicitarum vindictas*, quod vo- lunt ut Rex faciat propter Dei vindictam. Tum exemplo avi Carolus Calvus legem instauravit, ut faida pacificetur, sed Francorum ingenio vix unquam aveli potuit insana hæc opinio, pulcherrimum per arma vindictæ genus, & indecorum viris fortibus legum inerme præsidium. Ab occasu Carolinæ stirpis, asurgentem Capetia, nondum adultis viribus, magis in dies sævierunt privata inter proceres bella, & justi pene belli speciem æquarunt, ita ut præiret solemnis indictio, seu diffidatio; Ivo Carnotensis ad Paschalem II. *Responsum est ex parte Rotroci neutrum debere fieri, quia munitione illa ei adjudicata erat in curia Comitissæ, de cuius feudo erat, cum judicio ecclesiæ ad predictam curiam hæc causa translata esset, Ὡ predictus Ivo pro peregrinatione Hugonis minime erat redendus, cum predictus Ivo Rotrocum dominum suum diffiduciasset, Ὡ predans ejus prior cepisset, homines suos ea die qua captus est in vinculis haberet, Ὡ ad forisfaciendum eidem armata manu militum ea die procederet. Quo alludit idem Ivo ad Philippum I. Francorum Regem: Sed quia exasperatus propter salubres monitus, quos serenitati vestre ex summa fidelitate Ὡ caritate direxi, me diffiducias, Ὡ bona episcopalnis domus diripienda adversariis nostris exposuisti, gravia*
- Ep. 173. Ep. 20. Source : BIU Cujas

*gravia & grandia inde percessus incommoda, regali curia ad præsens nec secure possum interessere, nec honeste. Hanc diffidationum licentiam detestatur Nicolaus Cusanus: Hodie videntur, ait, aut confusionem maximam in ordine judicario, aut penitus nullam justitiam, honor honore distinguitur a jure, & occupare etiam maxima dominia nobiles licite se posse dicunt, ubi possessorem nihil juris habuisse, neque habere concedunt; per vilissimum diffidationum modum honorem salvare putant, & vi post ipsam intimatam diffidationem, ex quacumque conficta aut nulla causa, qualitercumque ranta palam aut occulte, licite credunt possideri, etiam si bona ecclesiæ aut clericorum forent. Hoc avi furore Gaufridus Torenensis Comes bello aggressus Geraldum Comitem Aureliensem; Odo Cluniacensis: Godesfridus ille Torenensis Comes, quadam vice collecto militum agmine festinabat, ut hunc virum Dei bellando lacefret, aut quo erant juris illius de vastaret, &c. Gaufridus Martellus Comes Andegavensis Guillelmum Comitem Pictaviensem diffidavit & bello cepit, triennio in vinculis habuit, & tandem nonnisi durissimis conditionibus dimisit, ex Willelmo Pictaviensi, & Glabro Radulpho. Eodem tempore exarsit bellum inter Gaufridum Martellum, & Willelmum Nothum Ducem Normannæ, qua in expeditione Gaufrido operam navarunt alter Guillelmus Comes Pictaviensis ejus privignus ex Agneta uxore, & Eudo Dux Britannæ, auctore eodem Willelmo Pictaviensi, & Willelmo Germanicensi: & fatis functo Gaufredu Martello durissimum ortum est bellum inter ejus heredes Gaufredum Barbatum, & Fulconem Rechinum fratres, de hereditate ericunda, quod non aliter finem nactum est, quam Gaufridi captivitate, teste Aimoini continuatore. Eo insania prorupit, ut clerici quoque a laicis instructa acie res ecclesiæ repeterent; Petrus Damiani: *Nostris quoque temporibus accidit, ut in Burgundia regno quidam clericus esset superbus nimis ac rumidus, & non modo carnali vita seculariter deditus, sed & contra suum ordinem terribiliter bellicosus: hic itaque cum ecclesiastam beati Mauricii, multis in clytam prediis, suis ditionibus usurparet; potens autem quidam e diverso sui juris esse non sine magna litoris atque certaminis animositate contenderet, tandem belli dies utroque paciente statutur, & a multis hinc inde frementium armatorum agminibus convenitur, &c.* Religiosior Ivo Carnotensis ad diecesanos bellum deprecatur ne suscipiatur sui liberandi causa a vice-Comite Carnotensi: *Audiri, ait, primates urbis vestre ad invicem conjurasse guerram se facturos adversus vice-Comitem pro mea liberatione, quod nequaquam mea liberatio est nec inclusionis meæ, non solum exacerbatio, sed interminata productio: quare ne fiat prohibeo, interdico.* Moribus Piætonum tritum refert Rogerus Hovedenus, ut in Richardo I. nobiles bello & armis causas proprias agitarent, sive allegarent, ut loquitur. Hinc secuta mutua inter Comites foedera. Anno 1217. iustum foedus inter Odonem Ducem Burgundiæ, Theobaldum Comitem Campaniæ cum Blanca ejus matre, & Herveum Comitem Nivernensem ad coercendos contumaces vassallos quoad resipiscerent, ut refert Guido Coquille. Cum jure belli, proprius fuit in histor. Nic. Ducibus & Comitibus clamor militaris, instar Regum nostrorum: regium Francorum signum fuit: *Meum gaudium, idiotismo Montioye;* Ordericus Vitalis: *Latitantes vero sub stramine subito proruperunt, & regale signum Anglorum cum plebe vociferantes ad munitionem cucurserunt, sed ingressi, meum gaudium, quod Francorum signum est, versa vice clamaverunt.* Et frequentius coniunctum Dionysii divi tutelaris Galliæ nomen, hoc modo: *Montioye saint Denys,* ut passim occurrit. Comitibus varie clamatum, vel provincie aut Principis urbis suæ ditionis, vel divi tutelaris nomen, vel insignis gentilitii, ut Comiti Tolosano, Tolosa; Raymundus de Agiles: *Atque illatis signis in civitatem & acclamata Tolosa,* quod erat signum clamoris Comitis, discessimus. Eduardo Duci Aquitania in prælio Pictaviensi, S. Georgius, Guienna; Joannes Froillardus scriptor Gallicus: *La crioyent aucuns chevalliers, & escuyers de France, qui par Tom, V.**

in vit. Gerald. lib. I. cap. 37.

Lib. 3. de corr. cord. Cathol. c. 31.

Lib. de gest. Guillelm. Ducas Normann. Lib. 4. c. 9. eod.lib.de gest. Willelm. Ducas. Lib. 7. c. 18. & 27. Lib. 5. c. 47. opusc. 34. c. 4. Epist. 20.

in histor. Nic. vern. p. 122. Lib. 12. eccles. hist. 1119. in hist. Hierosolym. vol. 1. c. 162.

G

troupeaux se combattoient, Montjoie saint Denys, & les Anglois croient saint George Guyenne. Comiti Flandrensi Flandria ad Leonem, idem Frossardus: La cryoit Flandres au Lyon. Duci Normannia, solemnis Numinis invocatio; Deus adjuvet. Dieux aye Dame, Dieux aye. Comiti Campaniae militare celeus- ma. Passuant le meilleur. Ludovico II. Borbonio Duc repetitum carmen: Nostre-Dame, nostre-Dame. Dynastis Montmorenciacis: Dieu ayde au premier Chrestien. Comiti Altissiodorensi: Nostre-Dame Auxerre. Bertramo Guesclino: Sanctus Ives Guesclin, vel saepius, nostre-Dame Guesclin, apud Frossardum. Vassallis tamen non licuit bello experiri, nisi prius petito consensu domini principalis; auctor vite Burchardi Comitis: Non enim, inquit, mos erat, nec est Francis in bello aliquomodo introire absque presentia aut jussu proprii senioris. Crux & strage hominum sceda hæc bella, sed tolerantia & conniventia Regum foediora. Gestum inter Gaufridum Martellum, & Guillelmum Normanum bellum modo memoravi, & malo exemplo belli fortunam expertus Guillelmus, pæcta cum Henrico I. Rege Francorum lege, ut quas urbes, vel castra a Gaufrido cepisset, vel in futurum caperet, in perpetuum sibi retineret, ut addit Willermus Pictaviensis. Diutino bello disceptata controversia inter Gaufridum Barbatum, & Fulconem Comites, etiam spectante Philippo I. & Wastinensem pagum a Fulcone abfentionis ab hostis partibus præmium ferente; rem narrat Aimoini continuator: Postea vero motum est bellum inter Gaufridum Barbatum Andegavensium Comitem, & fratrem ejus Fulconem Rechim Comitem Wastinensem, conquerens siquidem prædictus Fulco de fratre suo, super eo, quod ei parvam terre partem dedisset, Regem adiit, & fideliter compromisit quod totum Wastinense ei relinquere, si de bello sibi non noceret. Rex autem super hoc accepto consilio, quod petebat concessit. Invadens igitur Fulco fratrem suum per auxilium Andegavensium & Turonensium Baronum, hominum multa strage facta eum in campo devicit, cepit, & usque ad finem vita sua in carcere tenuit; qua peracta expeditione Wastinense sicut promiserat Regi werpivit. Quid D. Ludovicus? grassantibus bellis inter Comitem Cabillonensem, & Comitem Burundiæ, inter Comitem Campaniae, & eundem Comitem Cabillonensem, partes suas interposuit, non ut Rex contempta majestatis acerbus ulti, sed ut arbitri, & pacis sequester, missis e comitatu suo legatis, qui hujusmodi lites & similitates compонerent, ut refert Joinville scriptor Gallicus. Immo & divus Princeps anno 1231. pactis conventis cum Petro Mauclerc Duce Britonum, jus belli ei integrum reliquit, ut docet Argentraeus. Privatis bellis iustitium indixit Philippus Pulcher, edicto anni MCCCI. sed temporarium, quo ad bellum regium incumberet: & post eum Ludovicus Hutinus nobilibus Nivernensis bellis privati jus vindicantibus, eo uti minime prohibuit, sed de consuetudine querendum interlocutus est, ex fide Guidonis Coquillei. Eodem morbo laboravit Germania, nec bella privata sustulere Imperatores, sed his modum imposuere; Fridericus I. apud abbatem Urspergensem: Si liber homo ingenuus, ministerialis, vel cuiuscumque conditionis fuerit incendium commiserit pro guerra propria, pro amico, pro parente, vel cause cuiusquam alterius occasione de sententia & judicio proscriptioni statim subjectus habeatur. Hic excipiuntur si qui forte manifesta guerra castra manifeste capiunt, & si qua ibi suburbia, aut statula, aliave tuguria praesentia igne succendunt. Et imperante Ludovico Bavaro restituta vetus lex Germaniae; ne prius privatum bellum inferretur, quam tri-duo ante denunciatum foret; Frossardus: Et fut la endroit renouvelé un juge- ment & statut, & affirmé qui avoit été fait a la cour de l'Empereur le temps passé, qui estoit tel; que qui vouloit autrui grever, ou porter dommage, il le devoit defier suffisamment trois iours devant son fait, & qui autrement le faisoit, il devoit estre rattaché de mauvais & vilain fait. Huic reipublicæ labi jam ut mederentur Gallicani Episcopi anno 1034. primum in Aquitania, tum in aliis pro-*

vol. 2. c. 69. Quercetan. lib. 1. hist. Montmor. c. 4. vol. 1. c. 220. & vol. 3. cap. 222. In suppl. antiqu. Parisi. loc. citat. Lib. 5. c. 47. In chron. D. Ludov. p. 256. Lib. 5. hist. cap. 17. Stylus par- lam. fol. 183. in hist. Ni- vern. ad ann. 1187. vol. 1. c. 34. * olim

provinciis, privatis bellis inducias decrevere, treugæ Dei nomine, ut scribunt Glaber Rodulphus, Siebertus, Ivo Carnotensis, & alii: dissentit unus omnium Gerardus Cameracensis Episcopus, cuius sententia satis frigidam rationem affinxit Siebertus, hanc videlicet: *Genus humanum ab initio tristarium esse divisum in orantibus, pugnatoribus, agricultoribus, & unum duorum, & duos unius e-gere auxilio; ideo debere arma ferri, & rapinas reddi pro auctoritate legis & gratiae ultorem percussi vel occisi, non exacerbari cogendo, sed secundum evange-lium ei reconciliari.* Sed verior & sanior Gerardo mens sedit, non Episcoporum, sed Regum esse de bello & pace cavere: *Hoc enim, inquit Baldericus Noviomensis, non tam impossibile, quam incongruum videri respondit, si quod regalis juris est sibi vendicari præsumerent, hoc etiam modo sanctæ ecclesie statum confundi, que geminis personis regali videlicet, ac sacerdotali administrari pre-cipitur; huic enim orare, illi vero pugnare tribuitur: igitur Regum esse seditiones virtute compescere, bella sedare, pacis commercia dilatare; Episcoporum vero Reges ut viriliter pro salute patriæ pugnant movere, ut vincant orare.* Et hac de re consultus Ivo Carnotensis a Daimberto Senonensi Archiepiscopo, in hujusmodi pactis de pace servanda auctoritatem regiam desiderari agnoscit: *Treua Dei non est, inquit, communī lege sancta, pro communī tamen utilitate homi-nū ex placito, & pacto civitatis ac patriæ Episcoporum & ecclesiarum, ut no-sis, est auctoritate firmata; unde factum, ut milites non sine consensu Regis & dominii capitalis iurandum de pace colenda subirent.* Idemque Ivo Carnotensis, ad Cononem Prænestinum Episcopum: *Suscit enim Hugo filius Gervasii propter violatam pacem se esse iniuste excommunicatum, & terræ patris sui injus-tie divinum officium esse interdictum, quia dicit ea die, qua vocatus erat ad iu-stitiam, se a domino Rege suo fuisse detentum, quæ excusatio adversus pacem violatam apud nos nullius momenti est; quia Rex & Princeps hanc licentiam dederunt militibus suis, ut absolutam fidelitatem jurarent paci & justitiis pacis infra septem dies, quibus moniti essent se venturos ad iustitiam, nisi eos detine-ret aut proprii corporis infaletudo, aut proprie persona violenta detentio, nec Rege excepto, nec domino.* Reipublica saluberrimum fuit hujuscce treugæ consilium, & cælesti Maria Virginis fabro lignario visa suffragio comprobatum, & a pri-moribus Galliæ ex animo suscepimus; Robertus Montensis: *Anno superiori ap-paruit Domina nostra, Mater misericordiæ, sancta Maria cuidam fabro lignario id.Rigord. de opus facienti in quadam sylva, & obtulit ei sigillum iconie sua, & filii sui gest. Philip. Salvatoris nostri, cuius sic conscripicio erat, Agnus Dei qui tollis peccata mundi Aug. dona nobis pacem: & dixit ei, ut ferret illud sigillum ad Episcopum Podensem,* ut prædicaret in provincia sua, & aliis circumquaque, ut omnes qui vellent pa-cem tenere sanctæ ecclesie & filiis suis, facerent hujusmodi sigilla & portarent in signum pacis, & facerent alba parva caputia ad ostentationem pacis & in-nocentie, & dato sacramento pacem tenerent, & inimicos pacis destruerent, quod & factum est: nam multi Episcopi, & consules, & viri consulares, & medio-cre, & pauperes hanc sectant tenentes pacem tenent, & inimicos pacis persequun-tur. Feliciter & antea sedandis tot civilibus Comitum bellis occurrit decreta in concilio Claromontano ab Urbano II. in Syriam expeditio, positis simulta-tibus his, in belli societatem coeuntibus; Guibertus abbas: *Erat eo tempore, an-tequam gentium fieret tanta profectio, maximis ad invicem hostilitatibus totius Francorum regni facta turbatio, crebra ubique latrocinia, viarum obfessio passim audiebantur; immo siebant incendia infinita, nullis praeter sola & indomita cu-piditate existentibus causis extrebanturn prælia, & ut brevi totum claudam, quicquid obtutibus cupidorum subjacebat, nusquam attendendo cuius esset, præde-patebat.* Mox ergo & mira & incredibili, ob insperabilitatem animorum im-mutatione commoti, signum Pontificis predicti præceptione indictum, crucis vide-licet ab Episcopis & presbyteris sibi precantur imponi, & sicut rapidissimi ven-

Ep. 90.

Ep. 266.

A. C. 1183.
id.Rigord. de
gest. Philip.Lib. 2. hist.
Hierosol. c.7.

ti impetus, sola non magna pluvie unda restringi; ita illico contigit ad invicem simulantes universorum, & bella sospiri per inditam sibi aspirationem, haud dubium quin Christi.

C A P U T II.

Jus vectigalium. Inditio quatuor casibus. Focagium. Vectigal salis. Pedagium.

- V**IGENTE Romana republica nefas fuit vectigalia institui sine senatus, populi auctoritate. Vectigal novum ex salario annona statuerunt Livius Salinator, & Claudius censores, auctore Livio; sed non sine nutu senatus, populi. Vectigal quoque in opera publica indictum a Lepido & Fulvio censoribus; verum auctore senatu, ac populo, penes quem summum imperium fuit; Livius: *Censoribus, inquit, postulantibus, ut pecuniae summa sibi, qua in opera publica uterentur, attribueretur, vectigal annum decretum est.* Eversa republi-
ca in populi Romani jura successerunt Cæsares, & quam primum sancta lex, ne sine præcepto Principis nova vectigalia instituerentur. Augusti lex fuit, ne præfecti provinciarum supra modum definitum vectigalia exigenterent senatus Imperatorisve injusu, ut ex Dione superiori capite observatum: non immerito a ad l. Jul. de Galis apud Augustum accusatus Licinius præfector Galliaæ, quod vectigalia ultra ambit. l. & C. legem corraderet, & quia vectigalium ratio menstruis pensionibus dividebatur, vectig. nov. quatuordecim menses constitueret, decembrem mensem vere decimum dicitans, inst. non poss. & duos augustos, menses undecimum & duodecimum, & eo nomine pecunias exigenter: sed periculum a capite amolitus est vocato in prædam Augusto, nar-
rante Dione. Eo nomine insimulatus Athanasius apud Constantinum, Arianis
doli artificibus, quod lineam vestem imperasset Ægyptiis, tributi vice: ὡς Αὐταρ-
τίον τινὲς ἐσήπε τελῖν τὸς Αἰγυπτίων τῷ Αἰγυπτίῳ εἰκόνοις κελάσσενται, inquit Socrates. Lega Francica quoque nova sine auctoritate Principis vectigalia insti-
tui vetitum; Capitulare Caroli M. de theloneis: *Placet nobis, ut antiqua &*
justa tholonea a negotiatoribus exigantur, tam de pontibus, quamque de navigiis
seu mercatis; nova vero seu injusta, ubi vel funes tenduntur, vel cum navibus
sub pontibus transitur, seu his similia, in quibus nullum adjutorium itinerantibus
præstatur, ut non exigantur, &c. Si quid vero fuerit unde dubitetur, ad
proximum placitum nostrum, quod cum ipsis missis habituri sumus, interrogetur.
Accedit aliud ejusdem Principis: *De injustis occasionibus & consuetudinibus no-*
viter instituitis, sicut sunt tributa & tholonei in media via, ubi nec aqua, nec
palus, nec pons, nec aliquid tale fuerit, unde juste census exigi possit, vel ubi
naves subter pontes transire solent, sive in medio flumine ubi nullum obstaculum
est, ut auferantur, antiqua autem ad nostram notitiam deferantur. Inde deduc-
ta lege Friderici in descriptione regalium primos apices tenuit jus vectigalium.
cap.unic. quæ Comites tamen & seniores Galliarum, vergentibus jam præfecturis & beneficiis
sunt regal. in in dominia, novis censibus & vectigalibus provinciales atterere non dubitarunt,
utib. feud.
Can. 39. ditorum, ut circa suos pie & misericorditer agant, vel eos qualibet injusta oc-
casione condemnent, nec vi opprimant, non illorum substantolas injuste tollant,
nec ipsa debita que a subditis reddenda sunt impie ac crudeliter exigantur. Im-
mo non defuerunt Comites, qui adumbratam religionem in questu ponerent, &
specie comeatus Romanæ, vel Turonensis peregrinationis pecunias à pagensi-
bus emungerent; concilium Cabillonense II. Sunt quidam potentum, qui acqui-
Burchard.lib. rendi census gratia, sub praetextu Romani, sive Turonisci iheris multa acquirunt,
19. c. 51. multos

multos pauperum opprimunt, & quod sola cupiditate faciunt, orationum sive sanctorum locorum visitationis causa se facere videri affectant. Eo angustiarum redacti infelices rustici, ut tributis exhausti migrare compellerentur, & novas sedes querere; Odo Cluniacensis, in vita Geraldii Comitis Aureliacensis: Aliquando enim non paucos ex ruricolis obvios habuit, qui derelictis coloniis suis in aliam provinciam transmigrabant; quos cum recognovisset, & quoniam cum sua supellestile tenderent inquisisset, responderunt, quod injuriati fuissent ab eo cum ipse beneficiaverat eos. Milites vero qui obambulabant Principi suadebant, ut eos verberari juberet, & ad domunculas unde discesserant redire compellerent, sed ille noluit, &c. Ergo permisit eos abire quo sibi commodius putarent, & dedit licentiam conversandi. Nec felicius audierunt secutæ ætatis Comites, & proceres; Petrus Venerabilis in apologia Cluniacensium, ad Bernardum Clarevallensem: Patet quippe cunctis qualiter seculares domini rusticis, servis, & ancillis dominentur; non enim contenti sunt eorum usuali & debita servitute, sed & res cum personis, & personas cum rebus sibi semper immisericorditer vendicant; inde est quod præter solitos census, ter, aut quater in anno, vel quotiens volunt, bona ipsorum diripiunt, innumeris servitiis affligunt, onera gravia & importabilia imponunt, unde plerunque eos etiam solum proprium relinqueret, & ad peregrina fugere cogunt, & quod deterius est, ipsas personas, quas tam charo pretio, hoc est suo Christus sanguine redemit, pro tam vili, hoc est pecunia venundare non meruunt. Et Cæsarius Heisterbachensis: Vacca, inquit, ipsa sua inquietudine, & de pæstione, nobiles & advocates temporis nostri designat, qui domos & agros subdiolorum hospitando depascunt, & per assiduas exactiones quas in illos faciunt, in substantia recrescere non sinunt. Hoc jure usus Comes Tolosanus, ut pedagia, guidagia, salinaria, & alia hujusmodi in ditionis sue finibus instar Regum exigeret; quam ob rem anathematis minis territus a Milone legato sedis apostolicae, de justo vestigialium modo Innocentium III. summum Pontificem consuluit, & ab eo rescriptum tulit, non ferenda censeri vestigalia quæ Principis beneficio, vel consuetudinis centenaria suffragio destituerentur: Præterea, inquit, cum pedagia, guidagia, salinaria, tibi legatus interdixerit memoratus, auctoritate apostolica duximus declarandum, illa esse pedagia, salinaria, guidagia interdicta, quæ non apparent Imperatorum vel Lateranensis concilii largitione concessa, vel ex antiqua consuetudine a tempore cuius non extat memoria introducta. Nec alio jure quam consuetudine jus collectam exigendi evindicasse abbatem sancti Germani de Pratis; auctor est Stephanus Tornacensis: Abbas, inquit, S. Germani de Pratis per singulos annos in terra sua moderatam collectam habet, & habuit, jure consuetudinis censem sibi debitum & recipit & recepit; & ecce quodam motu satellites Palatini prohibent hominibus & hospitiis ecclesia predietæ ne solvant, quod ipsi solverunt & patres eorum. Unde factum, ut sibi feudo exheredati, idest multati sint Comites & alii domini principales, ob malas consuetudines, idest novas & improbas exactiones; Robertus Montensis: Willelmus Talavaciæ Comes Sagienis, & filius ejus Joannes, & item Joannes nepos ejus, filius Guidonis primogeniti sui Comitis Pontini, concederunt Regi Henrico castrum Alencejum & Roccam Mabirit, cum eis quæ ad ipsa castella pertinent, & forsan ideo predictas munitiones perdiderunt, quia malas consuetudines ipsi & eorum intercessores diu ibi tenuerant, quas Rex Henricus statim meliorari precepit. Porro jura dominica, consuetudines ea actas dictavit, quod plerunque haud alio titulo, quam moribus niterentur; Goffridus Vindocinensis ad A.C. 1166.

Lib. 1. c. 24.

Lib. 1. ep. 28.
vide Joan. Sa-
resb. policrat.
lib. 6. c. 1.lib. 2. mirac.
cap. 7.cap. super qui-
busdam, de
verb. sig.

ad Lib. 1. ep. 2.

- ad ann. 1164. Montensis: Rotroetus Episcopus Ebroicensis, & Reinaldus de sancto Valerico in Normanniam recognoscere missi sunt iussu Regis per Episcopatus, regales redditus & consuetudines ad Regem & ad Barones pertinentes. Et longe ante synodus Meldensis: Ut ab ecclesiis vestre ditioni subjectis indebitas consuetudines & injustas exactiones de cetero non exacteis. Eadem ratione Græcis oīnīda vocantur enthroniaistica, idest quæ offerebantur pro introitu sacerdotii, vel quæ ordinationis nomine, ex Novellis Justiniani, & Alexii Comneni. Inter regalia se habet jus indicendi tributi quatuor vulgatis casibus, nempe pro dote filiæ primogenitæ, pro militia nati, idest equestris dignitatis accessione; pro transmarina expeditione, vel redemptione capti ab hostibus. Hoc jure Wisigothorum Regi nubente filia Chilperici Regis, ei a Francis oblata munera; Gregorius Turonensis: Franci vero multa munera obtulerunt, alii aurum, alii argentum, non nulli equos, plerique vestimenta, & unusquisque ut potuit donativum dedit. Et ex Gallia in Angliam deducto more. Henrico III. Anglorum Regi oblatum scutagium, ob collocandam sororem primogenitam Friderico II. Imperatori; testis Matthæus Paris. eidem concessum sublidium ob collocandam primogenitam filiam; Matthæus Paris. Tandem unanimiter, cum nullo modo ad aliam formam possent flecti, concederunt domino Regi ad maritandam filiam suam primogenitam de omnibus qui tenent de domino Rege in capite de singulis scutis viginti solidos solvendos, scilicet medietatem ad pascha, & aliam ad festum sancti Michaelis. Pro militia filii Eduardo I. erogata tricesima serum a clero & plebe; ad ann. 1306. Matthæus Westmonasteriensis: Die autem craftina cinxit Rex filium suum baltheo militari in palatio suo, & dedit ei ducatum Aquitanie, &c. pro hac autem militia filii Regis concessus est Regi trigesimus denarius a populo & clero: mercatores vero viceustum concesserunt. Utriusque indictionis jus, idest auxilia faciendi filium suum militem, & filiam suam maritandi, ut Thomæ Wallingam verbis utar, remisit Eduardus III. in vita tempus. Prova militari expeditione solemnis fuit Francis, & eorum exemplo, Germanis Regibus indictio, quam fodrum vocarunt; Otto Frisingensis: Mos enim antiquis, inquit, ex quo imperium Romanum ad Francos derivatum est, ad nostra usque deductus est tempora, ut quotiescumque Reges Italianam ingredi destinaverint, gnos quolibet de familiaribus suis præmittant, qui singulas civitates, seu oppida peragrando, ea quæ ad fiscum regalem spectant, quæ ab accolis fodrum dicuntur, exquirant. Hoc onere jam olim Aquitanos levavit Ludovicus Pius, tum Rex Aquitanie; Aimoinus: Inhibuit a plebejis ulterius annonas militares, quas vulgo foderum vocant, dari. Difficillimis reipublicæ temporibus, cum in hostium potestate essent D. Ludovicus, Joannes, & Franciscus I. pro eorum redemptione ultrotributa usurpata; in Anglia pridem capto Richardo I. a Leopoldo Duce Austriæ, divisa in clerum & plebem collatio, liberandi Principis gratia, etiam annuente Innocentio III. Pontifice. Hæc jura ex indulgentia Principum, vel usurpatio ne passim in se transtulere Comites, & alii proceres, & hoc est, quod nostri vocant: *Droit de Taille ez quatre cas.* Fodrum eos exegisse a rusticis insinuat Lucius III. Pontifex, cum ecclesiarum advocatos notat, quod ab iis fodrum, albergarias, regiam & similia, tanquam a propriis rusticis extorquerent. Solemne vestigial indixit Philippus Dux Burgundie, ob tyrocinium militare Joannis, filii Comitis Nivernensis, & vassallos adegit, ut filio presto essent suis stipendiis in expeditione Hungarica, vel militiae onus collatio ære redimerent; teste Frosardo. Non aliena jura ab obsequiis Romanorum clientum in patronos, quorum præcipua erant egentem patronum pecunia juvare ob nuptias filiæ, vel si bello captus ob λύτρον solvendum; Dionysius Halicarnassæus: τὸς δὲ πελάτους ἐδα τοῖς ἑαυτῶν προσάπαις διγατέρες τη συνενδιδοται γαμψέντας, εἰ σπαριζοτε οἱ πατέρες χρημάτων, καὶ λύτρα πατεβάλλειν πολεμίοις εἰ τις ἀντῶν ἦ παιδῶν αἰχμάλωτο γένοιτο. Clientum erat patronos in elocandis filiabus juvare, si pecunia

etiam parentes deficerent, si vel ipsi, eorumve filii capti essent pretium redemptio-
nis hosti solvere. Regalibus etiam se infert census capitii, quem nostri, focagium
dicunt, Graeci καπνικὸν; quod genus vectigalis primum institutum a Nicephoro Ge-
nerali; Zonaras: τότε ή δὲ καπνικὴ επίστοις ἐνρόπειον κάπνιον επαχθέντοις τῶν τῶν
ἐκκλησιῶν, ηδὲ παρχέιων γηραικείων τέ, ηδὲ μοναστηρίων παροίκων, ηδὲ πατρὶ μήτε
γῆς ἔχουσι μήτε τέλος: Hujus etiam sumarii impositio inventum pessimum parce-
cis ecclesiarum, monasteriorum, ptochiorum, & gerocomiorum mandati, & cui-
vis neque fundum, neque redditum habenti. Solemne Francis vectigal ab anti-
quo focagium, & ex Gallia, ni fallor, libatum ab Hierosolymitanis Regibus;
Willelmus Tyrius ex forma colligendi census: Si vero prædicti quatuor selecti, Lib. 22. de
qui ad hoc deputati sunt, cognoverint pro certo, quod alicujus substantia non va-
leat centum bysantios, accipiant super eum foagium, id est pro foco bysantium u-
num. Focagium imperavit Carolus V. Hoc jure usi & Comites, aliquique do-
mini capitales in subditos; Flodoardus: Quidam vir illustris cum duxisset uxo-
rem, &c. Ille nutu Dei compunctus ad miraculum vorisse traditur se ulterius Lib. 4. histor.
mulierem non habiturum, familiamque uxori delegatam eidem addicens ecclesiæ,
hanc eis dedit legem, ut capitii censum ibidem dependenter, nullique præter id
obnoxii servitio forent. Focagium, sive capitii censum, Aquitanis indixit Eduar-
dus Princeps Walliæ, & Dux Aquitaniæ, sed expostulantibus provincialibus ob
id proscriptus judicio Parium Francorum, ut narrat Frossardus. In oriente vol. 3. c. 244
Duces interdum καπνικὸν meruerant ex beneficio Imperatorum: ut Olbiano, & 246. 279.
Cataquila Ducibus, ob egregie navatam in bello operam aduersus Thomam per-
duellem, hujus vectigalis proventum concessit Michael Balbus; Cedrenus: οἷς pag. 411.
πόσιν ἀπονέμων ἀμοιβὰς ὁ Βασιλεὺς, τῷ εἰς τὸ βασιλικὸν ταμιέον εἰσαγόμενον δημό-
σῳ τέλος ὁ καπνικὸν κατέναι εἰσθεσιν ἐδωρίσατο. Ideoque Imperator referendæ
gratia causa publicum vectigal, quod sumarium dicitur, & in ararium Principi-
pis inferri solebat, iis dono dedit. Regalium censem auget vectigal salinarum:
hoc gentis vectigalis primum Romæ ab Anco Martio institutum, auctore Pli-
nio, exactis Regibus una sublatum; Livius: Salis quoque vendendi arbitrium,
quia impenso pretio venibat in publicum, omni sumptu ademptum privatis, por-
toriis quoque & tributo plebe liberata. Tum a Livio & Claudio censoribus re-
stitutum, unde Livio inustum Salinatoris cognomen, ut prodit Livius, & inde
vectigal salis inter publica vectigalia & regalia censum. In Gallia vectigal
salis anno MCCCCXIII. primum a Philippo Valesio institutum; Continuator
Urspergensis: Hoc tempore Philippus Galliarum Rex, intelligens lucri bonum odo-
rem ex quavis re esse, tributum salis instituit, argutum inventum, quo nemo li-
ber a tributo esset: hinc enim Regibus quotannis pecunia ingens penditur. Sed
ante illum etiam Comites provinciales, in quorum ditionibus fuere salinæ, ex
consuetudine vectigal salis exactitarunt: ut salinaria pendeantur Comiti Tolosano,
de quo rescriptum Innocentii III. quod supra atrigimus, ejusque vecti-
galis tenacissimum fuisse exactorem, testatur privilegium emunitatis Castris Bel-
licadri a Raimundo Comite Tolosano concessum anno 1217. in quo oppidanis bonens. Rutil.
omnia vectigalia remittuntur, dempto pedagio salis. Temporibus D. Ludovici Numat. itiner.
vectigal salis a suis provincialibus exigebat Carolus Rex Siciliæ, & Comes Pro-
vinciæ; de quo eum perstrinxit Clemens IV. epistola sua: Sed nihilominus, in-
quit, de aliis, que non ita omnino novimus, reddimus te solicitum, de Gabellis
Salis videlicet, quarum originem vidimus vitiosam, in his etiam que veteres ap-
pellantur, ut de aliis taceamus, que tuo sunt tempore, sicut videtur, in multo-
rum prejudicium introducta. De regalibus sunt etiam portoria & pedatica: ve-
rum ex concessione Principum, vel usurpatione pervenerunt ad Comites, aliof-
que proceres, vel etiam ad ecclesiastis; ut beneficio Caroli Magni hac concessa
monasterio sancti Germani de Pratis, apud Aimoinum: Portum dōnamus, qui Lib. 5. c. 1.
est intra pagum Senonicum & Milidunensem, &c. ita ut nullus inibi portum,

in Niceph.
General. Ce-
dren. p. 394.

Lib. 22. de
bell.sacr.c.23.

Rhem. c.49.

vol.3. c.244

246. 279.

Lib. 31. cap.7.
Lib. 2.

Lib. 29.
l. inter publi-
ca, ff.de verb.
sig.c.unic.quæ
sint reg. in
usib.fend.

vectigal salis
exactum a Jo.
1355. Fross.

vol.1. c.155.

de salinis Nar-

lib. 1.

ep.261.ex C.
M. S.

Lib. 5. c. 1.

ne aquam habeat, nisi jam dicta potestas almi Germani, neque thelonium, aut rotalicum, seu saltaticum, cespiticum, ripaticum, vel salutaticum cuiquam accipere liceat. Pedagio Pontifarensi potiebatur Burchardus de Montemorense, cuius reditus divisit in ecclesiam Cluniensem, & sancti Martini de Campis, sanciente Ludovico juniori; in Martinianis: Centum etiam solidos ecclesie Cluniensi, & quadraginta sancti Martini de Campis, quos dedit Burchardus de Monte-morense de pedagio suo, quod est in camino Pontifarensi. Eo nomine Comes dominus, qui pedaticum exigit, tenet præstare viam tutam a latrociniis, & damna passis sarcire. Vetus id Sabaudie institutum, & ab Henrico III. traductum in Angliam scribit Mathæus Paris. Præterea providit Rex de consilio Sabaudiensium, ut si quis obiter spoliaretur, vel quomodolibet a latrone damnificaretur, ipsi, quibus incumbebat eminentius patriæ custodia, caseo satisfacerent competenter, & amissa secundum consuetudinem Sabaudicam restituerent: & hoc facto malefactores insequentes, pariam mundarent ab eisdem. Altius repetendum hoc jus ex veteri consuetudine Gallia, & Hispania, qua vicani proximiores loci, in quo latrocinium factum esset, latrones exhibere aut noxam luere compellebantur; Aristoteles: ἐν τῇ Γαλλίᾳ φασὶν ἔως τὸ Κελτικὸν, καὶ Κελτογύνον, καὶ Γαλατῶν εἶναι πάντα ὅδον Ἡράκλειαν πελεμένην δί τοις ἑάν τε Εὐχαριστοῖς πεποδεῖται, πρέσβαις ὑπὸ πάντων παροικῶν ὅπως μηδεποτέ ἀδικήθῃ, καὶ γὰρ ζημιαὶ εἰπίνειν πατέονται γένονται τὸ ἀδικηματοῦ. Ex Italia ferunt vitam ad usque Celtas Gallos, & Celtiberos protendi, Herculeam vocant, in qua & Graci, & Indigenæ transeuntes ab incolis obseruantur, ne quid iis male forte accidat; quippe quod damnum ita sarcunt apud quod datum fuerit. Qua ratione Cumanus procurator Judææ, & direpta a latronibus cujusdam servi Cæsaris supellectile, vi-

A. C. 1253. Lib. de mirabil. auscult. Lib. 2. de bell. Jud. c. II. observ. lib. 19. c. II. in orat. in Ma- carrum. l. inter publi- c. unic. quæ di in fluminibus publicis, & vestigal ex eo; ideo benna regiae, seu piscatoria sunt, reg. in fluminibus instituta, & aliquando Regum nomine insignitæ; Helgaldus Floriacensis: Ecce venientes ad portum Sequana, qui dicitur Caroli benna, hoc est piscatoria, quæ erat difficultate transmeabilis. Ex piscatura Bysantina Imperatoribus accedebat vestigal, non minus annuis decies mille aureis, quod avo in annonam Andronicum juniores assignasse refert Nicephorus Gregoras. Ex ca-

ptura Halecum, & aliorum piscium acerbe exactum vestigal ab Henrico III. Anglorum Rege non retinet Matthæus Paris. In his omnibus adeo tyrannizat & studet deservire, ut etiam in littore maris pauperum piscatorum Halecia, vel alios pisces, non permittat ad arbitrium illorum negotiando pertrectari, nec audent in mari confinio, vel civitatibus comparere spoliandi, tutius se arbitrantes fluctibus procellosis ulteriora littora repetendo. Sævius cum piscatoribus fiscus, quam mare, quibus fluctus parcunt, fiscus non parcit. Sed & in locis ubi piscatio in fructu est, ut in oris maritimis, decimam ex ea sibi ecclesia vindicat, cui adstipulatur

canis proximis objiciebat, quod latrones illos non comprehendissent, apud Josephum: Κύμαντος δὲ περιπτεράς τοις ἐκ τῶν πλησίον καμάνη δεσμώτας εκέλεσεν ἀράρειν τρόπον αὐτὸν, ἐπικαλῶν ὅτι μὴ διάζεντες τοις λυτάσσοντος: Cumanus autem circum mittens eos, qui in proximis vicis essent, vinclitos ad se adduci jussit, objiciens quod latrones illos non comprehendissent: δεσπότας, legit Cujacius hoc loco, pro δεσμώταις: convenientius ratus damnum imputari vicorum dominis quam vicinis, sed nihil movendum: nam & lege Græcorum homicidio patrato in agro, cuius auctor nesciretur, vicinam plebem lustrari opus erat; Demosthenes: τοις δὲ ἀπογινομένοις ἐν τοῖς δήμοις, ὡς ἐν μηδείς ἀναρήται ἐπαγγελέσθω ὁ δήμαρχος τοῖς προσώποις ἀναρέν, καὶ πάπτεν, καὶ παρεν τὸν δῆμον, τοις ἄμεροις ἐν ἀπογενίταις ἔνεις: Qui vero in municipiis desiderantur quos ne-

Hist. lib. 9. in Henrico III. 1248. R. in vit. Robert. R. in orat. in Ma- carrum. l. inter publi- c. unic. quæ di in fluminibus publicis, & vestigal ex eo; ideo benna regiae, seu piscatoria sunt, reg. in fluminibus instituta, & aliquando Regum nomine insignitæ; Helgaldus Floriacensis: Ecce venientes ad portum Sequana, qui dicitur Caroli benna, hoc est piscatoria, quæ erat difficultate transmeabilis. Ex piscatura Bysantina Imperatoribus accedebat vestigal, non minus annuis decies mille aureis, quod avo in annonam Andronicum juniores assignasse refert Nicephorus Gregoras. Ex ca-

ptura Halecum, & aliorum piscium acerbe exactum vestigal ab Henrico III. Anglorum Rege non retinet Matthæus Paris. In his omnibus adeo tyrannizat & studet deservire, ut etiam in littore maris pauperum piscatorum Halecia, vel alios pisces, non permittat ad arbitrium illorum negotiando pertrectari, nec audent in mari confinio, vel civitatibus comparere spoliandi, tutius se arbitrantes fluctibus procellosis ulteriora littora repetendo. Sævius cum piscatoribus fiscus, quam mare, quibus fluctus parcunt, fiscus non parcit. Sed & in locis ubi piscatio in fructu est, ut in oris maritimis, decimam ex ea sibi ecclesia vindicat, cui adstipulatur

pulatur Corcyraeum religio, quos pescationis thynnariae decimam, *Δεκάτην* & *αργυρόν* quotannis Jovi Olympio, & Apollini Delphico missitasse, auctor est Pausanias. A fisco in Comites, & altos proceres etiam ecclesiasticos transit jus pescaturae, & vectigal ex ea, Regum beneficio, vel consuetudine; ut in abbatein sancti Vincentii Villa regia Isciacu, cum pescatoria Sequanae dono Childeberti Regis, apud Aimoium. Concedimus nostrum fiscum largitatis nostra, qui vocatur Isciacus, qui est in pago Parisiorum prope alveum Sequanae, *¶* c. cum pescatoria, que appellatur Venna, cum pescatoriis omnibus qua sunt in ipso alveo Sequanae, *¶* c. In abbatem Floriacensem pescatoria Ligeris, munere Roberti Regis; Helgaldus: *Preterea patri Benedicto, ¶* suis pescotoriam Ligeriti fluminis benignissimus attribuit, scripto firmavit, *¶* ex his nil aliud quam intercessionis illius quasvit suffragia. In abbatem sancti Martini a Campis, gordum, sive pescatoria Pisiciensis in Sequana dono Ludovici Crassi; Martiniana ex tabulis Ludovici junioris: Gordum etiam piscium apud Poissiacum in Sequana de dono patris mei. Vectigal pescaturae, & jus regalium piscium moribus sibi asserebat Dux Britanniae; & hoc jus nominatim, pactis cum Divo Ludovico conditionibus, sibi exceptit Petrus Dux; auctore Argentrae. Vectigalia, pedagia, & alia id genus regalia labente imperio sibi ascivere Italiae Episcopi, & proceres, & civitates, quae Friderico I. restituerunt, nec postliminio receperunt, nisi de regio beneficio rite docuissent; Guntherus:

*At primum Ligures super hoc a Rege rogati
Vectigal portus cuendae jura monetæ,
Cumque molendinis, telonia, flumina, pontes,
Id quoque quod fodrum vulgari nomine dicunt,
Et capitolitum certo sub nomine censum:
Hec Ligures sacro tribuerunt omnia fisco.
Tanta tamen clari sunt indulgentia Regis,
Ut quicunque bona priscorum munere Regum
Haec tenus ista fide possideat, idque probare
Legitimis poterat, nec demonstrare tabellis
Principis assensu, titulo gavisus eodem
Nunc quoquo possideat, reliquis in jura relatis
Regia librarum triginta millia puri
Annuus argenti fisco solet addere census.*

C A P U T III.

Jus condendarum legum. Jus consuetudinarium in Gallia.

SUMMÆ potestatis culmen est jus ferendarum legum: vetere republica hoc juris penes Romanum populum præcipuum fuit, auctore Dionysio Halicarnasso: & hoc jus lege XII. tabularum commendatum; Livius: *Intercedentibusque tribunis interrex Fabius ajebat in duodecim tabulis legem esse, ut quodcumque postremum populus jussisset, id jus, ratumque esset.* Verum lege regia translato a populo in Principem imperio, soli Principi datum est leges condere, & interpretari, & soli Principi exin leges emendare jus fuit; Tertullianus: *Nonne, inquit, ¶ vos quotidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis, totam illam veterem ¶ squalentem silvam legum, novis principalium rescriptorum, ¶ edictorum securibus truncatis, ¶ ceditis, nonne vanissimas Papias leges, quæ ante liberos suscipi cogunt, quam Juliae matrimonium contrahi, post Tom. V.*

Lib. 5. antiqu. Rom.lib.7. M. Tull.3. de lege & pro Sestio. l. 2. §.eod.ff. de orig. jur.l. l. ff. de const. princ.l.un. ff. ad l. Jul. ambit.l.fin. C.de cap. 4.

Gregor. VII.
lib. 2. regist.
post. ep. 55.

in eod. donat.
piar. c. 11.

Lib. 9. hist.
cap. 31.

Lib. 6. capitul.
c. 281.
Can. volumus,
ii. qu. i.

Lib. 5. hist.
cap. 47.

Lib. 8. Philip.

tanta auctoritatis senectutem, heri Severus constantissimus Principum exclusit. Sie & Romani Pontifices tanquam orbis Christiani Principes, novas leges sciscundi jus suum fecerunt: hinc dictatum Gregorii VII. Papæ: Quod illi soli licet pro temporis necessitate novas leges condere. Stabilito in Gallia Francorum Imperio, solis Regibus leges condere jus suppetuit, superstite hoc avita libertatis vestigio, ut in generali ordinum conventu promulgarentur. Hoc jure Carolus M. Francorum, & ceterorum quotquot ei parebant populorum leges firmavit, non aliter scilicet vim legum habituras: Deinde (ait ille in sermone de fundatione Basilicæ Aquisgranensis apud Miracum) prout cunctis placuit prudentioribus regni nostri legem Saxonum, Noricorum, Suevorum, Francorum, Ripuariorum, Salicorum, sicut mos & potestas Imperatorum est, & omnium antecessorum meorum semper fuit, distinxii, distinctam sub auctoritate regia & imperatoria stabiliri, non ex mea adinventione aut corde prolatam, sed communi consilio & generali conventu totius Gallie a me renovatam, & in melius auctam, sicut patres & predecessores mei fecisse perhibentur, &c. Et singulorum leges non scriptas, scriptis commendari curavit idem Carolus; Eginartus in ejus vita: Omnium tamen nationum, que sub ejus ditione erant, jura que scripta non erant describi ac litteris mandari fecit. Porro hac potestatis temperantia usi Reges nostri, ut in solemni inauguratione novas leges & consuetudines ejurarent; de Chariberto auctor est Gregor. Turonensis: Post mortem vero Clotharii Regis, Chariberto Regi populus hic sacramentum dedit, similiter etiam, & ille sacramento promisit, ut leges, consuetudinesque novas populo non infligeret. Jam olim non uno jure utebantur Galliarum provinciæ, aliae lege, aliae consuetudine: sane utrumque jus non sine principali auctoritate valuisse satis aperte insinuavit Carolus M. cum Constantini legem de episcopali judicio capitulis additam, omnibus subditis observandam proposuit: Licet, inquit, quocumque videantur legis vinculo constricti, vel consuetudinario more connexi. Labente vero Carolini principatus robore, postquam Duces, & Comites provinciales praefecturas in adulterinos dominatus transtulere, novas leges concinnarunt, & provincialibus consuetudines, quibus pro lege uterentur, dedere. Hujusmodi consuetudines suis concessere Comites Wastinenses, quas municipes adeo constanter tuiti sunt, ut redeunte pago Wastinensi ad Philippum Regem ejus nominis primum, Fulonis Comitis munere,

Invidens igitur Fulco fratrem suum per auxilium Andegayensem & Turonensem Baronum, hominum multa strage facta, eum in campo devicit, cepit, & usque ad finem vitae sue in carcere tenuit; qua peracta expeditione, Wastinense sicut promiserat, Regi werpivit: Rex autem juravit se servaturum consuetudines terre illius, aliter enim nolebant milites ei facere sua hominia. Eodem jure, an injuria Dukes Normannorum suis consuetudines legum vice prodiderant, quas recepta bello Normannia Philippus Augustus tulit, nisi quatenus sacris canonibus vim inferrent; Guillelmus Brito:

*Rex malens bonus esse malis assuecat amando
Ut sibi paulatim populos, ne se peregrinis
Consuetudinibus arctari forte querantur,
Judicia & leges non abrogat, immo tenenda
Omnia confirmat generaliter, hactenus illis
Observata quibus non contradicit aperte
Jus, aut libertas non deprimit ecclesiistarum.
Quedam aut in melius juri contraria mutans,
Constituit pugiles ut in omni talio pugna
Sanguinis in causis ad poenas exigat aequas
Victus ut appellans, sive appellatus eadent*

Lege

*Lege ligaretur; mutilari, aut perdere vitam.
Moris enim extiterat apud illos hactenus, ut si.
Appellans vietus in causa sanguinis esset
Sex solidos decies cum nummo solveret uno,
Et sic impunis amissa lege maneret:
Quod si appellatum vinci contingeret, omni
Re privaretur, & turpi morte periret:
Injustum justus hoc juste Rex revocavit,
Reque pares Francis Normannos fecit in ista.*

Pari de fonte haud dubie manarunt consuetudines Rupellanæ, quas memorat Honorius III. Pontifex, puta a Comitibus Piëtaviensibus, regionis olim toparchis; & ne hac de re dubites, variae adhuc leguntur consuetudines Ducum vel Comitum, quos auctores habuerunt nomine inscriptæ, veluti Burgundica, quæ Philippi Dūcis nomine suos apices alte commendat. Laudatur & apud Gregorium IX. Parofinensis (vel rectius Paronensis, ut legunt Romani correctores) municipi (idest in pago Veromanduorum) consuetudo de jure retractus gentilitii, quæ indubitanter Comitibus Veromanduis accepto ferenda fuit. Inde juris consuetudinarii studiosi in primis fuere Comites, aliqui proceres Franci. Theobaldum Comitem Blesensem commendat Joannes Saresberiensis in epistola ad Alexandrum III. de hujusce juris peritia, quod jus cismontanum appellat, ut distingueret a jure scripto, quod origine transalpinum esset: Unde, inquit, ut asserebat illustris Blesenium Comes Theobaldus, Princeps quidem iustitiae amator, & juris cismontani peritissimus, ad quem Episcopus Wintoniensis liberorum causam transmiserat, eo quod ad ipsum res ista jure feudi pertinebat, accitis potioribus Episcopis Gallie, consilio eorum aliorumque sapientum, causa cognita, patre defuncto eos legitimos agnoverit heredes. Ex Gallia, ut par est credere, libarunt jus consuetudinarium, quo usi sunt Reges Hierosolymitani, ejusque consultissimi fuere; de Balduino Rege testatur Willelmus Tyrius: *Juris etiam consuetudinarii, quo regnum regebatur orientale, plenam habens experientiam, ita ut in rebus dubiis etiam seniores regni Principes, eius consulerent experientiam, & consulti pectoris eruditionem mirarentur.* De Amalrico etiam idem Willelmus Tyrius: *In jure consuetudinario, quo regebatur regnum, subtilis plurimum & nulli secundus.*

in cap. ex parte, de consuetudine.

cap. constitutus, de in integr. restitut.

Ep. 89.

Lib. 16. hist. cap. 2.

Lib. 19. cap. 2.

C A P U T IV.

Jus creandorum magistratum. Jus universitatis, sive communiae.

SUMMI regalium fastigii est jus creandorum magistratum. Exactis Regibus Romanorum quamprimum scita lex, ne quis absque suffragiis populi magistratum capesseret, legis contemptori capitinis poena proposita, cuicunque eum occideret impunitate concessa, ut refert Dionysius Halicarnasseus: in hanc sententiam Livius: *Patres censuerunt, inquit, qui honorem quem sibi capere per leges liceret peteret, in eo populo creandi quem velit potestatem fieri aequum esse.* Extincta republica creatio magistratum a populo transiit ad Principem. Hoc rerum cardine, recenti adhuc libertatis jactura, a populo jus legendi magistratus non omnino tulit Julius Cæsar, sed cum eo divisit: *Comitia*, inquit Suetonius, *cum populo partitus est, ut exceptis consulatus competitoribus, de cetero numero candidatorum pro parte dimidia quos populus vellet pronuntiarentur, pro parte altera quos ipse edidisset.* Primus Tiberius fractis Quiritum animis, &

Lib. 5. antiqu. Rom. p. 292. Lib. 32.

Lunic. ff.ad I. Jul. de ambit. Sueton.in Julio c.41.

DUCES, ET COMITES PROVINCIALES.

- ad servitutem factis, jus omne designandorum magistratum ad se, & senatum
 Lib. i. annal. transtulit, omisso populo; hac de re Tacitus: *Tum primum e campo Comitia
 ad patres translata sunt: nam ad eam diem, eti potissima arbitrio Principis,
 quædam tamen studiis tribuum siebant.* Immo & posteri Principes adulta pote-
 state jus creandi magistratus & in primis consules totum suum fecerunt, senatus
 Lib. i. de bell. vix ratione habita; Appianus: *ειν τοι οι Πατέραις Βασιλεῖς ὑπάτες ἀποδιδόντες
 τὴν πατερίδι: Nunc quoque Romani Cesares, penes quos est creatio consulum.* Hoc
 civil. pacto consulem a Gratiano se lectum gratulatur Ausonius: *Consul ego, Impera-
 tor Auguste, inquit, munere tuo, non passus septa, neque campum, non suffra-
 gratian. gia, non puncta, non loculos qui non presaverim manus, &c.* In Gallia æque
 Francorum Reges jam a regni cunabulis Duces, & Comites, & alios majores
 Lib. 6. hist. officiales suo ipsi nutu elegerunt; Gregorius Turonensis: *Igitur pervasis Chilpe-
 cap. 23. ricus Rex civitatibus fratri sui, novos Comites ordinat.* Et alio loco: *Nice-
 Lib. 8. c. 18. tius per emissionem Eulalii a Comitatu Arverno submotus, ducatum a Rege ex-
 Lib. 10. c. 21. petiit.* Fortunatus Sigoaldo:

*Rex Childebertus crescens te crescere cogat,
 Qui modo dat Comitis, det tibi dona Ducis.*

Lib. 10. c. 25. Et idem ad Galactorium, Comitem Burdegalensem:

*Judicio Regis valueristi crescere judec,
 Famaque quod meruit regia lingua dedit:
 Debet & ipse potens ut adhuc bene crescere possis,
 Preficit ut arma Ducis qui tibi restat apex.*

- Lib. 1. form. Inde concepta apud Marculfum formula codicillorum, quibus Princeps patricios,
 c. 8. Duces, aut Comites quosque instituebat his verbis: *Ergo dum & fidem &
 utilitatem tuam videmus habere compertam, ideo tibi actionem comitatus, duca-
 tus, patriciatus, in pago illo, quem antecessor tuus ille, usque nunc visus est e-
 gisse, tibi ad agendum, regendunaque commisimus.* Comites autem ipsi vicarios,
 Lib. 3. c. 56. centenarios, & scabineos suos legerunt; Capitulare Caroli M. Ut judices, ad-
 vocati, praepositi, centenarii, vicarii, scabinei quales meliores inveniri possint,
 Can. 21. & Deum timentes constituantur ad sua ministeria exercenda, cum Comite & po-
 pulo elegantur mansueti & boni. Ideo concilium Cabillonense II. Comites hor-
 tatur, ut idoneos & probos sibi vicarios sumant: *Comites, inquit, ministros,
 quos vicarios & centenarios vocant, justos habere debent, ne forte eorum avari-
 tia, aut rapacitate populus gravetur.* Quod si vicarii lecti a Comitibus male
 Add. 4. c. 75. se gererent, missis dominicis provincias lustrantibus jus fuit eos expungere, &
 add. c. seq. & alios sublegere; Capitulare Ludovici Pii: *Ut missi vestri ubicunque malos sca-
 can. 33. lib. 3. binos inveniunt ejicant, & totius populi consensu in locum eorum bonos elegant,
 & cum electi fuerint jurare faciant, &c.* Inde labente ævo, redactis in domi-
 natum & fortè hereditariam praefecturis, facile Duces & Comites jus creandi
 cap. 12. c. 1. de postuland. v. præpositos sibi asseruere, quo in hunc diem utuntur: & quia clericorum opera,
 c. clericis, ne clerici, vel monac. epist. quod vix alii olim litterati essent, juris dicundi causa abuterentur, intercessit
 132. concilium Lateranense sub Alexandro III. Sed nec procuratores villarum, aut
 jurisdictiones etiam secularares sub aliquibus Principibus & secularibus viris, ut
 justitiarii eorum fiant, quisquam clericorum exercere presumat. Hinc litteræ de-
 precatoria Stephani Tornacensis pro quodam presbytero, qui jurisdictionem sa-
 cularem Comitis Flandrensis nomine exercuerat, Romam labis purgandæ cau-
 sa properante: *Jurisdictionem civilem, inquit, usque ad rigorem, quam impe-
 riū mixtum quidam appellant, sub potestate Comitis Flandrensis procuratorio no-
 mine diu exercuit, ubi ex officio qualitercumque suscepto tenebatur, & innocentem
 absol-*

absolvere & noxios condemnare ; neminem tamen , ut ipse confitetur , ad effusio-
nem sanguinis ore proprio condemnavit , sed confessos , aut convictos de crimine ,
Communia Ambianensi , ad quam judicium sanguinis spectat , secundum quod
meruisset reus , judicandos exposuit & plectendos . Jus creandorum magistratum
excipit jus universitatis , sive communiae : insignia reipublicae sunt suis legibus ,
& magistratibus , & confilio uti : his ornatae fuerunt liberæ foederatae civitates
populi Romani , vel alias privilegiariae , & bene merita , ut Amisenorum civi-
tas libera ; Plinio ad Trajanum : *Amisenorum civitas & libera & foederata be-
neficio indulgentia legibus suis uititur* . Et Mothonæ libera civitas Messeniorum ,
Pausania : *Mοθωναῖς δέ Βασιλεὺς μὲν Τραϊανὸς ἐδώκεν ἀλλήλεπες ὄντες , εὐ-
πονητικὴ πολιτείαν* : At Trajanus Cæsar Mothonæ concessit , ut cum liberis po-
pulis censerentur , & suis legibus uterentur . Et a Severo Alexandria jus βε-
λαιμεῖ , idest senatus municipalis accepit ; Spartanus : *Alexandrinis jus Buleu-
tarum dedit , qui sine publico consilio , ita ut sub Regibus ante vivebant , uno
judice contenti , quem Cæsar dedisset* . Contra feedissima servitutis nota , univer-
sitas , & publicæ administrationis ademptio : expugnatæ Capuæ a Romanis ad-
emptum jus universitatis , magistratus , consilii ; Livius : *Ceterum , inquit , ha-
bitari tanquam urbem Capuam , frequentarique placuit , corpus nullum civitatis ,
nec senatum , nec plebis consilium , nec magistratus esse , sine consilio publico , si-
ne Imperio , multitudinem nullius rei inter se sociam ad consensum inhabilem fo-
re , praefectum ad jura reddenda ab Roma quotannis missuros* . Inde est quod
imaginem reipublicæ nullam Capuæ relixtam ait M. Tullius : *Majores nostri
Capua magistratus , senatum , consilium commune , omnia denique insignia reipu-
blicæ sustulerunt , neque aliud quidquam , nisi inane nomen Capua reliquerunt ,
non crudelitate sed consilio ; quod videbant , si quod reipublicæ vestigium illis
mænibus contineretur , urbem ipsam imperio domicilium probere posse* . Excisa nec-
non Corintho , omnia e civitatibus Græciæ concilia sustulit Muminius ; Pausa-
nias : *οὐγένεια τε καὶ ἔθνος τὸ ἐκάστον Αἴγαιῶν , καὶ τὸ ἐν Φανδόνι , ἢ Βοιωτοῖς
ἢ ἐπίραστι πτερὸν Εὐαλλάδος κατελέυτο ὁρίων πάντα , ἐπειδὴ δὲ ἡ πολλοῖς ὑπερον ἐτρέ-
ποντο ἐς ἔλεον Πομπαῖον ἢ Εὐαλλάδος , καὶ οὐγένεια τε καὶ ἔθνος αποδιδόσαντι ἐκάστον
καὶ ἀρχῆν : Concilia omnia singularum Achajæ nationum , sive in Bœotia , sive in
Phocensibus haberentur abolita ; non multis post annis Romanos Grecorum misericor-
dia cepit ; quare & prisca concilia sua cuicunque genti restituta . Gallia in potestatem
Francorum feliciter deducta civitatibus relicta avitæ libertatis vestigia , jus universita-
tis , sive communiae , & plebeii magistratus quos majores , & scabinos dictitarunt
jurisdictione ipsis permitta ; Alexander IV. Romanus Pontifex : *In regno Francia ,
inquit , communia scabini , seu consules & alii domini temporales , & ii qui jurisdictionem
in ipsis communis , civitatibus , castris , & villis temporalem exercent* . Inde
scabinos Hipretis Flandrorum apud Gregorium IX. jurisdictionis suæ tuendæ causa
expostulasse legimus in clericos , quod cessiones passim reciperent judicii mutandi
gratia ; & judicium sanguinis penes communiam Ambianensem esse refert Stephanus
Tornacensis loco citato . Inter regalia igitur numeratur jus communiae ,
idest legendorum majorum , & scabinorum , sive consulum , & hujus nomine
litteræ communiae , ut vocant , a Regibus impetrari debent . Eodem juris con-
centu Germanis & Italiam inter regalia censiti consulatus . Regalia Friderico I.
remisere Episcopi & Comites Italiæ , & inter ea ducatus , marchias , comita-
tus , consulatus , monetas , telonia , &c. ut expressit Radevicus . Et paulo post
restituto Mediolanensibus jure creandorum consulum , sibi vel legis suis confir-
mationem exceptit Fridericus : *Venturi vero consules (hæc sunt verba pactionis
apud Radevicum) a populo elegantur , & ab ipso Imperatore confirmantur , quo-
rum medietas ad ipsum veniat , dum in Longobardia fuerit ; alibi autem eo exi-
stente , duo ad eum ex consulibus veniant , & juramento facto officium consulatus
sui a domino recipient pro se & sociis suis facturis idem juramentum domino Im-**

Lib. 10. ep. 97.
& seq.
in Messenicas
p. 283.

in Severo .

Lib. 26.

i. contra Rul-
lum .

in Achaicis .

cap. i. de im-
mun. eccles. in
6.1

c. fin. de alien.
judic. mut.
caus.

Ep. 132.

Lib. 2. de gest.
Frid. c. 5.

Lib. 1. de gest.
Frid. c. 41.

Majori &
Burgen. de
Rupella re-
scrispit Ho-
nor. 3. in c. ex
parte, de con-
fuetud.

*peratori coram communi sua civitatis: si autem legatus a domino Imperatore de-
stinarus fuerit in Italiā, eadem. coram ipso, & per ipsum fiant. Quin &
Duces, & Comites, ut regalibus inhiarunt, etiam concessionem hujusmodi ju-
ris communiae usurparunt. Hoc jus primum a Guillelmo Comite Pictaviensi
obtinuerunt Rupellani: a Ludovico juniore ratum habuere, quo nimium tume-
fcentibus animis, merito nuper a Ludovico Justo multati sunt, in poenam inoli-
tae protertiae, & nefariae defectionis.*

C A P U T V.

Jus cudendæ monetæ.

I.8. & 9. ff. ad
I. Cornel. de
fals. I.2. C.de
fals. monet.
Paul. 5. sent.
tit. 25.
in Diadume-
no.
I.1.C. de vet.
num. potest.
in Justiniano
Rhinotmete.
id.Cedren. p.
365. Paul.
Diac. lib.19.

in Isaac.
Comm.

Lib.3.de bello
Gothic.

6. var. 7.
7. var. 32.

LEGE Cornelia nummaria, & Constantini edicto ad solum Romanum Princi-
cipem spectavit jus cudendæ monetæ: ex quo Imperatori soleme fuit im-
perii cunabula novi nummi fabrica instituere, velut justi principatus insigni;
Lampridius: *Statim apud Antiochiam moneta Antonini Diadumeni nomine per-
cussa est, Macrini usque ad jussum senatus dilata est.* Immo aureum nummum
ab alio, quam Romanorum Imperatore, feriri, & alia quam Cæsaris imagine
signari nefas fuit: feedus cum Arabibus solvit Justinianus II. quod annum ve-
tigal offerrent, nummo aureo non Romani Principis vultu, sed alieno chara-
ctere signato; Zonaras: καὶ τὰς πρὸς τὰς Αὐτοβάσις συνθήκας παρέλυσεν, αἰτίαν
εἰληφὼς, διπ ταλὲν τῷ ἐποιεῖ φόρο χάραγμα & Ρωμαιῶν ἔχε σφράγισμα, αλ-
λα νέον Αὐτοβίον, καὶ εὐρὺ ἔξην ἐν χρυσῷ νομισματι χαρακτῆρα. ἐντυπεῖσσοι, ή τῷ
τῷ Βασιλέως Ρωμαῖον: *Etiam Arabicum fœdus rupit, causa ex eo sumpta, quod
annui tributi moneta, non Romanum signum, sed novum Arabicum haberet;* neque vero aureo nummo aliam imaginem, nisi Romani Imperatoris insculpi fas
erat. Nummo imaginem suam impressit Isaacius Comnenus præferentem gla-
dium strictum ad dextram, maligna interpretatione, eum non Deo, sed gladio
acceptum tulisse Imperium; Zonaras: ὁ δὲ Κομνηνὸς τῇ Βασιλείᾳ εγκαταστά-
ἴαντῳ τὴν σάνσις συντυχίαν, καὶ & τῷ Θεῷ ἐπεράστατο, καὶ τῷ δῆμῳ ὅπι τῷ
νομισματι ξιφίῃ ἐνώπιον ἐνεχάραξε: *At Comnenus firmato Imperio adeptiōnē ejus
non Deo, sed sibi ascripsisse ex eo appetet, quod in nummis suam imaginem stri-
cto ense insculpendam curavit.* Primi Francorum Reges Galliæ rerum potiti,
aureum nummum adhibita sua imagine conflatunt. Persarum autem Regibus,
& aliorum barbarorum argenteis tantum non aureis nummis vultus fuos inscul-
pere religio fuit, Romani veneratione Imperii; Procopius: Φράγγοι νόμισμα δὲ
χρυσῆν ἐν τῷ ἐν Γάλλοις μετάλλων πεποιηνται, & τῷ Ρωμαίων αὐτοκράτορῷ ὑπερ
αἴδεισι χαρακτῆρα ἐνθέμενοι τῷ σατῆρι πέτρῳ, ἀλλὰ τὸν δὲ σφετέραν αὐτῶν εἰκόνα
καὶ τὸν νόμισμα μὲν ἀργυρῷν ὁ Περσῶν Βασιλές ἡ βέλοιτο ποιεῖ ἕως, χαρα-
κτῆρα δὲ οἱ ιδιοὶ ἐμβαλέδαι σατῆρι χρυσῷ, ἐπει τὸν αὐτῶν ὄρχονται δέμιοι ἐπει δὲ
ἀλλοι ὄντες οὐτενάν Βασιλέα τὸν πάντων Βαρβάρων, καὶ ταῦτα μᾶλλον δύναται χρυσὸς κύριος.
Aureum nummum nativo Galliarum metallo hi cudunt, non Romani Imperatoris,
ut ceteri solent imagine, sed sua impressa: Persarum si quidem Rex, et si argen-
teum numisma ad arbitrium facit, aureo tamen non illi fas est suam ut imponat
effigiem, nec barbarorum Princeps alius quisquam id facere ausit, et si auri do-
minus. Imperatorum æmulatione & Gothi Reges subseffores Italix, omnis gen-
eris nummos sua imagine distinxerunt; Theodoricus apud Cassiodorum, Co-
miti sacrarum largitionum: *Verum hanc liberalitatem nostram alio decoras obse-
quio, ut figura vultus nostri metallis usualibus imprimatur, &c.* Et alio loco:
*Omnino monetæ debet integritas queri, ubi & vultus noster imprimitur, quid-
nam erit tutum, si in nostra peccetur effigie? sit mundum quod ad formam no-
stre*

stra serenitatis adducitur, &c. Cautiores Principes majestatis acerrimi vindices
 vix cuiquam magnatum jus monetæ communicarunt. Ariandem Ægypti præfe-
 ctum capitali supplicio sustulit Darius Rex Persarum, quod in Ægypto num-
 munum Ariandinum de suo nomine percutere non dubitasset; auctore Herodoto. Lib. 4.
 Perennis Commodo in deliciis habitus, capite poenas luit, quod nummi ejus
 imagine signati Imperatori a nonnullis militibus exhibiti essent, ut refert Hero-
 dianus: nec tacenda hoc loco lex Hungarica, ne cuiquam præter Regem mo-
 netæ & vestigalis jus suppetat; Otto Frisingensis: *Hinc est, ut cum predictum*
regnum per LXX. vel amplius divisum sit comitatus, de omni justicia ad si-
scum regium dux lucri partes cedant, tertia tantum Comiti remaneat, nullusque
in tam spacio ambitu, Rege excepto, monetam vel telonium habeat. Remissio-
 res tamen non desunt Principes, qui conjunctas, vel illustres personas hujusmo-
 di summi fastigii decore cohonestarunt. Gelonis Siculorum Regis permisso ejus
 uxor Damareta nummum Damaretiū a se denominatum cudit: *νομίσμα*, in-
 quid Diodorus Siculus, *ἰξένος τὸ κλυδεῖ ἀπ' ἵνειν Δαμάρετον.* Helena pa- Lib. 11.
 renti Augusta honores tribuit Constantinus, & nummos ejus iconē insignivit: Lib. 3. de vit.
Χρυσοῖς τε νομίσμασι, τῷ δὲ ἀντὶ ἐντυπεῖσαι εἰνόντα, ait Eusebius. Impenso stu- Constant.c.47.
 dio Justinianus, ut Bellisarii merita in se & re publicam commendaret, & la-
 borum socium testificaretur, una in parte numimi se ipsum, in altera Bellisa-
 riū armatum expressit, cum hac inscriptione: *Bellisarius gloria Romanorum*,
 ut scribunt Zonaras, & Cedrenus. Alio consilio Severus Albinum perquelli-
 nis sibi suspectum, ut honoris specie infascet, & incautum oppimeret, nummos
 ejus imagine insignes cudi curavit, referente Herodiano. Francorum Reges flo- Lib. 2.
 renti re publicæ statu, haud quemquam monetæ consortem asciverunt, adeoque
 corona inavulsum hoc jus tuiti, ut vetererit Carolus M. monetam, sive offici-
 nam monetæ ullo alio loco esse, nisi in palatio; qua de re exstat ejus capitulare: *Volumus, ut in nullo alio loco moneta sit, nisi in palatio nostro, nisi forte* Lib. 3. c.13.
iterum a nobis aliter fuerit ordinatum. Et secuti Reges monetam esse volue-
 runt in palatio, & aliis certis locis dumtaxat; capitulum Caroli Calvi: *Sequen-* tit.31. c.12.
tes consuetudinem predecessorum nostrorum, sicut in illorum capitulis inventur,
constituimus, ut in nullo loco alio in omni regno nostro moneta fiat, nisi in pa-
lacio nostro, & in Quentovico, ac Rotomago, que moneta ad Quentovicum ex
antiqua consuetudine pertinet, & in Rhemis, & in Senonis, & in Parisio, &
in Aurelianis, & in Cavillono, & in Metullo, & in Narbona. Cadente Ca-
 rolinæ proli imperio cudentæ monetæ jus adepti sunt nonnulli Episcopi & Co-
 mites vel ex privilegio Regum, vel consuetudine, & usurpatione. Artoldo E-
 piscopo, & ecclesiæ Rhemensi una comitatum Rhemensem, & jus perpetuum
 cudentæ monetæ concessit Ludovicus Transmarinus; Flodoardus: *Post hac Rex* Lib. 4. histor.
Ludovicus dedit Artoldo Episcopo, ac per eum ecclesia Rhemensi per preceptionis Rhem. c. 27.
regiae paginam Rhemensis urbis monetam jure perpetuo possidendam; sed & om-
nem comitatum Rhemensem eidem contulit ecclesia. Jus nummi cudenti habue-
 re etiam Episcopi Meldensis, Ebredunensis, Cadurcensis (cujus asses saepius vi- In chronic.
 dimus) Agathensis & Magalonensis, qui eo nomine expostulante D. Ludovico
 coercitus ab Clemente IV. summo Pontifice, quod Melgorenses alienum mo- ad ann.840.
 netæ genus cuderet: qua de re exstat Pontificis epistola ad Magalonensem Epi- Ep. Clement.
 scopum, in codice ejus epistolarum nondum edito, cuius verba adscribere hic 252.
 non piget: *Sane de moneta Melgorense, quam in tua diocesi facias cudi, mira-*
mur plurimum cuius hoc agis consilio, non quod injuriam facias Regi Francie,
si in feudis non fabricatur ipsius, sed Regis glorie, extra cuius dominium nec
hoc potes, nec aliud operari: quis enim Catholicus monetam debet cedere cum
titulo Machometi? quis etiam licete esse potest aliena monetæ percussor; cum enim
nulli liceat eam cedere, nisi cui vel summi Ponificis, vel Principis auctoritate
conceditur, quoniam nullus unquam sic effuse concessit, ut omnis generis monetan-

faceret: data auctoritas ad rem certam, quoniam pacto ad aliam extenderetur? Si consuetudinem forsan alleges in alterato negotio, te & predecessores tuos accusas potius, quam excuses: cum perversa consuetudines dici debeant corruptelas. Quod si consuetudine & jure cessantibus lucro inhias, videre licet quantum debeat excellentia pontificalis honorem, negotiationem hujusmodi exercere, quam in inferioris gradus clericis reprobamus. Certe si venerabilem fratrem nostrum Agathensem Episcopum in hac parte inquireres, audires utique ab eodem quantum ei haec dissuasimus ad opus simile provocato cum essemus in statu alio constituti. Hinc est quod fraternitati tue per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus si in Regis feudis haec facias, pareas prohibenti; & si alibi, nihilominus omnino desistas, &c. Jus flandæ monetæ in castro Bellicadri habuit Archiepiscopus Arelatensis, quo simul cum castro cessit Michael Episcopus anno MCCXIIII. in Simonem Comitem Montisfortis ex veteri charta, cuius exemplum apud nos est. Immo & jam a primæ dynastia temporibus jus monetæ tributum abbati, & monasterio Wisimburgensi dioecesis Spirensis, præcepto Dagoberti Regis, ejusdem conditoris; vetus diploma Dagoberti apud Trithemium. Ad haec monetam in se habentem imaginem, & litteras, expressamque similitudinem Nemetensis monetæ eidem loco concedimus. Eodem jure usi leguntur plures Galliarum Duces, & Comites regalibus avide inhiantes: eo gloriabantur Comites Pictavienses; unde frequens fuit usus solidorum Pictaviensium; Goffridus Vindocinensis ad Gerardum Engolismensem: Abbati Angeriacensi, ut dicitur, promisisti, quod si trecentos solidos Pictaviensium masculorum nobis daret, Rainaldum Chesnelli deponereris. Gesta Ademari Episcopi Engolismensis, ex Sirmondo hic: Cum Episcopus a proposito mille solidos Pictaviensium pro accipitamento exigeret, & ipse reddere non posset, Iterius Episcopo mille dedit. Præter haec Rainardus de Agiles: Erat moneta nostra haec, Pictavini, Cartenses, Mansei, Lucenses, Valentinienses, Mergorensi, & duo Pogesii pro uno istorum. Et Innocentius III. Pontifex: Ad judicium autem hujus a Romana ecclesia libertatis percepta, quinque solidos Pictaviensis monetæ nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Ex auro purissimo nummos cudit Joannes Dux Bituricensis, præcepto Caroli V. Ex avita consuetudine monetæ jus usurpavit Dux Britonum: sed haec omnia jura una manu expunxit Franciscus I. In Anglia æque sub Rege Stephano, languente regni statu multi insurrexerunt Episcopi, & Comites, castra excitarunt, monetæ jus affectarunt, sed rerum potiente Henrico II. posito supercilio illico abstinuerunt; Rogerus Hovedenus: Henricus, inquit, Dux Normannorum venit in Angliam cum magno exercitu & redita sunt ei castella multa, & munitiones quamplures, & fecit monetam novam, quam vocabant monetam Ducis; & non tantum ipse, sed omnes potentes tam Episcopi, quam Comites & Barones suam faciebant monetam: sed ex quo Dux ille venit, plurimorum monetam cassavit. In Germania & Italia similiter multi Episcopi & Comites monetæ privilegio vel consuetudine privatos excesserunt. Jus monetæ, & telonii assicutus est Episcopus Cameracensis, diplomate Othonis Imperatoris, cuius verba haec sunt apud Baldricum Cameracensem: Insuper nostra largitione concedimus præfato Episcopo & successoribus ejus omne teloneum cum moneta civitatis sua Cameracensis, eo videlicet tenore, ut novem partes Episcoporum usibus deparentur; decima vero pars ad usum fratrum ejusdem congregationalis perpetualiter in eleemosyna nostra proficiat. Labente Imperio, Episcopi, & Comites Italiae passim monetam & alia regalia rapuere, sed ea Friderico I. restituere, ut supra observatum. Spinulae Genuensi, & Marchioni Montisferrati jus monetæ concessit Henricus Luceburgensis; Conradus Vecerius: Quippe Spinulae, Marchionique Montisferrati cum alia dignationum genera, tum jus monetæ cundenda tribuit. Porro soli Principi monetæ legem minuere, vel augere licet, ut volunt nostri: Episcopi tamen, & Comites aliquando eadem ju-

in annalib.

Lib. i. ep. 21.

in histor. Hierosol. p. 165.
Regist. 15. ep. 32.

Bodin. lib. i. de rep. c. 10.

in Steph. A. C. 1149.
Gu. Neubrig. lib. i. c. 22.

Lib. i. c. 76.

in v't. Henri ci 7.

ra
ducere. Ad haec monetam in se habentem imaginem, & litteras, expressamque similitudinem Nemetensis monetæ eidem loco concedimus. Eodem jure usi leguntur plures Galliarum Duces, & Comites regalibus avide inhiantes: eo gloriabantur Comites Pictavienses; unde frequens fuit usus solidorum Pictaviensium; Goffridus Vindocinensis ad Gerardum Engolismensem: Abbati Angeriacensi, ut dicitur, promisisti, quod si trecentos solidos Pictaviensium masculorum nobis daret, Rainaldum Chesnelli deponereris. Gesta Ademari Episcopi Engolismensis, ex Sirmondo hic: Cum Episcopus a proposito mille solidos Pictaviensium pro accipitamento exigeret, & ipse reddere non posset, Iterius Episcopo mille dedit. Præter haec Rainardus de Agiles: Erat moneta nostra haec, Pictavini, Cartenses, Mansei, Lucenses, Valentinienses, Mergorensi, & duo Pogesii pro uno istorum. Et Innocentius III. Pontifex: Ad judicium autem hujus a Romana ecclesia libertatis percepta, quinque solidos Pictaviensis monetæ nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Ex auro purissimo nummos cudit Joannes Dux Bituricensis, præcepto Caroli V. Ex avita consuetudine monetæ jus usurpavit Dux Britonum: sed haec omnia jura una manu expunxit Franciscus I. In Anglia æque sub Rege Stephano, languente regni statu multi insurrexerunt Episcopi, & Comites, castra excitarunt, monetæ jus affectarunt, sed rerum potiente Henrico II. posito supercilio illico abstinuerunt; Rogerus Hovedenus: Henricus, inquit, Dux Normannorum venit in Angliam cum magno exercitu & redita sunt ei castella multa, & munitiones quamplures, & fecit monetam novam, quam vocabant monetam Ducis; & non tantum ipse, sed omnes potentes tam Episcopi, quam Comites & Barones suam faciebant monetam: sed ex quo Dux ille venit, plurimorum monetam cassavit. In Germania & Italia similiter multi Episcopi & Comites monetæ privilegio vel consuetudine privatos excesserunt. Jus monetæ, & telonii assicutus est Episcopus Cameracensis, diplomate Othonis Imperatoris, cuius verba haec sunt apud Baldricum Cameracensem: Insuper nostra largitione concedimus præfato Episcopo & successoribus ejus omne teloneum cum moneta civitatis sua Cameracensis, eo videlicet tenore, ut novem partes Episcoporum usibus deparentur; decima vero pars ad usum fratrum ejusdem congregationalis perpetualiter in eleemosyna nostra proficiat. Labente Imperio, Episcopi, & Comites Italiae passim monetam & alia regalia rapuere, sed ea Friderico I. restituere, ut supra observatum. Spinulae Genuensi, & Marchioni Montisferrati jus monetæ concessit Henricus Luceburgensis; Conradus Vecerius: Quippe Spinulae, Marchionique Montisferrati cum alia dignationum genera, tum jus monetæ cundenda tribuit. Porro soli Principi monetæ legem minuere, vel augere licet, ut volunt nostri: Episcopi tamen, & Comites aliquando eadem ju-

ra tentarunt: monetam vitianti Lausaniensi Episcopo intercesserunt canonici, & is velut moneta dominus, se suo jure usum contendit apud Innocentium III. Lib. I. ep. 178. cuius verba hic attexo: *Cumque prefati canonici super moneta diminutione & exactione novi pedagii memoratum Episcopum convenienter, & peterent, quod ab arbitris praeceptum fuerat observari; respondit Episcopus memoratus, quod moneta erat procul dubio diminuta, nec licuit arbitrari super hoc aliquid arbitrari, cum tanquam domino moneta licitum ei sit eam pro suo beneplacito minuere & au-* gere.

C A P U T VI.

Jus remissionis criminum.

REGLA inter jura præstat abolitio, gratia, & remissio criminum, solique Principi delicta indulgere, & reos poena levare integrum est: nec solum leges Romanæ, sed etiam sacra, Regibus tanquam vicariis numinis potestatibus veniam criminum impensa religione adscribunt; Themistius ad Theodosium: μόνος Θεός τε Βασιλεὺς ἐν ἔξοδοις εἰς τὸ ζῶντα ἐπιδημεύει. Unius in Dei, Principisque potestate est vitam alteri concedere. Adeout quibus Rex crimen remiserit, ex-communicationis noxam eo nomine commissam exemptam voluerit ecclesia. Insignis in hanc sententiam can. 3. concilii Toletani XII. quem Ivo Carnotensis non uno loco laudat ex lege Francica: *Et ideo quia remissio talium, qui contra Regem, gentem, vel patriam agunt, per definitiones canonum antiquorum in potestate solum regia ponitur, cui & peccasse noscuntur, ab eis nulla se deinceps sacerdotum absolvebit communio; sed quos regia potestas aut in gratiam benignitatis receperit, aut participes mensa sua efficerit, hos etiam sacerdotum & populorum conventus suscipere in ecclesiasticam communionem debebit.* Inde est quod mota quæstione in concilio Cabillonensi II. cuinam persolvenda esset poena patrati in Episcopum seu presbyterum homicidii, patres concilii rem ad Principem rejecere, tanquam supremum arbitrum penæ, & veniae criminum: *De Episcopis vero (hæc sunt verba canonis) presbyteris, & diaconibus, & monachis* Can. 24. *intersectis, quarendum a domino Imperatore est, cui illius homicidii premium exsolendum sit.* Regiae quinimmo potestati subjecti sunt etiam dynasta & Principes regni, nullo a privatis discriminé. Idem in Deos ac in mortales fulmen distingit Jupiter; scite Virgilius:

--- o qui res hominumque, Deumque
Æternis regis imperiis, & fulmine terres.

Et Servius ibi: *Volunt quidam superfluo, inquit, regis, ad Deos referri; terres, ad homines, nescientes majoris esse potestatis idem posse circa Deos, quod circa homines.* Capitali igitur noxa commissa, etiam Principes regni restitui non valent, sine indulgentia Principis, & ita Carolus Rex Navarræ ob necem Caroli Hispani militiæ Gallicæ præfecti, supplex humique pro voluntus veniam exoravit a Carolo V. pro tribunali in solemni corona parium & senatorum sedente, ut refert Frossardus: & pari prostratione Dux Burgundiæ, Aurelianensis cædem piavit apud Carolum VI. narrante Monstreletio. Indulgentia criminum fit ex placito Principis, varias ob causas, ut ob diem insignem aut publicam gratulationem, vel ob rem prospere gestam, vel ob lætitiam aliquam, vel honorem domus divinae, idest augustæ. Ob honorem Principis, puta ob solemnum augurationem, seu pro jucundo adventu, ut loquuntur. Sic in gratiam Tom. V.

I.I.C.de sent.
pass.& rest. I.
rescripta,C.de
precib. imp.
offer.
orat. 5.
ep.62.& 171.
in decret. p.
16. c. 344.

I. Eneid.
Can. 24.

vol. I. c. 154.
vol. I. c. 48.
1.8.9.12. ff.ad
SC.Turpill.

coronationis Ludovici IX. Francorum Regis, ut solverentur omnes custodiae, & præ ceteris Ferrandus Comes Flandrensis, & Reginaldus Bononiensis petitum est; Matthæus Paris. *Defuncto itaque Francorum Rege Ludovico, Regina ejus Blanca*

A. C. 1226. *ca fecit convocare generaliter Archiepiscopos, Episcopos, & alios ecclesiistarum prelatos, cum magnatibus ad coronam spectantibus, ut venirent ad coronationem Ludovici, filii sui & Regis defuncti, Parisios pridie kalendas decembres: sed pars maxima optimatum ante diem prefixum petierunt de consuetudine Gallicana omnes incarceratedos, & præcipue Comitem Flandrensem Ferrandum, & Bononiensem Reginaldum a carceribus liberari, &c. Ob publicam gratulationem, forte ob natalem filiorum Principis; ut Constantino agnatis Crispo & Helena, concessa generalis indulgentia criminum, exceptis atrocioribus; Constantinus ad Maximum PP. Propter Crispī atque Helene partum omnibus indulgemus: præter veneficos, homicidas, adulteros. In Gallia Chilperici præcepto, ob accessionem filii, nomine Clotharii, carceribus soluti rei, & remissa reliqua tributorum; Gregorius Turonensis: *Dehinc Chilperico Regi post multa funera filiorum, filius nascitur: ex hoc jubet Rex omnes custodias relaxari, vincitos absolvi, compositionesque negligentium fisco debitas præcepit omnino non exigi. Nec solum ortu Principis redempti noxiæ, sed etiam servi; inde concepta apud Marculfum formula: Ut pro natali Regis, idest Regis filii in unoquoque prædio fisci tres servi utriusque sexus manumittantur.**

Marculf. lib. I. form. c. 39. *Vario dignationis genere celebratus ubique gentium natalis Principum. Nato Sesostrī, pater ejus omnes eo die natos ex tota Ægypto colligit & una eademque forma educari curavit, sibi persuasum habens sic educatos Principi amicos & commilitones optimos evasuros, ut refert Diodorus Siculus. His diebus, clarissimis Galliæ exortis syderibus, nobilissimos dico Principes inter arma & triumphos parentis natos, plurimos noxæ exemptos vidimus: sed heu! plebis solatium, levationem scilicet tributorum, invidit bellorum necessitas, & dignum Regis indole consilium edomanda ambitionis Hispanicæ, quæ totius Europæ dominatum animo præceperat, nuncque ad Tetrarchiam fere-redacta exterrit spirat. Natali filiorum Principum condonata infelicitum reorum anima; sed & aliquando eorum tumulus paris gratiæ decore consecratus: filiam defunctam hoc honore prosequutus Theophilus Imperator, ut flagitiosis quibuscumque sepulcrum ejus asylum esse voluerit; auctore Cedreno. Solemnis etiam indulgentia criminum ob solemnum ingressum Principis in civitatem. Augusto hic honos delatus, ne dies ejus in urbem redditus cuiusquam suppicio fœderetur; Suetonius: *Observatum etiam est, ne quoties introiret urbem supplicium de quoquam sumeretur.**

A. C. 419. *A Clodoveo insigne privilegium emeruit Remigius, ut quoties Reges Rhemensem urbem accederent aut prætergredierentur, rei omnes vinculis solverentur, ut narrat auctor vita Leonardi utriusque synchroni apud Surium. Fuit etiam remissio criminum ob rem prospere gestam: puta capta a Romanis Acradina arce Syracusana, servi manumissi, & rei carceribus soluti; Livius: *Acradina capita, servi ad pileum vocati, & carcere vinciti emissi.* Et multis post sæculis, sublatis tyrannis, reis patuerunt carceres, Honorii, & Theodosii munere; Honorius & Theodosius Imp. Liberata republica tyrannidis iniuria, omnium reos relaxari præcipimus. Uso recepta & abolitio criminum ob religionem: puta piationem irati numinis etiam Ethnicis graffante lue; Livius: *Lectisternia tunc primum in urbe Romana facta per dies octo, vincitis quoque dempta in eos dies vincula, religionis fuisse, quibus eam opem detulissent vinciri.**

in August. 57. *Christianis quanto magis ob diem festum Paschatis; Valentianus Imp. Ob diem paschæ (quem intimo corde celebramus) omnibus quos reatus adstringit, carceres inclusit, claustra dissolvimus: adtamen sacrilegus, in majestate reus, in mortuos veneficus, sive maleficus, adulter, raptor, homicida, communione istius muneris separantur. Et hujus legis observationi studiose invigilasse Valentianum,*

tom. 6. nov. 6. *Lib. 24. Suetonius: *Observatum etiam est, ne quoties introiret urbem supplicium de quoquam sumeretur.* A Clodoveo insigne privilegium emeruit Remigius, ut quoties Reges Rhemensem urbem accederent aut prætergredierentur, rei omnes vinculis solverentur, ut narrat auctor vita Leonardi utriusque synchroni apud Surium. Fuit etiam remissio criminum ob rem prospere gestam: puta capta a Romanis Acradina arce Syracusana, servi manumissi, & rei carceribus soluti; Livius: *Acradina capita, servi ad pileum vocati, & carcere vinciti emissi.* Et multis post sæculis, sublatis tyrannis, reis patuerunt carceres, Honorii, & Theodosii munere; Honorius & Theodosius Imp. Liberata republica tyrannidis iniuria, omnium reos relaxari præcipimus. Uso recepta & abolitio criminum ob religionem: puta piationem irati numinis etiam Ethnicis graffante lue; Livius: *Lectisternia tunc primum in urbe Romana facta per dies octo, vincitis quoque dempta in eos dies vincula, religionis fuisse, quibus eam opem detulissent vinciri.**

Lib. 5. *Christianis quanto magis ob diem festum Paschatis; Valentianus Imp. Ob diem paschæ (quem intimo corde celebramus) omnibus quos reatus adstringit, carceres inclusit, claustra dissolvimus: adtamen sacrilegus, in majestate reus, in mortuos veneficus, sive maleficus, adulter, raptor, homicida, communione istius muneris separantur. Et hujus legis observationi studiose invigilasse Valentianum,*

1. fin. C.Th. de indulg. crim. *Lib. 24. Suetonius: *Observatum etiam est, ne quoties introiret urbem supplicium de quoquam sumeretur.* A Clodoveo insigne privilegium emeruit Remigius, ut quoties Reges Rhemensem urbem accederent aut prætergredierentur, rei omnes vinculis solverentur, ut narrat auctor vita Leonardi utriusque synchroni apud Surium. Fuit etiam remissio criminum ob rem prospere gestam: puta capta a Romanis Acradina arce Syracusana, servi manumissi, & rei carceribus soluti; Livius: *Acradina capita, servi ad pileum vocati, & carcere vinciti emissi.* Et multis post sæculis, sublatis tyrannis, reis patuerunt carceres, Honorii, & Theodosii munere; Honorius & Theodosius Imp. Liberata republica tyrannidis iniuria, omnium reos relaxari præcipimus. Uso recepta & abolitio criminum ob religionem: puta piationem irati numinis etiam Ethnicis graffante lue; Livius: *Lectisternia tunc primum in urbe Romana facta per dies octo, vincitis quoque dempta in eos dies vincula, religionis fuisse, quibus eam opem detulissent vinciri.**

1.3. C.Th. de indulg. crim. *Lib. 5.* *Christianis quanto magis ob diem festum Paschatis; Valentianus Imp. Ob diem paschæ (quem intimo corde celebramus) omnibus quos reatus adstringit, carceres inclusit, claustra dissolvimus: adtamen sacrilegus, in majestate reus, in mortuos veneficus, sive maleficus, adulter, raptor, homicida, communione istius muneris separantur. Et hujus legis observationi studiose invigilasse Valentianum,*

1.3. C.Just.de ep. aud. *Lib. 24. Suetonius: *Observatum etiam est, ne quoties introiret urbem supplicium de quoquam sumeretur.* A Clodoveo insigne privilegium emeruit Remigius, ut quoties Reges Rhemensem urbem accederent aut prætergredierentur, rei omnes vinculis solverentur, ut narrat auctor vita Leonardi utriusque synchroni apud Surium. Fuit etiam remissio criminum ob rem prospere gestam: puta capta a Romanis Acradina arce Syracusana, servi manumissi, & rei carceribus soluti; Livius: *Acradina capita, servi ad pileum vocati, & carcere vinciti emissi.* Et multis post sæculis, sublatis tyrannis, reis patuerunt carceres, Honorii, & Theodosii munere; Honorius & Theodosius Imp. Liberata republica tyrannidis iniuria, omnium reos relaxari præcipimus. Uso recepta & abolitio criminum ob religionem: puta piationem irati numinis etiam Ethnicis graffante lue; Livius: *Lectisternia tunc primum in urbe Romana facta per dies octo, vincitis quoque dempta in eos dies vincula, religionis fuisse, quibus eam opem detulissent vinciri.**

in orat.funebr. Valent. *Lib. 5.* *Christianis quanto magis ob diem festum Paschatis; Valentianus Imp. Ob diem paschæ (quem intimo corde celebramus) omnibus quos reatus adstringit, carceres inclusit, claustra dissolvimus: adtamen sacrilegus, in majestate reus, in mortuos veneficus, sive maleficus, adulter, raptor, homicida, communione istius muneris separantur. Et hujus legis observationi studiose invigilasse Valentianum,*

bili

Bili ortos genere, & locupleti prosapia accusator urgeret, prefectus infisteret, respondit, nihil cruentum sanctis praesertim diebus statueretur. Contra Justinæ Valentiniæ junioris matri gravis aspersa labes, quod Ambrosio, & piis civibus certantibus de non tradendis Arianis Basilicis, multi circa dies paschatis in carcerem compacti sint; Ambrosius ad Marcellinam: *Condemnationes illico gravissimæ decernuntur; primo in corpus omne mercatorum.* Itaque sanctis diebus hebdomadis ultimæ, quibus solebant debitorum laxari vincula, stridunt catene, imponuntur collo innocentium. Hanc legem indulgentiae obviis manibus amplexa Gallia: hinc recrudescit Antestii Ducus facinus, quod diebus paschatis Palladius Santonum Episcopus ab eo in carcerem raptus sit, nihil animum emollientibus civibus: *Tenetur in via Episcopus* (inquit Gregorius Turonensis) *domus ecclesiæ describitur, resque diripiuntur, cives cum homine obtinere non queunt, ut saltem vel celebrata solemnitate paschali discutiatur.* Hac religione sacerduli non tulit Pictaviensis Episcopus abbatissam monasterii sanctæ Crucis per dies paschæ a Chrodielde detineri in carcere; Gregorius Turonensis: *Hæc autem, inquit, gesta sunt ante septem dies paschæ; cumque Episcopus hæc omnia graviter ferret, nec valeret seditionem diabolicam mitigare, misit ad Chrodieldem dicens; relinque abbatissam, ut in his diebus in hoc carcere non retineatur, alioqui non celebrabo pascha Domini, neque baptismum in hac urbe ullus cathecumenus obtinebit, nisi abbatissa a vinculo quo tenetur jubeatur absolvi.* Non alieno pietatis spiritu Edbrithus Rex Cantuariensium bello captus a Kenulpho Rege Merciorum libertati redditus ob diem festum τῶν ἔργων ecclesiæ a se constructæ; Beda Continuator: *Contra Cantuaritas successivum ab Offa suscipiens odium, regionem illam valide affixit, Regemque eorum Edbritum cognomine Pren vinculum adduxit, sed non multo post humana miseratione mollitus solvendum curavit; nam apud Wincelcumbam, ubi ecclesiam, qua adhuc supereft, Deo adificaverat, ipsa dedicationis die Regem captivum manumittens libertate palparavit, memoriale clementia sue spectaculum exhibens.* Ex his abolitionem criminum in Regum potestate esse, satis superque constat: verum etiam in Episcopos & Comites effusam operæ pretium est indigitare. Regno major Clodoveus, qui Episcopos & viros Apostolicos in societatem regni vocavit, & Leonardo hoc potestatis culmen induxit, ut quos inviseret carceratos, eos a vinculis absolvere liceret, ut narrant gesta ejus apud Surium. Non sine miraculo, in funere Divi Germani Parisiensis Episcopi, soluti exsultarunt infelices carcerum inquilini, & funus sancti Pontificis adornarunt; Gregorius Turonensis: *Eo anno & beatus Germanus Parisorum Episcopus transit, in cuius exsequiis multis virtutibus, quas in corpore gesserat, hoc miraculum confirmationem fecit; nam carcerariis adclamantibus, corpus in platea adgravatum est, solutiisque eidem, rursum sine labore levatur; ipsi quoque, qui soluti fuerant, in obsequium funeris ad usque basilicam, in qua sepultus est, liberi pervenerunt.* Quid ecclesia Rhotomagensis? nonne a Da-goberto acceptum asserit asyli privilegium, & jus anniversarium absolvendi rei, etiam capitalis, ob draconem regioni infeltissimum a Romano Archiepiscopo sublatum, adstite reo e vinculis educto? & jus suum auctoritate vetustatis tuetur; tametsi falsa causa nitatur, ut liquido probat Rigaltius, ex fide authentici vitæ Romani, quam edidit, ubi de draconे, aut reo ne verbum quidem. Hoc iure etiamnum utitur Aurelianensis Episcopus, ut rei solvantur in die solemnis in urbem ingressus; Ivo Carnotensis ad Sanctiōnem Aurelianensem Episcopum: *Insinuatum est enim mihi, inquit, per litteras, quod clericum illum, quem in die vestri introitus secundum morem vestræ civitatis nostra exhortatione de carcere liberasti, iterum carcerali custodiæ crudeliter mancipasti.* In electione Anselmi Cantuariensis Archiepiscopi solutos vinculis nexos gratulatur Osbernus Beccensis monachus, in epistola ad eundem Anselmum: *Quid inquam vel ad divinas laudes magnificentius, vel ad humana spectacula gaudentius, quam quod in tua*

Ep. 33.

Lib. 8. histor.
cap. 43.

Lib. 10. c. 15.

Lib. 1. hist.
eccles. c. 16.in vit. S. Leonard. tom. 6.
nov. 6.
Lib. 5. histor.
c. 8.ep. 53. V. I. ad-
dictos, C. de
episc. aud. &
Quintil. lib. 5.
instit. orat.

c. 10.

apud Ansel-
mum lib. 3.
ep. 2.

electione, exclusis omnibus transactæ tempestatis afflictionibus, omnia ad propriæ juris possessionem veluti jubilao termino concurrerunt, dum vindicti ad expeditionem, carcerati ad lucem, captivi ad libertatem, oppressi dirissimis exactorum furoribus redierint ad erectionem? Immo & Archiepiscopus Ebredunensis indulgentias redecis. r. part. qu. 234.
 Hist. Dion. lib. 1. c. 57. in instit. jur. Lib. 5. histor. Brit. cap. 17. in histor. Ni-
 vern. sibi vindicabat in temporalis ditionis finibus, ut scribit Franciscus Marcus. Dagoberto acceptum tulit abbas S. Dionysii privilegium noxas capitales remittendi in jurisdictionis sua limite, ex chronico Dionysiano. Hoc jure etiam usus est Comes Campaniensis, ut veniam criminum suis ficeret; verum quia magistratus regii agre instituta cognitione criminis abstinebant, subsidiaria a Rege gratia impetrari solebat, ut observavit Guido Coquille. Inter cetera regalia, abolitionum jus effictum tuebatur Dux Britonum: hujuscce rei luculentum testimonium edidit Petrus cognomine Mauclerc, quod inita cum D. Ludovico pactione anno MCCXXXI. regiam in fidem se dedit, recepto tamen jure abolitionis criminum, & restitutionis damnatorum, ut liquet ex Argentrao. His accensetur & Comes Niverneensis quem criminum gratiam ex more fecisse, testis est Guido Coquille supra laudatus. Denique nimium regni majestatem hujusmodi Comitum & procerum licentia deturpavit, donec editio Ludovici XII. pessundata, & abolitionum arbitrium in unum Regem confluxit.

C A P U T VII.

Jus peregrinos, seu advenas civitate domandi. Jus Albinagii, idest successionis peregrinorum. Peregrini in Gallia incapaces officiorum, & sacerdotiorum. Reservationes beneficiorum explose.

Suidas in verbo μετοικοί. Leptin. **P**EREGRINOS, & alienigenas Graeci μετοίκες appellantur, ex quo ortum μετοίκιον, idest vectigal annum, quod ab his penitabatur pro incolatu; Demosthenes: ἀλλὰ μὴν γεραπτά τε ἀτελεῖς αὐτοῖς εἴναι. τίθεται; οὐδὲ μετοίκοι; Et tamen scriptum est immunes eos: cuius igitur rei? num metoikii quod inquilini solvunt? Latini advenas, posterior atas etiam advenas, vel adventitios vocitavit. Idiotismus Albaines, Aubains, deducto scilicet nomine ex voce Latina adde judic. l. p. illus, ff. de verb. fig. in Glossario, idest Scotis, quod peregrinationibus valde dediti essent. Scio Scotos Albianos in capitul. Carol. M. quandoque dictos, quod Albionem insulam, idest Britanniam occuparint, sed ex eo non moveor, ut Albanorum nomen inde accommodatum sit peregrinis in Gallia, hic enim non alio, quam Scotorum nomine celebratos invenies: ut apud Hieronymum: Quid loquar de ceteris nationibus, cum ipse adolescentulus in Gallia viderim Scottos gentem Britannicam humanis vesci carnibus? Et in concilio Meldensi hospitalia Scotorum. Et in capitularibus Ludovici P. Sunt in quibusdam lecis Scotti, qui se dicunt Episcopos esse. Verius fuerit vocem Gallicam, Aubains, semel ortam ex Latino advena, imperitia avi in pejus ruente, Latine redditam Albanos ob soni concentum. Quod si altiori investigationi hujuscce nominis operam dare juvaret, Albanos potius dictos videretur, quasi Albatos, quod usum togæ albæ, quæ erat insigne civis Romani, & hominis liberis ambirent; Tertullianus: Atqui vestis alba nitore, & aurei anuli honore, & patroni nomine & tribu, mensaque honoratur. Nec est quod rideas alienam a Gallis nostris conjecturam; nam & inclinante Imperio togam albam jure Quiritum retinebant; hinc ironice Sidonius Thaumasto: Albat ad exsequias, pullati ad nuptias. Porro stante republica, penes populum Romanum fuit jus

peregrinos civitate donandi. Nec sine lege Cn. Pompejo, magni patri potestas data in cives asciscendi benemeritos de republica; Tullius: *Nascitur judices causa Cornelii ex ea lege quam L. Gellius, Cn. Cornelius ex senatus sententia tulerunt, qua lege videmus satis esse sanctum, uti cives Rom. sint ii quos Cn. Pompejus de consilio sententia sigillatim civitate donaverit.* Mutata republica jus dandæ civitatis beneficij sui fecerunt Julius Cæsar, & eum secuti Principes; de Lib. 13. ep. 36. Julio idem Tullius ad Acilium Procos. Cum Demetrio Mega mibi vetustum hospitium est, familiaritas autem tanta quanta cum Siculo nullo, ei Dolabella rogatu meo civitatem a Cæsare impetravit, qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur: cumque propter quosdam sordidos homines, qui Cæsaris beneficia vendebant, tabulam, in qua nomina civitate donatorum incisa essent, revelli jussisset, eidem Dolabellæ me audiente Cæsar dixit, nihil esse quod de Mega vereretur beneficium suum in eo manere. De Augusto Tranquillus: *Civitatem Romanam parcissime dedit.* in August. Hinc Tiberio laboranti de voce non Latina, quæ sibi in edicto exciderat, & peritos Latinæ linguae consulenti, Atrejo Capitone dicente, tametsi nemo ante ipsum hoc vocabulo usus esset, nunc nihilominus in Tiberii gratiam inter antiqua referendum; libere Marcellus apud Dionem: *σὺ Καῖσαρ ἀνθρώποις μὲν πολιτέαν Παραίων δίνεται δένεται, φίλαρτη δὲ εἰ.* Ho- Lib. 57. Tran- quill. de illu- minibus Cæsarem, inquit, civitatem Romanam dare posse, dictionibus non posse. str. grammatic. Proinde etiam de peregrinitatis reis, idest qui falso se pro civibus Romanis ge- c. 22. rerent, extra ordinem cognovit Claudius, Tranquillo: *Peregrinitatis reum orta in- in Claud. c. 15.* ter advacatos levè contentione togatumne an palliatum dicere causam oportet, quasi equitatem integrum ostentans, mutare habitum saepius, & prout accusare- Lib. 10. ep. 5. & 6. tur, defendeturve jussit. Harpocrati Jatraliptæ suo, homini Ægyptio civita- l. in orbe Rom. ff. de stat. hom. tem Romanam petit Plinius a Trajano: *Quare rogo, inquit, des ei civitatem Romanam; est enim peregrina conditionis manumissus a peregrina.* Constitutio- Nov. 78. c. 1. ne Antonini P. civitatis Romanæ honos vulgatus, ut hac arte vilesceret, & in- genui omnes qui essent in orbe Romano cives Romani facti, atque adeo ma- numissi omnes novella Justiniani; ex quo factum, ut Roma una omnium patria & civitas esset; Rutilius Numatianus:

*Felices etiam qui proxima munera primis
Sortiti Latias obtinuere domos.
Relligiosa patet peregrina curia laudi,
Nec putat externos quos decet esse suos.*

Et scite Sidonius ad Eutropium: *In qua unica, inquit, totius mundi civitate* Lib. 1. ep. 6. *soli barbari & servi peregrinantur.* Hac lege Antoninus jure civitatis Romanae in omnes provinciales effuso, a Græciæ civitatibus gravissimam legem depulit, quæ Græcos civitatis Romanæ compotes adigebat extraneos ex parte, vel fiscum instituere, si eorum liberi Græcorum partibus studebant; Pausanias: *ὅσοις* τὸν ὑπηκόων πολίτεως ὑπῆρχεν ἄνει Ρωμαῖον, οἱ δὲ πάδες ἐπέλευν σφίστιν εἰς τὸ ἔλανικον, τότοις ἐλείπετο εἰπότι νόμοι τὰ χρήματα εἰς τὰ προσήκοντας, η̄ ἐπανέγγουτον τὸν Βασιλέως πλεύτον, πατὰ νόμον δὴ πατα Αὐτοῦ ιπέται οἱ εφῆκε, τούτοις διδόναι σφᾶς πατοὶ τὸν κλήρον. Lex erat, ut socii, qui jure Quiritium donati essent, si eorum liberi cum Græcis censeri mallement, justam bonorum partem alienis relinquerent, nec in Principis fiscum referrent, licere voluit Antoninus ipsis etiam filios heredes facere. Gallia hospitalitatis laude inter ceteras orbis gentes inclinavit, Scotis trādio infelicis soli transnavigantibus patuit: plures his xenones adornavit, & Episcoporum providentia curavit, ut liquet ex concilio Meldensi: Can. 40. cellam sancti Judoci Alcuino tribuit Carolus M. in opem peregrinorum, ex Lupo Ferrariensi: minime tamen peregrini in Gallia jus civitatis adepti sunt si ne præcepto regio, saltem florente Imperio. Caroli M. & Ludovici P. atate, Ep. 11. Hispan-

Hispani Sarracenuim jugo obtriti emigrarunt in Galliam, & novas in Aquitania & Septimania sibi sedes quæsierunt, sed non sine regia concessionis diplomate jus prædia possidendi, & justos heredes habendi eis partum, cuius expertes erant ob vitium peregrinitatis; qua de re exstant duo Ludovici diplomata a Pithœo primum edita; prioris haec sunt verba: *Noverint tamen iidem Hispani, sibi licentiam a nobis esse concessam, ut se in vassaticum Comitibus nostris more solito commendent, & si beneficium aliquod quispiam eorum ab eo cui se commendavit fuerit consequutus, sciat se de illo tale obsequium seniori suo exhibere debere, quale nostros homines de simili beneficio senioribus suis exhibere solent.* Eo pertinet & alterius cautio: *Ceteri vero qui simul cum eis venerunt, & loca deserta occupaverunt, quicquid de incerto excoluerunt, absque ullius inquietudine possideant tam ipsi, quam illorum posteritas; ita dimitaxat, ut servitium nostrum cum illo qui ipsum præceptum accepit pro modo possessionis, quam tenet, facere debat: hi vero qui postea venerunt, et si aut Comitibus, aut vassis nostris aut paribus suis se commendaverunt, & ab eis terras ad habitandum acceperunt, sub tali forma eas in futurum & ipsi possideant, & suæ posteritati derelinquant.*

Lib. 3. cap. 18.

Lib. 4. c.ap-pend. 2.c.2.

I.I. C. de he-red. instit.

Lib. 9. var.ep. 14.

auth. omnes peregrini, C. comm.de success.

Lib. 2. bi-blioth.

A. C. 1245.

De peregrinis sane jamdiu conjugatis non pellendis, capitulare edidit Carolus M. ceterum non eodem jure, quo cives fruebantur; immo ne lapsu temporis ci-vium in numerum irreperent absque auctoritate Principis, cogebantur edere nomina apud missos regales, & in peregrinorum censum referebantur, ex alio capitulo ejusdem Caroli, de adventitiis: *Ut cum missi nostri ad placitum vene-rint, habeant scriptum quanti adventitii sunt in illorum missatio, aut de quo pago sunt, & nomina eorum, & qui sunt eorum seniores.*

Jure civili, peregrini & advena testamenti faciendi vel capiendo ex alieno testamento jus non habuerunt; M. Tullius de Archia poeta: *Iis temporibus, que tu criminari, ne ipsius quidem iudicio eum in ci-vium Romanorum jure esse versatum, & testa-mentum sape fecit nostris legibus, & adiit hereditates ci-vium Romanorum, & in beneficiis ad ararum delatus est a L. Lucullo prætore & consule.* Huic juri congruis Francorum moribus fiscus morientis advenæ bona occupat, nisi in ci-vem cooptatus sit beneficio Principis: melius lex Gothica fiscum abstinuit bonis peregrinorum, nisi absque herede legitimo, vel testamentario deficerent; Theodoricus Gilda Comiti Syracusano apud Cassiodorum: *Quorundam substi-tias mortuorum sine aliqua discretione justitia, fisci nomine, raduci te perhibent titulo vendicare, cum tibi hoc tantum de peregrinis videatur esse commissum, qui-bus nullus heres, aut testamentarius, aut legitimus invenitur.* Quo jure instau-rato constitutione Friderici II. peregrinis & advenis suum heredem ex testamen-to, vel ab intestato omnino habere licuit. His omnibus antiquior apud Indos lex fuit, qua peregrinantes apud eos æquo cum indigenis jure utebantur. Pu-blice constituti erant advenarum præfecti, qui, ne quid injuria paterentur, solici-te providebant; si morbo tentarentur, medicos adhibebant, sumptus & curam impendebant, defunctos sepultura tradebant, & res ab his reliætas cognatis re-stituebant: ἐπ δὲ τὰ καταληφθέντα ἐξε χρήματα τοῖς προσίκουσιν αποδίδοσι, si fides Diodoro Siculo. Romæ honores gerere solis ci-vibus datum: moribus no-stris peregrini a republica arcentur, nec eis patet aditus ad sacerdotia, vel præ-fecturas: ob id, ni fallor, pontificias reservationes beneficiorum amandarunt, quod hoc pacto Pontifices Gallicanis ecclesiæ clericos peregrinos & transalpinos obtruderent; Matthæus Parif. *Eodemque tempore cum vellet dominus Papa (In-nocentius IV.) quibusdam præbendis Lugdunensis ecclesiæ vacantibus, quosdam alienigenas consanguineos, vel affines suos inconsulto capitulo introducere, resti-terunt ei in facie canonici Lugdunenses comminantes, & cum juramento obtestan-tes, quod si tales apud Lugdunum apparerent, non posset eos vel Archiepiscopus, vel canonici protegere, quin in Rhodanum mergerentur.* Hac de cauſa etiam in Clementem VI. graviter comunitus Eduardus III. Rex Anglorum, quod hu-jusmodi

jusmodi provisionum genere, dignitates & ecclesias vacantes Angliae passim con-
ferret alienigenis sibi de fide suspectis, non residentibus, & qui creditorum gre-
gum vultus non agnoscerent, linguam non calarent, & animarum ratione in-
super habita, commodis suis tantum inharent, ex quo jura coronae regiae &
patronatus laici everterentur, ut insinuat expostulatoria ejus epistola ad Pontifi-
cem, quæ exstat apud Thomam Walsingam. Reservationes porro apostolicas, in Eduard.
ut hoc brevi deflexu moneam, etiam ante Alexandrum III. notas fuisse obser-
vo. Præbendam liberam, idest vacantem, si qua esset, vel proxime vacaturam,
pro Guarino clero depoposcisse Innocentium II. ab Attone Trecensium Epi-
scopo, satis significat Petrus Cluniacensis in epistola ad ipsum Attonem: *Pro Lib.2. ep.33.*
Guarino clero monachum nostrum præcurrente, satis sobrium nobis dominus Pa-
pa mandatum imposuit, ut si libera præbenda pateret ei daretur, si non, prima
qua occurreret præberetur, &c. Sane ab Alexandro III. id genus provisionum
valde frequentatum fuisse, satis superque notum est variis ex decretalium locis,
& ex epist. ipsius Alexandri III. ad abbatem, & capitulum S. Remigii Rhei-
mensis, cujus verba attexere non piget: *Pastoralis cura & sollicitudo, quam, li-*
cet immeriti, disponente domino gerimus, nos admonet propensius & hortatur pro
viris ecclesiasticis, & præsertim pro his, qui nullum habent ecclesiasticum benefi-
cium, & sunt bona opinione & fame, sollicitos semper, & studiosos existere, &
ecclesiistarum prelatos, ut eis in competentibus beneficiis provideant, propensius invi-
tare. Hac itaque ratione inducti, &c. Hocque mandati genere usus memora-
tur Alexander III. in præbendas Marsnenes, forte ignorans sancti Remigii mo-
nastry tributas; Petrus Cellensis in epistola ad Albertum cancellarium: *Nu-*
per vero dominus Papa, rem, ut credimus, ignorans, jam secundo scripsit præ-
posito nostro de Marsna, ut daret præbendam cuidam clerico Imperatoris, cum
nec præpositus dare possit, nec sit præbenda quæ dari possit. Jus albanagii, ut
ad nos redeamus, flagrantibus bellis inter Francos & Anglos, odio Anglorum
acerbius a Regibus nostris exercitum, non levi arguento est, quod Anglos et-
iam studiosos per id temporis Gallia pulsos expostulavit Joannes Saesheriensis,
epistola ad Petrum Scriptorem: *Bella & seditiones ubique fervent, Mercuriales* Ep. 211.
adeo depressi sunt, ut Francia omnium mitissima & civilissima nationum, alien-
igenas scholares abegerit. Immo laborante regno in tertiae dynastia cunabulis,
ipsi etiam Duces & Comites peregrinos in cives asciscere, honorum, sacerdo-
tiorum, & hereditatum capiendarum potestatem eis facere non dubitarunt. Ot-
tonem Guillelmum cognomine peregrinum, puta ortu Longobardum, heredem
scripsit ac fortitus est Henricus Dux Burgundia, ferente Roberto Rege, ut scri-
psere Aimoinus, & Glaber Rodulphus. Insignes ducatus & comitatus, dum
Angli tenuere in Gallia, passim suos ad episcopatus provexerunt, reclamante
Ivone Carnotensi, & Petro Cellensi: ac postremum durioribus verbis increpa-
tus Franciscus II. Dux Britonum, quod jure albinatus in suæ regionis finibus
uteretur, & Anglos honoribus & beneficiis ad invidiam cumularet, omissis po-
pularibus. Moribus etiam Galli non potuere postulari in Episcopos in exteris
provinciis, sine assensu Principis, vel domini, idest Ducis, vel Comitis. An-
selmus ex abate Beccensi postulatus in Archiepiscopum Cantuariensem, sed non
sine assensu Roberti Comitis Normanniae, ut docet epistola fratrum Beccen-
sium ad ipsum Anselmum: *Audita concessione domini nostri Normanniae Princi-*
pis, & Archiepiscopi nostri Rothomagensis, quam de vobis ad petitionem Regis
Anglorum, & omnium fere ejusdem gentis Principum fecerunt, ut ad culmen
*scilicet promoveamini archiepiscopatus, pro ea etiam, quæ ad nos de nobis pertine-
bat, & a nobis exspectabatur confessione, omnes in unum congregati sumus.* Cui
adstipulatur & Anselmi epistola: *Deo de me quod vult, ut de creatura sua ve-* Lib.3. ep.8.
lum nolim disponente, & reverendo Principe nostro domino Normannorum Rober-

III.1343.

Lib.2. ep.33.
cum duab.
seqq.ep.43.ex edit.
Sirm. in calce.
ep. P. Cellens.

Lib.8. ep.15.

Ep. 211.

Aimoin.lib.3.
c. 47.
Glaber lib. 3.c. 2.
Epist. 159.
Lib.7. ep.8.apud Ansel.
lib.3. ep.6.

Lib.3. ep.8.

*to concedente, & Archiepistopo nostro Guillelmo pricipiente, & nobis a Deo co-
actis faventibus, a vestra cura sum absolutus & majori involutus.*

C A P U T VIII.

*Jus plebejos nobilitandi. Nobilitas valde spectata in Gallia. Canonici ex
nobilibus. Milites. Scutiferi. Bacularii.*

POTIOR, clariusque apud omnes gentes fuit nobilitas, quæ ex genere duce-
re: ex quo Aristoteli definitur virtus generis: ἐν γένειαν γὰρ ἔστιν ἀρετὴ γέ-
νεων. Proximum locum tenet nobilitas, quæ præfectura militari quaesita est, vel
etiam civili, puta dignitate senatoria; Gregorius Nazianzenus: μέγιστον εἰς θύε-
ναν απόδειξιν συγκλήτης Βατᾶς, μετονομασθεὶς προεδρεῖα. Maximum nobilitatis ar-
gumentum senatus dignitas, vel primatus. Deterior opinione hominum nobili-
tas, quæ rescripto Principis auctoratur; indulgentia enim quos liberat notat: hinc idem Nazianzenus utriusque nobilitatis genearchicæ & codicillaris discrimen
ponit: ἐπὶ τῶν ἀναθετῶν θύεται, ἢ τὸ μὲν ἀρχηται, νῦν, τὸ δὲ καπιταλέται, καὶ τῶν
μὲν εἰς διδοται τῶν δὲ γράφεται; Quonam pacto ab antiquo hac nobilitas, quæ
nunc incipit, nunc dissolvitur, aliis negatur, aliis autem Principis rescripto con-
ceditur? Ejusdem sententia est quod Nazianzenus alio loco, apud nobiles Con-
stantinopolitanos elocutus est, fodari nobilium ordinem ignobilium colluvie per
libellos Principis: οἱ τῷ γένει κομπαζούστες τὸν τρόπον ἐξελεγέντες εἰς θύεται
νῦν ἀν τῷ υἱέτερον εἰ μὴ καὶ δέλθοι τὸς δυσγενεῖς ώμον ἔγραφον. Genus jactan-
tes, mores quoque nobilitate; nam tum vere nobilissimus ordo uester esset, nisi li-
belli ignobiles etiam in uestrum ordinem ascriberent. Tertium eandem senten-
tiam repetit Nazianzenus alio loco, ubi varia nobilitatis genera enumerans, pri-
mum e superna & communi omnium mortalium origine deducit; secundum e
sanguine; tertium e virtute; quartum, & infimum ex rescripto: τῷ ἐν γράμ-
μασι, καὶ προσάγμασι. Romanis nempe nobilitatem conciscere, solius Principis
beneficium fuit; Plinius: *Cæsar is est, inquit, ut nobiles & conservet, & fa-
ciat.* Eoque pertinet quod jactant jurisconsulti, jus aureorum annulorum tribue-
re & natalibus, idest ingenuitati restituere, in potestate Principis tantum esse.
Moribus Galliæ, plebejum nobilem, seu militem facere regii fastigii est, ut
palam est apud forenses nostros. Eodem jure utitur Germania, & Anglia,
hinc Rodulphum Brunonem magistrum sive majorem Tigurinum, a Carolo
IV. Imperatore, et si plebejum, militem effectum observat Albertus Argenti-
nensis: *In quo itinere Rodulphus Bruno magister civitatis (Tigurinæ) diuque
potior, ibidem quamvis plebejus est miles effectus.* Et Robertum Sallium An-
glum, genere ignobilem, ob bellicam laudem in ordinem militum ab Eduardo
III. Anglorum Rege ascitum, memorat Joannes Frossardus his verbis: *Il y
avait un chevallier, capitaine de la ville de Nordwich, qui s'appelloit messire
Robert Salle, point Gentilhomme n'estoit, mais il avoit la grace, le fait, &
la renommée d'estre vaillant aux armes, & l'avoit fait pour sa vaillance le
Roy Edoizard, chevallier.* Verum remittente tertiae Regum dynastiae imperio,
etiam Duces & Comites nobiles fingere ad libidinem non dubitarunt: hoc ju-
re se jactabat Comes Flandrensis, donec solemini senatus Parisiensis decreto an-
ni MCCLXXX. quempiam de plebe militem facere vetitus est; Joannes Gallus:
*Non obstante, inquit, usu contrario ex parte Comitis Flandrensis proposito, di-
ctum & pronunciatum fuit contra dictum Comitem, quod non poterat, nec debe-
bat facere de villano militem, sine auctoritate Regis, & hoc fuit dictum pro
filio*

Politic. lib.3. c. 13.
orat. 18.
orat. 25.
orat. 27.
orat. 28.
adde Isid. Pe-
lusiott. lib. 3.
ep. 291.
In panegyr. ad Trajan.
I.1. & 2. ff.de
natalib. rest.
I.1. & 2.C.de
jur.aureor.an-
nul. Suet. in
Galba c. 10.
In chronic.
tom.2. chron.
c. 77.
in arrest. syn-
tagmate.

Filio Philippi de Borbonio. Immo multo audacius Campaniae Comites cruento in prælio pâne ad internectionem deleta Campana nobilitate , suis legem scivereunt , ut nobilitas etiam materna origine censeretur : unde orta vox Gallica :

Ex Champagne le ventre anoblist, ut adnotavit Petrus Pithœus. Quid Comes in consuet. Nivernensis ? municipes suos nobilitatis stemmate insignire , feudorum compotes Trec. efficere præsumpsit , ut probat Guido Coquille . Ex consuetudine itidem jus fa- in hift. Ni-
ctum in provincia & Bellicadrensi pago , ut Episcopi & Barones citra consen- vern.
sum Regis , plebejos militiae cingulo rite decorarent ; teste Joanne Tillio : ple- in titul. de
bejos ait ; nam nobilem etiam alii a Rege , puta Duces & Comites in militiae culmen evehere sine controversia potuerunt : quam ob rem militiae cingulo do- equitib.
natus Rex Scotorum ab Henrico III. Rege Anglorum , equum regium vindicante ex more Comite Mareschalio , non annuit , sibi integrum fuisse obtestatus ab alio quolibet Principe Christiano , vel uno ex suis Comitibus militiae or- in Henrico
namenta suscipere ; Matthaus Paris. *Die igitur natalis domini , dominus Rex III. 252.*
*Angliae baltheo apud Eboracum donavit militari Regem Scotie , & cum eo tyro-
nes fecit viginti : in hoc autem tyrocinio & nuptiis Comes Marescallus jus suum & avitam sibi consuetudinem instanter fieri flagitavit ; scilicet palefridum Regis Scotie , quem pro jure vendicavit , sibi stratum exhiberi , non pro precio , vel concupiscentia , sed pro antiqua consuetudine in casibus consimilibus , ne in suo tempore pro sua desidia deperiret : cui responsum fuit , quod Rex Scotiae tali non subjacet exactiōni , quia si placeret ei , potuit ipsa arma suscipere a quovis Prin-
cipe Catholicō , vel ab aliquo nobilium suorum . Nobilium porro (ut hoc ad-
dam non alienum ab instituto) jam olim summa in Gallia fuit ratio , plebis fere nulla : nobilibus enim in plebem eadem fuit potestas , quæ dominis in servos ; teste Cæsare . Redacta a Romanis in provinciam Gallia nobilibus suus honor omnino non excidit , ex quo honorati dicti , & in conventu generali Galliarum Arelate quotannis celebrari solito , primus eis confessus positus , ex consti-
tutione Honorii ad agricolam PP. Galliarum , quam dedit Nicolaus Cusanus : Ut ab idibus Augusti quibuscumque mediis diebus in idus septembribus , in Are-
latensi urbe noverint honorati , vel possessores judices singularum provincialium an- Lib. 6. de bell.
nis singulis concilium esse servandum , &c. Nec non eidem suppetit præroga-
tiva suffragii seorsim a plebe in electione Episcoporum ; Leo I. ad Episcopos Gall.
Viennensis provinciæ : *Vota civium , testimonia populorum , honoratorum arbitrium ,*
electio clericorum in ordinationibus sacerdotum exspectantur . Inclinante etiam im-
perio Gallos nobiles a plebe distinxit capillus ; Sidonius , ad Ecdicium : *Si nul- Lib. 3. de con-*
l. , inquit , a republica vires , nulla presidia , si nulle , quantum rumor est , An-
themii Principis opes , statuit te auctore nobilitas , seu patriam dimittere , seu ca- cord.catholic.
pillis : ideft deditio saluti consulere : & capillum ponere avitæ libertatis &
nobilitatis insigne . A Romanis summa imperii Gallici in Francos translata ,
nobiles regni pene consortes rerum culmen tenuere , & dignitatis argumento
Francorum nomen proprium sibi fecerunt , ut liquet ex variis locis Gregorii Tu-
ronensis , & illo Reginonis : *Testamentum fecit (Carolus M.) & sacramentum*
interpositum a Francis confirmatum est . Solos nobiles hac atate militiae & præ-
fecturis proiectos notius est , quam probatione indigeat ; sed & vix alii quam
nobiles Episcopi siebant , quasi nativo virtutis cum nobilitate commilitio : inde
Simplicium Electum Bituricensem Metropolitanum , de natalium claritate com-
mendat Sidonius : *Si natalibus servanda reverentia est , quia & hos non omiten-*
dos Evangelista monstravit (nam Lucas laudationem Joannis aggressus , prestan- Plin. lib. 3. c.
zissimum computavit , quod sacerdotali de stirpe veniebat ; & nobilitatem vitæ
predicaturus , prius tamen extulit familie dignitatem) parentes ipsius aut cathe- 5. & lib. 4.
dris , aut tribunalibus presederunt ; illustris in utraque conversatione prosapia ,
aut Episcopis floruit , aut prefectis . Generis laudem non tacuit Fortunatus in c. 17.
Leontio Burdegalensi Episcopo . post epist. 9.
lib. 7. in conc.*

Tom. V.

K

Lib. 1. c. 4.

*Ecclesie nunc jura regis, venerande sacerdos,
Altera nobilitas additur inde tibi.*

Felicem Nannetensem Episcopum Aquitanum, splendore natalium prædicat idem Fortunatus:

Lib. 3. c. 6.

*Maxima progenies titulis ornata vetustis,
Cujus & a proavis gloria celsa tonat:
Nam quicunque potens Aquitanica jura subegit
Exitit ille tuo sanguine luce parens.*

Bituricensi ecclesiæ Remigii fato vacanti, Sulpitium nobilitate secum virute certantem sufficit Guntranus Rex, cum hoc elogio apud Gregorium Turonensem: *Sulpitius vobis erit Episcopus; est enim vir valde nobilis, & de primis senatoribus Galliarum, &c.* Denique adeo nobilitatis rationem habuit ecclesia Gallicana, justo de virtutis accessione judicio, ut plures in hunc diem ecclesiæ, nonnisi nobiles in canonicos vel monachos asciscant: sic nobiles utroque stemmate instituti canonici Lugdunenses, ex quo Lugdunensis comitatus olim imperii beneficium, & pars regni Arelatensis, Conrado Imperatori & Henrico ejus filio delati, testamento Rodulphi Regis Burgundionum, munere imperatorum, Lugdunensi ecclesiæ transcriptus, ut observat Joannes Severius. Sunt & plures in Germania ecclesiæ matricæ, & monasteria utriusque sexus, quæ nonnisi nobilibus patent, ut Argentinensis, sive Strasburgensis ecclesia; Gregorius IX. Verum, inquit, procurator Argentini capituli proposuit ex adverso, quod idem capitulum hoc auditio, consuetudinem allegans antiquam inviolabiliter observatam, juxta quam nullum nisi nobilem & liberum & ab utroque parente illustrem, honestæ conversationis, ac eminentis scientie, in suum consortium hactenus admiserant: ne contra hoc fieret ... ad sedem apostolicam appellavit. Eodem jure gaudet Heripolensis ecclesia; Albertus Argentinensis: *Episcopus Heripolensis civitatem Heripolensem potenter obfedit, pro eo quod unus civitatis præbendana ecclesiæ Heripolensis contra ecclesiæ consuetudinem, que nunquam civitates reperat, impetravit a sede.* Nobilitatem affectat & cœnobium Luneburgense;

in episcop.
Lugdun.in cap. venera-
bilis, 37. de
præbend.

In chron.

In chronic.
Citiz.Lib. 2. occid.
histor. c. 31.Lib. 7. histor.
cap. 15.
in gest. Phi-
lip. Aug.

A. C. 1110.

cap. 95.

Paulus Langius: *Luneburgensis cœnobii monachi omnes nobiles secundum sæculum existunt, nec in eo nisi ingenui suscipiuntur.* His adde & asceteria canonicanrum sæcularium Belgii, & Germaniæ; Jacobus a Vitriaco: *Ad imitationem & exemplum canoniconum sæcularium in partibus Hannoniæ, & Brabantia, & in quibusdam Teutonicorum & Alemannorum provinciis, quedam sunt mulieres, quas canonicas sæculares seu domicellas appellant, non enim moniales nominari volunt, sicut canonici sæculares monachi non dicuntur.* He siquidem adeo personas accipiunt, quod nonnisi filias militum & nobilium in suo collegio volunt recipere, religioni & morum nobilitati sæculi nobilitatem preferentes. Nobilium in Gallia clarissimum insigne vestigium immunitas, pretium sanguinis ab his & majoribus fusi pro republica; ob id grave & insolens visum, quoties hujusmodi libertatem tentari contigit; Gregorius Turonensis de Audone Comite: *Ipse enim cum Mummolo prefecto multos de Francis, qui tempore Childeberti senioris ingenui fuerunt, publico tributo subegit.* Et Rigordus scriptor vitae Philippi Augusti: *Milites qui olim sua libertate gaudere consueverant, & homines ipsorum tertiarvit, idest tertiam partem omnium bonorum suorum eis violenter abstulit.* Nobilibus Anglis consuluit Henrici I. lex de immunitate prædiorum, apud Matthæum Paris. *Militibus, qui per loricas terras suas defendunt, terras dominicarum carrucarum suarum quietas ab omnibus gelidis, & omni proprio dono meo concedo.* Mitius etiam lege actum cum nobilibus, quam cum plebejis, puta nobiles flagellis cædi lex Francica vetuit; Fredegarius: *Childericus Rex unum Fran-*

Francum nobilem, nomine Bodilonem, ad stipitem tensum cedere contra legem praecepit. Alia fuit nobilium poena, alia municipalium. Moris pro lege fuit apud Francos, & Suevos incendiarium, aut prædonem, si nobilis sit, antequam morte plectatur, ignominiae causa canem circumferre, si plebejus sellam, si rusticus rotam aratri; Otto Frisingensis: *Denique vetus consuetudo pro lege apud Francos & Suevos inolevit, ut si quis nobilis, ministerialis, vel colonus coram suo iudice pro hujusmodi excessibus reus inventus fuerit, antequam mortis sententia puniatur, ad confusione sua ignominiam, nobilis canem, ministerialis sellam, rusticus aratri rotam de Comitatu in proximum Comitatum gestare cogatur.* Hermannus Comes Palatinus hoc supplicio plectitur, & hoc idem carmine exprefsit Guntherus: *codem poena genere ab Othono I. multatus Eberardus Comes, & socii facinoris, ob incendio datam civitatem Elmeri; abbas Urspergenensis: Eberardus quoque Comes iratus contra Bruningum quendam ex primoribus, collecta manu succedit civitatem illius, vocabulo Elmeri, imperfectis omnibus ejusdem civitatis habitatoribus: pro qua presumptione condemnavit eum centum talentis, omnesque Principes, qui ad hoc eum juvabant, dedecore canum, quos asportabant usque ad urbem regiam, que dicitur Magdeburg.* Militarem poenam caniculi subiit Gerardus Comes, cum quingentis militibus, quod manus injecisset in Henricum decanum Magdeburgensem, eique oculos eruisset; Arnoldus Lutecensis: *Quæ presumptio hoc modo multata est, ut mille marcas argenti injuriato persolveret, & de feudo suo ad centum marcas argenti ecclesie majori resgnaret, & cum multis nobilibus hominum ei faceret, & cum quingentis militibus militarem ei poenam persolveret; idest, ut singuli milites de loco perpetrati sceleris usque ad fores majoris ecclesie caniculum deferrent.* Haud tacendum nobiles tres in ordines esse succenturiatos; nempe militum, scutiferum, & bacheliorum; quos in idiotismo vocamus: *chevaliers, escuyers, bacheliers.* Equites militum nomine indigitavit posterior ætas, quod primas militiarum partes in equitatu positas implerent, & militiam gloriae virtutisque causa sine stipendio subirent: ex quo milites ea ætas distinxit a servientibus, idest militibus stipendiariis; Robertus Montensis: *Rex vero Henricus obsedit prædictum castrum, & illico cepit, in quo erant triginta quinque milites, & quatuor viginti servientes.* Et idem alio loco: *Sed tamen Rex Hierusalem & Patriarcha, & alii religiosi viri habentes paucos milites & servientes, per virtutem sanctæ Crucis vicerunt innumerabilem exercitum paganorum.* Matthæus Paris. *Duces, Comites, & Barones, milites, & servientes.* Ac servientes iidem videntur cum his quos eadem ætas milites solidarios vocitavit, quod in solidis, forensi nummorum genero, stipendia his numerarentur; idem Montensis: *Capitales Barones suos cum paucis secum duxit: solidarios vero milites innumeros.* Et Radevicus: *Milites, qui solidarii vocantur.* Proximum locum tenent scutiferi equestris ordinis, sic dicti, quod scuto mererent; unde & scutagium, pro servitio militari scuti, quod feudi nomine ab his prestabatur, vel pro redemptione nummaria militaris operæ; Joannes Saresberiensis: *Verum interim scutagium remittere non potest, & a quibusdam exactiobus abstinere; quoniam fratris gratia male sarta nequicquam coagit.* Matthæus Westmonasteriensis: *Ipsò quoque tempore exigitur scutagium: conceduntur ad opus Regis indigenis, videlicet de quolibet scuto viginti solidi.* Et idem prius: *Concessa sunt Regi auxilia militaria, de quolibet scuto due marce & dimidia.* Thomas Walsingham: *Pro hac autem concessione remisit dominus Rex, & condonavit omnia cataalla telonum, & fugitivorum evasiones, incarceratorum fines, exitus, & forisfactiones, & amerciamenta murdrorum, & omnia alia delicta infra forestas facta, adjudicata, vel adjudicanda, relevia, scutagia usque ad passagium suum versus Brabantiam.* Juniores & infimi ordinis milites sunt bachelarii; Albertus Aquensis: *Castrum quoque adolescentum, quod dicitur de Bakeleis.* Matthæus Paris. *Ipsò quoque tempore hastilidum commis-*

Lib.2.de gest.
Frideric.c.18.

Ligurini lib.5.
In chron. id.
Witichin.lib.

2.

Lib.7. histor.
Slav.c.2.

ad A.C.1161.

ad A.C.1177.

A.C. 1213.

ad A.C.1160.

Lib.1.de gest.

Frideric.c.20.

Epist. 126.

in Henric.III.

1242.

A.C. 1204.

add. Matth.

Paris. 1215.

1224.

in Eduard.

III. 1239.

Lib.3. histor.

Hierosolym.

c. 26.

in Henrinc.

III. 248.

sum est apud Brackele, ubi multi de militibus universitatis regni, qui se volunt bachelarios appellari, sunt contriti. Ob id notatur vidua Comitis Glocestriae in Anglia, quod enupsisset cuidam bachelario, impari marito; Walsingham supra landatus: Jobannamque de Arres, que data est Gilberto de Clare, Comiti Gloucesteri in uxorem, que post decepsum Comitis, quendam bachelarium, nomine dominum Radulphum de Monhermer accepit in maritum, inconsulto patre. Bachelarios vero a baculis dictos observo, non ex eo quod de feudo investirentur per baculum, ut voluere nonnulli; sed ex eo quod scutis & baculis militiae tyrocinium, & duelli aleam experirentur; Adrevaldus Floriac. Tandem adjudicatum est, ut ab utraque parte testes exirent, qui post sacramenti fidem scutis & baculis decertantes, finem controversie imponerent. Et auctor vitae Austregislus Bituricensis Episcopi apud Surium: Jam certaminis aderat dies, & Austregislus mane surgens clypeum cum baculo (male Surius jaculo) per pueros suos misit in agrum, ubi Rex inter se confligentes expectare consueverat. Inde seutum, & fustis praecipua inter militis arma censemuntur; capitulare Caroli M. Armati veniant, idest qui potest habere cum lorica & scuto ancipite, atque fuste. Et ne dubitem bachelarios etymon repetere a baculis, magis moveor, quod eos baculares dictos, non semel occurrit; Ordericus Vitalis: Custodes itaque laudabili jam fide probati, Heliæ candidam jusserunt tunicam indui, pro qua candidus bacularis solitus est ab illis nuncupari. Ut & juniores candidati theologiae, baculares vocitantur; Walsingham: Quidam de ordine Carmelitarum, frater bacularius in theologia.

Lib. i. de mirac. sancti Benedict. c. 25.
Tom. 3. 23. maii.

Lib. 3. capit. c. ult.

Lib. 10. histor. eccl. efs.

A. C. 1100.

in Richard.
II. 1383.

C A P U T IX.

Jus legitimandi, seu natalibus restituendi.

ROMANIS variis fuere modi legitimandi filios naturales I. per subsequens matrimonium. II. per oblationem curiae. III. per paternam agnitionem & nominationem filiorum. IV. per rescriptum Principis, ex novellis Justiniani, & rescripto sui facti liberi; Synesius Anastasio: ἡδῶν μαρτὼν τὰ χρυσά παρὰ τὴν Ἀστικῶν φωνὴν τοῦ πατέρα γενόμενα: Gavisus sum discens aureos illos liberos Imperatoris voce, lege tuos esse liberos factos. Rescripto Principis olim non siebant legitimimi ex constitutionibus, nisi qui nati erant ex muliere, cum qua, propter inaequitatem, justæ nuptiæ non erant: hoc casu enim rescripto iusta uxor, simul ac liberi justi siebant; Hieronymus ad Oceanum: Multos videmus ob nimiam paupertatem uxorum sarcinam declinare, & ancillas suas habere pro uxoribus, suscepsoque ex his liberos colere ut proprios, qui si forte ditati ab Imperatore stolam illius meruerint, confessim Apostolo colla submittent, & inviti inter uxores eas recipere cogentur; sin autem principale rescriptum eadem tenuntas impetrare non quirverit, cum Romanis legibus scita ecclesiæ mutabuntur. Hujus rescripti formula exstat apud Cassiodorum: Et ideo illam, quæ, sicut jure præcipitur, honestate non fuisse probatur aequalis, legitimam tibi fieri censemus uxorem, & filios ex eadem conjugi, sive qui suscepit sunt, sive qui suscipiendi, heredum volumus jura sortiri: natura enim tibi præstuit filios, sed nos tali securitate facimus esse carissimos. Moribus Galliae duo tantum legitimandi modi recepti sunt, unus per secutas nuptias, alter per rescriptum Principis; atque adeo solius Principis potestatis est spurius, quos vulgo Bastardos vocant, natalibus restituere, saltem in temporalibus, ut fatetur Innocentius III. in epistola decretali ad Guillelmum Comitem Montispessulanum: Guillelmus Comes Montispessulanus abjecta Mathilde uxore, Manuels Imp. CP. nepte, ex qua

Nov. Just. 74. & 89. & 117. Epist. 22. I. 1. C. de natur. lib. 7. c. 40.

23. C. de nupt. I. 1. & 2. C. Cassiodor. lib. Cap. per ve- nerabilem, qui fil. sint legit. Registr. 15. Ep. 102.

qua Maria unica filia ei agnata; ex Agnete pellice Guillelmum, Thomam, Zurit. in In-
 & alios filios adulterinos susceperebat, quos legitimari depositebat ab Innocentio; dic. Arrag.
 eumque provocabat exemplo Philippi Augusti Francorum Regis, cuius liberos A.C. 1213.
 ex Maria superducta editos, dimissa Ingeburge conjugae, natalibus restituerat
 Pontifex: longe disparem esse causam respondet Innocentius; tum quoad rem,
 tum quod personam; quoad personam inquam (ut taceam quid interfuerit quo-
 ad rem, quia non est hujus negotii) nempe Regem Francorum, cum nem-
 nem in temporalibus superiorum agnoscat, potuisse sine ullius injuria se submit-
 tere jurisdictioni Pontificis, & eum ultro adire legitimatis liberorum causa:
 ac fatetur Innocentius, forte nimium parce & jejune ex aliquorum sententia,
 potuisse Philippum liberis natalium veniam indulgere, non jure patriæ potesta-
 tis, sed regiae. Guillelmum vero aliorum imperio parere, sine quorum injuria
 non posset consentire in jurisdictionem Pontificis, nec ejus dignitatis esse, ut per
 se possit natalibus defectos expurgare: *Insuper, inquit, cum Rex superiorem in*
temporalibus minime recognoscet, sine juris alterius lesione, in eo se jurisdictioni
nostrae subjicere potuit, in quo videretur aliquibus, quod per se ipsum, non
tanquam pater cum filii, sed tanquam Princeps cum subditis potuit dispensare:
Tu autem nosceris aliis subjacere, unde sine ipsorum forsan injuria, nisi presta-
rent nobis assensum, in hoc subdere te non posse, nec ejus auctoritatis existis, ut
dispensandi super his liberam habeas facultatem. Candida sane hoc argumento
 se commendat Philippi pietas & reverentia erga sedem apostolicam, quod bene-
 ficium in liberos in manu positum rejecerit ad arbitrium Pontificis: non defuit
 locus, qui occineretur Philippo, quod Herodis liberi a patre apud Augustum
 beneficii accusati, parenti dixerat apud Josephum: *καὶ γὰρ ἐξῆν παρόντας μὲν ἔξα-*
σιας ὡς Βασιλέα, παρόντας δὲ ὡς πατέρι τοῖς αὐτοῖς ἀδινῶντας ἐπειζένεται: Poteras enim vel pro
regia, vel pro patria potestate in sones animadvertere. Secura nimis & incauta regis
 pietas malo exemplo regiam majestatem labefactavit, & Comitibus occasionem
 peccandi dedit, & omisso Principe Pontificem adeundi, liberorum legitimando-
 rum gratia. Non audivit quidem Innocentius Guillelmum Montepessulanum
 liberos legitimandos offerentem, debitique obsequii erga Regem admonuit; po-
 steri tamen Pontifices non aqua religione se habuerunt. Temporibus D. Lu-
 довici, Margareta, dein Comitissa Flandriæ, clam nupsit Bucardo de Avenis
 diacono, ex quo Joannem, & alios duos liberos suscepit: postea in spem co-
 mitatus perducta, spreto Bucardo, Willelmum Dampner superduxit, ex quo
 Willelmum & alios filios suscepit. Bucardus frustra repetita uxore Romanum
 Pontificem adiit, & rescriptum impetravit, quo liberi ex Margareta suscepti le-
 gitimarentur: matre superstite, utriusque tori liberi de hereditate, & statu na-
 talium contendebant: lite agitata apud curiam Franciæ, tandem compromissum
 in Ludovicum, qui, medium sententiam secutus, hereditatem inter fratres divisit.
 Flandriam Willelmo, & Hannoniam Joanni adjudicavit, ut narrat Matthæus in Henric. III.
 Paris. Immo & graviore lapsu, jus mere regium spurios legitimandi in se Co- A. C. 1254.
 mites transtulere. Guillelmum ex concubina susceptum, legitimum & heredem
 habuit Robertus Dux Normannorum, sine controversia ulla ab Rege Francorum:
 & jure legitimandi spurios usum esse Philippum Ducem Burgundiæ pridem ad-
 notavit Chassanæus. Ante Innocentium, ut ad Romanos Pontifices redeamus,
 hi jus legitimandi liberos non tentarant, nisi quoad spiritualia, puta quoad or-
 dines, & episcopatus, sacrasque dignitates; intra has lineas se continuit Urba-
 nus in concilio Arvernensi, uno ante sæculo celebrato, ut insinuat canon con-
 ciliii apud Willelmum Malmesburiensem, & Matthæum Paris. *Quod nemo in*
Episcopum eligatur, nisi presbyter, aut diaconus, aut subdiaconus, & cui na-
talium dignitas suffragatur, nisi maxima necessitate & licentia Papæ. Ex quo in Willel. 2.
 invaluit lex, ut defecti natalibus non possent eligi, sed tantum postulari a Ro- A. C. 1095.
 mano Pontifice: hoc jure urgente postulatus Galfridus notus Henrici II. An- Can. cœno-
 mannensem,

Lib. 16. histos.
cap. 8.

in consuetud.
Burg. rub. des
succesf. des Ba-
stards, §. quid
autem.

Lib. 4. de gest.
Reg. Anglor.
cap. 2.

in Willel. 2.
A. C. 1095.
Can. cœno-
mannensem,

56. dist. cap. in- glorum Regis in Lincolnensem Episcopum, ex Matthæo Westmonasterensi § notuit, de e- & Theodoricus præpositus Turinensis ecclesiæ ob vitium natalium in Episcopum ejusdem ecclesiæ postulatus apud Gregorium IX. ex Alberto Krantzio. Primus,

A. C. 1183. Lib. 8. Me- trop. c. 8. inquam, Innocentius jus legitimandi liberos, tum quoad actus sacerdtales, tum quoad spirituales ad se revocare molitus est, hoc argumento: quod cum sedi apostolica integrum esset jus legitimandi liberos quoad majus, idest quoad spiritualia & episcopatus, longe verosimilius erat præcipuum ejusdem esse auctoritatem legitimandi quoad minus, idest ad actus sacerdtales: sed prava usus est collectione; nec enim in his quæ sunt jurisdictionis valet argumentum a majori ad minus, ut notum est. Et utique ipse Pontifex dissidenter hoc ponit, cum adiiciat se hujus juris non expertem, saltem in patrimonio sancti Petri, in quo utraque & summi Pontificis, & Principis potestate perfungitur. Nihilominus eum secuti Pontifices, aperto semel jure non abstinuerunt, & liberos Principum, etiam quoad regna & principatus, legitimarunt: filios naturales Sancti Regis Castellæ legitimavit Bonifacius VIII. ex quo Ferrandus natu major regnum patris obtinuit, teste Thoma Walsingam. Petrum Regem Castellæ regno abdicavit Urbanus V. & Henricum Comitem spurium ejus fratrem, natalibus restitutum, regno imposuit, ex Frossardo. Quin ex instituto ecclesiæ Gallicanæ ortum est legitimationis genus, quoad res spirituales sine summo Pontifice, per monachis- mum; sed hoc paœ minime detersa labes natalium quoad episcopatus, sed tantum quoad ordines, & minores præfecturas; concilium Arvernense sub Ur- bano II. cuius reliquias Malmesburiensi, & Matthæo Paris. acceptas debemus:

vol. 3. c. 230. Roderic. San-
ctius histor.
Hispan. part.
4. c. 17. Can. nisi aut,
56. dist.
cap. 1. de fil.
presb. v. can.
eos qui, I.
qu. 5.

Quod filii presbyterorum & concubinarum ad presbyteratum non promoveantur, nisi prius ad religiosam vitam transferint. Et concilium Pictaviense celebratum A. C. 1100. Ut filii presbyterorum, & ceteri de fornicatione nati ad sacros or- dines non promoveantur, nisi aut monachi fiant, vel in congregazione canonica regulariter viventes: prælationes vero nullatenus habeant. Immo nonnullæ Galliarum ecclesiæ adeo dignitatis natalium studiosæ memorantur, ut illegitimos ex canonorum albo facessere jussent, ut ecclesia Carnotensis; Ivo Carnotensis Daimberto Senonensi Archiepiscopo: Certum tamen habeat amantissima vestra paternitas, quia juramentum quod fecerunt clerci de non recipiendis vulgo natis in concanonicos, vel quibuslibet aliis de extranea familia genitis, me inconsulto fecerunt; sed quia non est meum filios mihi commissos in infamiam detrudere, ne perjurium incurrent, non solum quod fecerant indulsi, sed etiam apud do- minum Papam pro eis intercessi, ut quod fecerant approbaret, & decreti sui pa- gina roboret. Et uti remissa lex Carnotensis ecclesiæ, de non ordinandis con- ditionariis, seu fiscalinis in canonicos, hæc cautio adhibita, dum ex justis nu- ptiis suscepisti essent; idem Ivo Paschali II. Jam enim tandem crebris persua- sionibus, publicis & privatis precibus, multa mora, multa lima ad hoc Carno- tensium clericorum corda Deo donante infleximus, quatinus apud paternitatem ve- stram fideliter intercedant, ut conditionarios de familia Carnotensis Comitis, qui de legitimo conjugio nati fuerint, & regios fiscalinos, pro quibus similis pertur- batio fieri posset, de privilegio, quod eidem ecclesia fecistis, de non admittendis conditionariis excipiatis. Scrupulose tum etiam & aliæ Galliarum ecclesiæ fœ- dos natales repulerunt. N. cancellario Philippi Augusti Regis Francorum, ca- nonicatum vel episcopatum alicuius ecclesiæ, quæ id privilegiū jaſtabat, ambien- ti, opponebatur vitium natalium; ideoque pro eo intercessit Stephanus Torna- censis apud Lucium III. summum Pontificem, ut ei gratiosa dispensatione con- suleret: Et quoniā, inquit, in regno Francorum aliquæ ecclesiæ quadam scrupulosa nobilitate gloriosam, ut estimant, sibi consuetudinem assumpserunt, ne ali- qui, nisi ex lito complexu geniti promoveantur, in eis meritorum & virtutis excellentiam origini postponentes, predicto cancellario superbe potius, quam superne titulum nativitatis objiciunt; ne vel ad eos accedat, vel inter eos ascendat.

Epist. 126. *Eorum*

Epist. 147.

Epist. 99.

Eorum pater legibus Romana ecclesia non subditur, potens, si voluerit, vel eis derogare in partem, vel eas penitus abrogare; solvatur in eo, si placet, apostolica manu vinculum, quod exclusa virtute nativitatem includit, ut in paucis ecclesis, quae observant privilegium, mereatur accipere, per quem in palatio Regis multæ ecclæsia privilegia consequuntur. Atheniensibus illegitimi, hereditatum, vel sacrorum gentilitiorum capacitatem, minime habuerunt; Demosthenes: νόθῳ orat. in Ma-
δὲ, μηδὲ νόθῃ μὴ εἴης ἀγχιστέας μήτη ιερῷ, μηδὲ οὐτεν. Notho autem, aut no-
tha jus ne esto propinquitatis, neque item sacrorum, neque publicorum: excipie-
batur unus casus, deficientibus legitimis utriusque sexus; scholastes Aristoph-
onis: νόμος δὲ ἦν Αὐθίνοντι γυνοῖς μὲν υἱοῖς Συγγένεσιν νόθῳ κακορομένῳ τῷ νο-
θον τῷ πατρῷ: Lex erat Atheniensibus, legitima existente filia cum notho, non
succedere nothum in paternis. Romanis nothi, sive filii naturales ex constitutio-
nibus ab intestato nihil juris in bonis parentum habuerunt: hoc Justinianus pri-
mum induxit, ut ab intestato succederent in duas uncias deficientibus liberis le-
gitimis, & uxore; ex testamento extantibus legitimis unciae, non extantibus
femissis capaces fuerunt. Immo ex novella Justiniani non extantibus legitimis
jus succedendi ex ase habuerunt: spurii vero, sive vulgo quæstii, ex utraque
causa succedendi omnino incapaces fuerunt, ac ne alimentis quidem digni: de
his Matthæus monachus, Græcus collector quæstionum matrimonialium apud
Leunclavium: ἐπεὶ γὰρ εἰς γαμικὰ συναπλέγματα ἐπεὶ μὴν εἰς κακορομένων ἐν τοῖς
ποιῶσι εἰσὶν ἀμφισβήτοις: Nec enim vel ratione contractuum matrimonialium,
vel successions ullum in talibus est dubium. Moribus Galliæ filii naturales, si-
ve bastardi ex testamento, vel ab intestato jus succedendi non habent, sed ali-
menta eis debentur ex æquitate canonica: generis etiam nobilitatem minime re-
tinent; Gregorius VII. Guilielmo Pictaviensi Comiti: Ex hoc enim nobilitas
generis valde corrumptitur, cum proles non de legitima conjugii permixtione gene-
ratur. Ideoque nothos media ætas degeneres vocitavit, quia neque genus, ne-
que gentem habent; Ordericus Vitalis: Degener utpote nothus est qui Rex nun-
cupatur. Eademque ratione idiotismus eosdem bastardos vocitat, quasi degene-
res, & ignobiles, ex voce Germanica, Boesar, deflexa idiotica, Bastard, quæ
labentis avi scriptoribus non semel usurpata; Matthæus Paris. Falcastus de Bren-
te Neusteriensis & spurius ex parte matris, atque bastardus. Et alibi Wille-
lmus senior Rex Anglorum bastardi nomine dehonestatur. Quid Græcis? pari
de causa nothi σκότοι dicuntur, idest obscuri, ignobiles. Homerus de Bucolio-
ne notho Laomedontis:

— σκότοι δὲ εἰ γείραστο μήτηρ.
Obscurum ipsum genuit mater.

C A P U T X.

Jus confisicationis bonorum.

LEGE attica poēthæ capitî sequebatur publicatio bonorum, sed uxori & li-
beris damnatorum, solatii gratia pars bonorum concedebatur; Demost. καὶ
ὑμεῖς μὲν ὃδὲ τὸν εἰς ὑμᾶς ἀμαρτινόντων ὅπαν τὸν κατεψηφίσθε, ἢ πάντα τὰ ὄν-
τα ἀφέλεθε ἀλλὰ γυναικας, ἥ παιδα αὐτῶν ἐλεῖσθωτε μέρος την κακίνοις ὑπε-
λέπτετε. Vos quidem si quem in vos delinquentem condemnatis, ne ei quidem o-
mnia bona aufertis, sed uxoris aut liberorum miserti partem aliquam illis relin-
quitis. Jure civili Romanorum, bona damnatorum ob capitale crimen publi-
cabantur, portionibus æque liberis indulitis; liberorum portio fuit semis ex con-
I. i. & 7 ff. de bon. damnat. lex Constant.

Sozom. lib. i. stitutionibus: tandemque novella Justiniani damnatorum bona confiscari vetuit, nisi essent rei perduellionis, sed servari liberis, vel parentibus, vel cognatis usque ad tertium gradum. In Gallia ab imperii Francici cunabulis bona damnatorum fisco inferri consuetudo pro lege fuit; ut palam est ex variis Gregorii Turon. locis. Secuta Carlingorum ætate, bona proscriptorum, sive beneficia sive allodia fiscus sua fecit, Ludovicus P. in concilio apud Theonis villam: **S.** C. eod. **1.2. hist. c. 13.** quis in his supradictis sanctorum, nostrique decreti sanctionibus Episcopis inobedient. **Lib. 4. c. 13.** contumax extiterit, primum canonica sententia feriatur, deinde in nostro **Lib. 5. c. 25.** regno beneficium non habeat, & alodis ejus in bannum mittatur; & si annuntiatur **Lib. 9. c. 10.** diem in nostro banno permanserit, ad fiscum nostrum redigatur, & captus in exilium relegetur. Singulare fuit bona damnati ob cædem ex rixa patratam legitimis servari heredibus; capitulare Ludovici P. Hereditas tamen liberi hominis, qui propter tale facinus ad mortem fuerit judicatus, ad legitimos heredes illius perveniat. Succedente tertia Regum dynastia, bona damnatorum non excepta liberis ante sententiam suscepit, sed his dumtaxat, qui post sententiam nascerentur, si fides Matthæo Parisi. Item dicit Papa, quod si sententia lata fuerit contra Regem Angliae, non tamen mandata fuit executioni, quia non fuit occisus; unde proles, quam suscepit postea, debet ei in regno succedere, quia Rex Angliae non commisit crimen læsa maiestatis, vel crimen hæreses, pro quibus tantum filius exheredatur pro delicto patris. Ad hæc nuncii responderunt, consuetudo est in regno Francie, quod ex quo aliquis est damnatus ad mortem, quod proles suscepit post sententiam damnationis succedere non debet: geniti tamen ante sententiam succedere debent. Utut fuerit, hodie, jure quo utimur, damnatorum bona fisco omnino committuntur; sed officio judicis tertia uxori & liberis delibatur. Jam olim a Capetio regni potentia ferocientes Comites & dominos principales, aquo pene cum fisco jure, in damnatorum bona manum miserunt, in primis serpente in his partibus foeda Albigensium hæresi, lapsu Raymundi Comitis Tolosani, bona damnatorum ob hæresim mancipata regi, & dominis principalibus, ex decretis Innocentii III. & aliorum Pontificum; quibus facile calculum adjectit Philipus A. studio expungenda hæresis, adeo ut, paribus utriusque Pontificis & Regis votis, ditiones Comitis & suorum, occupanti in prædam datae fuerint; Guillelmus Brito:

Rex & Papa simul exponunt omnibus illum
Et res & patriam totam, quæ spectat ad illum,
Ut qui prevaleat armis & viribus illi
Tollere quid, proprios licite convertat in usus
Et dominus fiat rerum quas auferet illi.

Chartular. m. Inde deducto jure, Alphonsus Comes Pictaviensis & Tolosanus in concessione feudorum plerumque sibi excepisse legitur incursus ob hæresim, idiotismo ejus ævi, Incours, idest bona caduca ob crimen hæresis. Et Petrus Mauclerch Dux Britonum, ex pacto cum D. Ludovico inito, jus confiscandi ob hæresim sibi suisque recepit, auctore Argentræo. Vario jure in Germania proscriptorum bona se habuerunt: feuda quidem domino principali adscripta, sed allodia suis heredibus, & ita pronunciatum Augusto Henrico VI. Imperatoris & comitiorum decreto, in proscriptione Friderici Comitis Isemburgensis ob nefariam cædem Engelberti Archiepiscopi Coloniensis; Cæsarius Heisterbaccensis, in ejus vita apud Surium: Proscriptionem vero Friderici in celebri conventu Norenbergensi factam renovavit, omnibus ei adjudicatis tam allodiis, quam feudis: feuda libera adjudicata sunt dominis suis, allodia proximis; ministeriales, sive ministri, & homines a juramento ei praestito absoluti.

C A P U T XI.

Jus caduci.

LECE Julia caducaria, bona vacantia, *ακληπούμενη*, idest *qua testamentarium, vel legitimum heredem non invenirent*, in fiscum cesserunt; quinimmo intestatis sine herede defunctis fiscus successit ex constitutionibus; submotis civitatibus, quae ex privilegio intestatorum bona sibi vindicabant, ex privilegio nempe; ut Nicenses, qui ab Augusto se hoc privilegio donatos contendebant; Trajanus Plinio: *Nicenibus, qui intestatorum civium suorum concessam vindicationem bonorum a Divo Augusto adfirmant, debetis vacare.* Fisco, inquam, ex prioribus constitutionibus præcipuum jus fuit occupandi bona vacantia; Symmacus Theodosio: *Statuerat receptus in calum germanus numinis vestri, cum Marianus dudum protector Aggarie bona tanquam vacantia postulasset, ut si ea hereditas scriptum successorem vel legitimum non haberet, in jus fisci tanquam domino nuda concederet.* Ex posterioribus autem constitutionibus certa corpora, id privilegii affecuta, ut fisco præferrrentur; nempe moriente decurione, naviculario, cohortali, fabricensi, curia vel corpus successit, non fiscus: ut & moriente clero sine herede, ecclesia successit, repulso fisco; unde desumprus canon concilii Triburiensis: *Quicumque ex gradu ecclesiastico sine testamento, & sine cognatione decesserit, hereditas ejus ad ecclesiam ubi deservivit devolvatur.* Gothis Italia potitis, bonis vacantibus fiscus manum injectit; Theodoricus Epiphanius consulari Dalmatiæ, apud Cassiodorum: *Joanna Andrea quondam jugali suo successisse legis munere perhibetur, quæ intestata nullis existentibus proximis luce dicitur esse privata, cujus substantia a diversis, nullo legitimo jure suffultis, usurpatione voluntaria suggestur possideri;* & quia caduca bona fisco nostro competere legum causa decreverunt; ideo te presentibus oraculis admonemus, ut hujus rei veritate discussa, si re vera, ut ad nos perlatum est, nullus ei aut testamento heres extitit, aut proximitatis jure successit, fisci nostri eam facias compendiis aggregari. Et idem Cassiodorus in formula comitivæ privatarum: *Caduca bona non siniis esse vacantia, ita quod usurpatio potuit invadere, tu fiscum nostrum facis justis compendiis obtinere, proximos defunctorum nobis legaliter anteponis;* quia in hoc casu Principis persona post omnes est; sed hinc optamus non acquirere, dummodo sint qui relicta debeant possidere. Jure antiquo Galliarie bona vacantia in fiscum dumtaxat cedidere: argumento mihi est, quod Reges Angliae stirpe Normannorum satos, Gallorum moribus, legibusque imbutos & revera Gallorum simias, hoc jure usos etiam in milites & vassallos ecclesiæ observo. Fato functis militibus ecclesiæ Cantuariensis sine herede, terras eorum jure fisci in manum suam redegitse Henricum I. queritur Anselmus Cantuariensis apud Hugonem Lugdunensem Archiepiscopum: *Quoniam terras easdem antequam Normanni Angliam invaderent, milites Angli ab Archiepiscopo Cantuariæ tenuisse dicuntur,* & mortui sunt sine heredibus, vult afferere se posse juste quos vult eorum heredes constitutere. Imperante Henrico II. tentavit Rogerus Eboracensis Archiepiscopus, obtenu pontificii privilegii, jus antiquum desuetudine exoletum repetere, & clericorum intestatorum bona ecclesiæ suæ transcribere; sed non solum inane privilegium mansit ob regis intercessionem, quin etiam moriente Archiepiscopo bona ejus fiscus rapuit, quasi vacantia; Mattheus Paris. Eodem anno Rogerus Eboracensis Archiepiscopus diem clausit supremum, duodecimo kalendas decembris, qui adhuc vivens a Papa Alexandro priuilegium impetraverat, ut si clericus sue jurisdictioni suppositus, agens in extre-

Tom. V.

I. quidam, 96.

§. quotiens, ff. de legat. 1.

l. i. & 4. C. de bon. vac. lib. 10.

apud Plinium, lib. 10. ep. 89.

Lib. 10. ep. 55.

l. i. & seqq. C. de hered. de cur.

l. si quis pre-sbyter. C. de Episc. & cle-ric.

c. quicunque, 12. q. 5.

Lib. 5. var. 24.

Lib. 6. var. 8.

Lib. 3. ep. 24.

in Henr. II.

A.C. 1181.

mis testamentum non conficeret, & propriis manibus bona sua moriens non distribueret, Archiepiscopus haberet facultatem injiciendi manus in bona defuncti: & quoniam quod quisque juris in alterum statuerit, uti debet eodem, post mortem Archiepiscopi quacumque reperta sunt in thesauris ejus, justo sunt Dei judicio confiscata. Necnon Henricus III. questuarium Innocentii IV. decretum, de vindicanda intestatorum clericorum successione, in Anglia non admisit, quasi in fraudem necemque regni & regalium emissum; Matthæus Paris. Eodemque tempore cum audisset dominus Papa qualiter quidam in Anglia opulentis clericis obiessent intestati, statutum super hoc novum & inauditum, non sine nota manifeste cupiditatis, suscitavit in Anglia promulgandum, ut si clericus ex tunc decederet intestatus, ejusdem bona in usus domini Papæ converterentur: quod cum audisset dominus Rex, detestans Romane curie augmentosam ac multiplicem & multiformem avaritiam, hoc fieri prohibuit, comperiens illud in damnum regni & suum redundare prejudicium. Et ipse Pontifex anno proximo suam legem

A. C. 1246. rescidit, Cardinalium consilio, ut subjicit Matthæus Paris. Jure, inquam, antiquo nostris Regibus, ut Anglis, proprium fuit jus caducarum hereditatum: sed iniquissimis reipublicæ temporibus erexit Duces & Comites, dominique principales, ut cetera pene regalia; ita & jus bonorum vacantium, quod in idiotismo vocamus, *jus desherentia*, quasi jus exheredii, certatim cum fisco intra fines quicunque suos invaserunt, & in hunc diem retinuere. Quin & pari reipublicæ labe Flandrenses Comites omnium clericorum fatis funectorum hereditatem rapuerunt; Jacobus Meyerus in Roberto Frisio: Eodem anno Robertus Comes ex Syria reversus, resuscitavit quandam consuetudinem, qua sacerdotio Flandrensi non licet facere testamentum, sed cum morerentur sacerdotes, omnium bonorum ipsorum Comites ipsi se fecerunt heredes: grandis ob hac inter sacrum cœtum, & Comitem coorta turbatio, aditus Romanus Pontifex, ut ejus ope ab ea eximerentur servitute, date ad Comitem litteræ apostolice ab Urbano Pontifice. Morientibus servis, seu colonis, semissem mobilium tulerunt iidem Comites, donec eos

Meyerus, 1251. hoc servitutis onere levavit Margareta Comitissa; idem Meyerus in Margareta Constantinopolitana: Eodem anno servos & ancillas, a quibus morientibus dimidium bonorum Comites accipiebant, tota Flandria manumisit. Intestatorum & bona suis compendiis applicabant Dukes Normanni, & Comites Pictavienses, ut refert Bodinus ex gestis rationalium Parisiensium. Aequa ex consuetudine Comites Britonum, defunctorum universa mobilia occupabant, quam in concilio Namnetensi ultra ejuravit Comes Britonum; Hildebertus Coenomanensis primum Episcopus, tum Turonensis Archiepiscopus, qui jure metropolitico concilio praefuit, ep. ad Honorium II. Si quidem usque in diem præfati conventus hujusmodi consuetudo in terra Comitis extiterat, ut decedente marito vel uxore, universa decedentis mobilia in proprietatem potestatis transirent: præterea quicquid evadet ex naufragiis, &c. Utramque autem exactionem sub oculis totius concilii Comes in nostra manu depositit, postulans in eos excommunicationis gladium extendi, quicunque aliquando vel manumissa petere, vel manumissionis plenitudinem imminuire adtemptarent. Ante tempora Gregorii I. in illis locis ubi Romana ecclesia patrimonia possidebat, infelibus colonis sui heredes non erant, sed morientibus ecclesia succedebat: sed sanctissimus Pontifex suos eis heredes esse voluit, abstenta ecclesia: Cognovimus (inquit in epistola ad Petrum subdiaconum, defensorem patrimonii Siciliae) etiam quod nonnullis conductoribus morientibus, parentes sui non permittuntur succedere; sed res eorum ad usus ecclesie pertrahuntur, de qua re diffinimus, ut parentes morientium, qui in possessione ecclesiæ degunt, heredes eis succedere debeant, nec aliquid eis de substantia morientium subtrahatur.

Lib. 5. de resp. cap. 2.

Ep. 65.

Ep. 65. ad Honorium II. Si quidem usque in diem præfati conventus hujusmodi consuetudo in terra Comitis extiterat, ut decedente marito vel uxore, universa decedentis mobilia in proprietatem potestatis transirent: præterea quicquid evadet ex naufragiis, &c. Utramque autem exactionem sub oculis totius concilii Comes in nostra manu depositit, postulans in eos excommunicationis gladium extendi, quicunque aliquando vel manumissa petere, vel manumissionis plenitudinem imminuire adtemptarent. Ante tempora Gregorii I. in illis locis ubi Romana ecclesia patrimonia possidebat, infelibus colonis sui heredes non erant, sed morientibus ecclesia succedebat: sed sanctissimus Pontifex suos eis heredes esse voluit, abstenta ecclesia: Cognovimus (inquit in epistola ad Petrum subdiaconum, defensorem patrimonii Siciliae) etiam quod nonnullis conductoribus morientibus, parentes sui non permittuntur succedere; sed res eorum ad usus ecclesie pertrahuntur, de qua re diffinimus, ut parentes morientium, qui in possessione ecclesiæ degunt, heredes eis succedere debeant, nec aliquid eis de substantia morientium subtrahatur.

Lib. 1. ep. 42.

C A P U T XII.

Jus thesaurorum. Jus metallorum.

TURE civili Romanorum thesaurus in suo fundo inventus, solidus fuit inventoris. Attico, thesauro immenso domi sive invento, laboranti ne quid periculi sibi accenseret, & hac de re Nervam Imperatorem iterum consulenti, quid factum vellet; Nerva eo uti & abuti permisit, auctore Philostrato, & post eum Zonara. Constitutione Adriani thesaurus in suo fundo inventus, totus cessit lucro inventoris, in alieno fundo non data opera, dimidium domino soli, dimidium inventoris: inventi in loco fiscali vel publico, dimidium Cæsaris, dimidium inventoris. Lege Constantini quicunque thesaurum inveniret, & ultro fisco offerret, semissim ferebat, semissim fiscus Principis; alioquin omnino fisci erat. Hac de causa Evurtius Aurelianensis Episcopus invento thesauro auri in imis fundamentis Basilicæ sanctæ Crucis, legibus non licere eum celare intelligens, per Mansuetum archidiaconum ultro transmisit Constantino Imperatori; sed duplo auctum recepit in sumptus ædificii sacræ ædis, ut narrat auctor ejus vitæ apud Surium. Lege Gothica thesauros sibi fiscus vindicabat; Cassiodorus: *Depositive pecuniae, qua longa vetustate competentes domainos amiserunt, inquisitione tua nostris applicantur exarriis.* Legibus Galliæ thesaorum ex auro omnino fiscus lucifecit; nec alio ex fonte repetenda lex Willelmi Normanni Regis Anglorum de thesauro invento, quam annalibus suis indidit Rogerus Hovedenus: *Thesauri Regis sunt de terra, nisi in ecclesia, vel in cemeterio inveniantur, et licet ibi inveniantur, aurum Regis est, medietas argenti.* Senescente republica majores Duces & Comites, ut cetera jura regia, ita & thesauros in finibus suis inventos manu injecta suos facere non dubitarunt; hoc molimine invento thesauro auri & argenti a Widomaro vice-Comite Lemovicensi, Richardus Rex Anglorum, tamquam Dux Aquitanie inventum ex asse sui fisci esse contendebat, parte quæ offerebatur rejecta; Rogerus Hovedenus: *Interim Widomarus vice-Comes de Limoges, invento magno thesauro auri & argenti in fundo suo, misit inde Richardo Regi Anglia domino suo partem non modicam: sed Rex eam refutavit, dicens se debere totum illum thesaurem habere, de jure donationis suæ.* Quod predictus vice-Comes nullo modo concedere voluit. Hac de re bellum motum, obsessum castrum Calucium, ubi thesaurus custodie causa depositus erat, & vi expugnatum, sed victoria Principis cade foedata. Et ut auro hoc caput contexamus, auri & argenti fodinae, reipublicæ & fisci censum auxerunt, & veftigia ex his publicanis locatum; Plinius: *Italia parcitum vetere interdicto patrum; alioqui nulla secundior metallorum quoque erat tellus: exstat lex Censoria Ictinulorum aurifodine, qua in Vercelleni agro cœrebatur, ne plus quinque M. hominum in opere publicani haberent.* In eandem sententiam Vitruvius: *Quæ autem in Ephesiorum metallis fuerunt officinae, nunc trajectæ sunt ideo Romam, quod id genus vena postea est inventum Hispanie regionibus, ex quarum metallis gleba parantur, et per publicanos Roma curantur.* Armis subacta Macedonia Paulus Emilio Duce, & in provinciam redacta, auri & argenti fodinae reipublicæ addictæ, aris & ferri privatis mansere; Livius: *Metalla quoque auri, atque argenti non exerceri, ferri & aris permitti.* In Hispania fodinas auri in fisum redactas, argenti privatis non erectas, testem habemus Strabonem: *εἰς δὲ τὴν ρῦν πόλις ἀργυρέας καὶ μὲν τοι δημοσία ἔτε δέ εὐταῦδα ἔτε ἐν τοῖς ἀλλοι πότοις, αὐτὸς εἰς ιδιωτικας μετέποντας ἐκποτεις, τὰ δέ χρυσας δημοσιεύεται τὰ πλεῖστα. Exstant etiamnum officinae in quibus argentum conficitur, non autem publicæ, neque ibi,* L. ij

Gu. Brito l. 5.
Philipp.
Matth. Paris.
1195.
Lib. 33. c. 4.
Lib. 7. cap. 9.
Lib. 45.
Lib. 3. geo-
graph.

In panegyr. Theod.
I. cuncti, I. per annos, C. de metal.

Suid, in voc.
ἀγράφη μετάλλα δίκη.

Art. 61.

neque aliis locis, sed ad privatos redacta redditus, auraria metalla pleraque ad rem publicam pertinent. Nec invideamus metallum Principibus, innoxias inde parent opes, quarum solatio subditorum substantiis parcant; Latinus Pacatus: *Re-*
gibus mos est exercendis invigilare metallis, ut latencia naturae bona in usum ar-
cessant, & parent innoxias nulla pauperiore divitias. Ex constitutionibus me-
tallarii fodini operam daturum primum nomen profitebantur, & octo scrupulos
auri fisco praestabant: tum in singulos annos septenos. In Atticis metalli fodini,
metallileguli tabulis publicis inscribebantur, & metalli vigesimam quartam
partem reipublicae pensitabant; Suidas: οὐδὲ ἀπεγράφοντα τελεῖν ἔνεια τῷ δίκαιῳ
εἰκόσιν πετάστων τὸ κανόνιον μετάλλα. Unde prodita erat non inscripti metalli actio
ἀγράφη μετάλλα δίκη. Moribus Galliarum, aurifodinae inconcussæ penes Regem fue-
runt; argenti, etiam ad Comites & Barones pertinuere; consuetudo Andega-
vensis: *La fortune d'or trouvée en mine, appartient au Roy, & la fortune d'ar-*
gent trouvée en mine, appartient au Comte, Vicomte, Baron, chacun en sa terre.

C A P U T XIII.

Jus naufragii.

Satyr. 4.

I. ult. ff. de incend. ruin. naufr. I. i. C. de naufrag.

in Euboico. orat. 7.

Ep. 36.

anth. navigia,
C. de furt.

in Andronic. lib. 2.

EX consuetudine fiscus naufragia sibi vindicabat: *Res fisci est quodcumque na-*
tat, ait Juvenalis: sed Antonini & Constantini constitutionibus a naufragorum
præda fiscus & privati repulsi, ne ex aliena calamitate compendium fe-
rant: qua mente Insulanus Euboicus naufragorum deprædationis crimen sibi ob-
jectum, ut nimium inhumanum & a se longe alienum detestatur apud Dionem
Chrysostomum: μή γέρε εἴ τοτε ὁ Ζῆ λαβέαν μηδὲ κέρδαντες κέρδος κινητοὶ
ἄρδεώποτες δυσυχίας: *Nunquam enim mihi obtingat, o Jupiter, accipere, & fa-*
cere tale lucrum ex hominum infortunio. Hinc querela in naufragii raptorem,
mari ipso saeziorem; Paulinus ad Macarium: *Ne patiaris invidia diaboli per*
hominem improbum Secundiniano eripi, vel jam ereptum negari, quod illi de
naufragio redonavit Deus, procurator Christiani viri, fratri nostri Posthumiani
esse dicitur, qui eam navem in Brutidum littore, quo possessio senatoris adluitur
adlapsam aviator mari, & sine myoparone pyraticam in terra agere occupavit,
& captam vacuefecit; nam etiam nunc in ipso littore inanis manet, ut damnum
oneris frustra in pelago servati, & in terra perditæ contestetur, deposita jam sa-
pe apud judicem provinciale super hoc latrocinio querela: sed Pharao noster in-
duravit cor suum. Sed vix fiscus, ne dum privati manus abstinuere a capture
& direptione naufragiorum: quo commotus Fridericus II. legem de naufragiis
non attingendis repetit, & pravam consuetudinem legibus adversantem damnavit.
In oriente etiam naufragorum spoliatores acriter repressit Andronicus Comnenus,
proposita pena suspendi e malo navis, vel in littore maris e procera arbore;
Nicetas: οὗτος δὲ ἀλογωστός παρὰ Ρωμαίοις ὡς ἐοίκε μόνοις ἵχιοντος, τὸ δὲ εἴ-
το τοῖς χαμαζομένοις ναῦσι, ὑπὸ πυθμάτων, καὶ φλοίσθων θαλασσίου πλαντύσσεται,
μηδένα ἔχειν τὸν συναρμόνον, καθ' ὃς ἀντὶ λιμνίας ή πότερος ἐνθράσπωνται πύραυλοι
ἐλαύνομεναι, πλανάντον μὲν ἐν καὶ πατεριδῶν χειρεσὶ πότερον ἐκάστε, πῆγε λαχόντας
τὴν δικησίην διασπώντας καὶ διαρτάζοντας ὃ πότερον μηδὲ παρέσυρε θάλασσα, ἐπῳ τοι πρὸς
τὴν πιάντας αὐτοῖς πολὺς αὐτέπιδε, καὶ εἰς πραεῖαν ἄνραι μετέβαλε τὸ πῶν πλοῖον
καταποντικὸν τῶν πλέοντων ὅρμην, ὡς αὐτὸν πολλὸν ἐν εἰς Διομίδαις ἐκείνῳ πῶτο πο-
λεγον ἀρκεῖν, &c. Cum autem apud Romanos, eosque solos, ut opinor, iniquissima
consuetudo valeret, ut naues tempestatisbus in littus ejecte, non modo a ne-
mine adjuvarentur, sed ab accolis quovis turbine sevioribus diriperentur, si qua
fluctus reliqua fesserant, iniquissima ista rationi tam acriter est adversata, ita
pirati-

piraticam illam rapacitatem compescuit, ut hac una res amplissimas ejus laudes complectatur. Necnon Romani Pontifices, ut huic reipublicæ labi mederentur, partes suas interposuere, & naufragorum res religionis præsidio tutas præstare omni studio contendenterunt; Gregorius VII. Et quoniam Dei judicio nonnullos Lib. 5. ep. 14. naufragio perire cognoscimus, & eos quasi legali jam jure, immo diabolico instinctu, ab his, quibus misericorditer sublevari & consolari deberent, depredari conspicimus; statuimus, & sub anathematis vinculo, ut a predecessoribus nostris statutum est, jubemus, ut qui naufragum quemlibet, & bona illius invenerit, secure tam eum quam omnia sua dimittat. Et concilium Lateranense sub Ale- c. 24. c. ex-
xandro III. Illi etiam qui Christianos naufragium patientes (quibus secundum communica-
regularam fidei auxilio esse tenentur) damnata cupiditate spoliant rebus suis: nisi tioni, de rapt.
ablata reddiderint, excommunicationi se neverint subjacere. Jus illud, sive con-
suetudinem naufragii legendi, sui fisci fecerunt etiam Duces & Comites mariti-
morum littorum potentes, ut Duces Armorice, ubi & varech, idest mercium
colligendarum jus dictum, & Anglii Dukes Normanniae & Aquitaniae, hoc ta-
men suadente ecclesia ultro ejurarunt: ut Comes Britonum in synodo Nan-
tensi, auctor est Hildebertus primum Cœnomanensis Episcopus, tum Turonensis
Archiepiscopus, & præses concilii, in epist. ad Honorium II. quam supra atti-
gimus: Si quidem usque in diem præsatij conventus bujusmodi consuetudo in ter-
ra Comitis extiterat, ut decedente marito, vel uxore universa decedentis mobilia
in proprietatem potestatis transirent: præterea quicquid evadebat ex naufragiis to-
tum sibi fiscus lege vindicabat patriæ, passusque naufragium miserabilius violen-
tia Principis spoliabat, quam maris rapina, quam procella; utramque autem ex-
actionem sub oculis totius concilii Comes in nostra manu depositus, postulans in
eos excommunicationis gladium extendit, quicumque aliquando vel manumissa pe-
tere, vel manumissionis plenitudinem imminuere adtemptarent. Mox tamen Co-
mites Armoricos in facinus relapsos colligo ex eo, quod Petrum Comitem pa-
Etis initis anno MCCXXXI. spolium naufragiorum sibi exceperisse palam est apud Argentraeum. Jus naufragii, sive de varech, ultro remisit Richardus I. Rex Lib. 5. histor.
Anglorum cum in expeditionem transmarinam procederet, tam Angliae, quam pro-
vinciis cismarinis, quas jure ducatus, vel comitatus obtinebat; Rogerus Hovede-
nus: Deinde Rex Angliae pro amore Dei, & salute anime sue, & parentum Epist. 65.
suum, quietum clamavit in perpetuum varech per totam terram suam citra ma-
re & ultra; statuens quod omnis naufragus, qui ad terram vivus pervenerit,
omnes res suas liberas, & quietas habeat: si autem in mari mortuus fuerit, filii
vel filia, fratres vel sorores ejus habeant res suas, secundum quod ostendere po-
tentur se esse propinquiores illius heredes: vel si defunctus nec filios, nec filias,
nec fratres nec sorores habuerit, Rex catalla sua (ea sunt mobilia) habeat:
hanc autem quietam clamantium de varech fecit Richardus Rex Angliae & char-
ta sua confirmavit. Naufragiis non parcebant etiam Agathensis Episcopus in ora
maritima Occitaniae, qua de re reus postulatus apud Innocentium III. Roma-
num Pontificem. cap. cum di-
lecti, de ac-
cufat.

C A P U T XIV.

Jus nundinarum.

JURE civili Romanorum, privatis nundinas suis etiam in prædiis instituere mi-
nime permisum, sine Principi, vel senatus auctoritate. A Principe peti-
tolum nundinarum habendarum jus, insinuat Modestinus: *Nundinis a Princi-* in l. 1. ff. de
pe imperatis, non utendo qui meruit, decemii tempore usum amittit. A senatu Nundin.

- Lib. 5. ep. 4. quoque impetratum fuisse hoc jus testis est Plinius in epistola ad Valerianum : *Solers, inquit, vir praetorius a senatu petiti, ut sibi instituere in agris suis nundinas permitteretur.* Atque ita Claudiū Imperatorem, et si legibus solutum, jus nundinarum in sua prædia a consulibus petiisse refert Tranquillus : *Jus nundinarum, ait, in privata predia a consulibus petiit.* Jure Francorum penes Reges fuit jus nundinarum instituendarum : sic privilegio Caroli Magni monasterio sancti Germani de Pratis indultum jus mercati villæ Madriolarum : *Mercatum quoque, ait, omniaque ex omnibus, quicquid dici, aut nominari potest ad integrum ad ipsum sanctum locum, ejusque rectoribus, ac monachis a die presenti tradimus perpetualiter ad possidendum.* Beneficio Dagoberti coenobio sancti Dionysii tributum jus solemnium nundinarum, quas idiotismus vocat, *soire de Lentidet*, quasi indictum. Quid in Anglia? beneficio Edgari Regis accepto latum jus nundinarum monasterii de Ramsey; Matthæus Paris. Eodemque anno per industria abbatis de Ramsey adepta est ecclesia Ramsey nundinas sancti Iovonis plenarias, quas donatione Regis Edgari, & aliorum antiquorum confirmatione obtinuerat. Nosocomio leprosorum apud Parisis ex beneficio regio suppettebat jus nundinarum S. Lazari, sed id a Philippo Augusto redemptum, & forum in urbem translatum; Rigordus : *Idem Rex Parisis a leprosis extra ipsam civitatem manentibus nundinas sibi & suis successoribus emit, & in civitatem, transferri fecit, scilicet in foro, quod Campellis vocatur.* Ex consuetudine Duces & Comites nundinas & mercatus municipiis, vicisque indulgendi jus quasierunt;
- A. C. 1258. A. C. 1180. Robertus Montensis : *Rogerus abbas Becci maximam sumam pecunia dedit Roberto Comiti Mellensi pro mercato, quod fecit in villa Becci.* Et coenobio Gemiticensi in Normannia mercatum tribuit Richardus Rex Anglie, tanquam Dux
- A. C. 1198. Normannie; idem Robertus : *Eodem quoque anno ad petitionem Alexandri abbatis dedit Rex ecclesia Gemeter mercatum apud Duclarum, & chartam fieri præcepit.*

C A P U T X V .

Jus pignorationis, seu represaliarum.

- G**RECS in usu jus fuit, quod *αὐθολίτια* vocabant, prehendendi tres viros civitatis, seu vici, ad quem homicida confugisset, nisi noxa dederetur, vel de eo judicium fieret; Demosthenes : *ἴ μὲν νόμος ἀν μήτε δίνας ὑπόχωσι παροῖς ἀν τῷ πάθεᾳ γέννηται, μήτε τὸς δεδραπότεις ἐνδίδωσι, καλέσαι κατὰ τὸν εἰεὶ τῷ αὐθολίτιον κατὰ τελῶν :* Lex si apud quos cades evenit, neque jus reddit, neque fontes dedant, adversus eos dat trium hominum prehensionem. Cui adstipulatur illud Julii Pollucis : *ἀὐθολίτιον δὲ σταύ τὸς αὐθοφόνος καταφυγόντας ὡς τίνας ἀπαντῶν λαμβάνει ἔξειν ἐν τῷ ἐνδίδοντων ἄχει τὸν τελῶν ἀπαγγεῖν.* Hominum prehensio est quoties quis homicidas, qui ad aliquos confugerunt, postulans non recipit, jus est tres hominesprehendere, ex his qui dedere recusant. Simile fuit & jus moribus introductum apud gentes, pignoris vice capiendi bona insontium, vel non debitorum ob noxam vel as alienum alterius, si juris copia non fieret. Græcis *ἐνεχυμομός*, seu pignoratio. Jus represaliarum vocant, recentiores jurisconsulti: idiotismus jus marchæ; quia in marchis seu limitibus potissimum exercetur. Hoc jure pulsis urbe Tarquinii, Romanorum naves pro bonis Tarquiniorum Cumis Aristodemus Tarquiniorum heres retinuit, auctore Livio: nec alio jure Balearibus bellum indixere Romani, Duce Metello, ob societatem a nonnullis eorum initam cum prædonibus maritimis, culpa a fontibus in innocios translata; Strabo : *κακόρων δὲ τίνεν οἱγανοι κοινωνίας συνηγένειν πρὸς τὰς ἐν τοῖς πελάγεσ τηνασ διεβλήθησαν ἄπαντες· καὶ διέβη Μέτελος*
- in Aristocrat. Onomast. lib. 8.c.6. Nov. Just. 52. c.un.de injur. in 6. Lib. 2. Lib. 3. geo- graph.

ἐπ' ἀντὶς ὁ Βαλεαρίκος προσαγόρεις, ὃς τὰ καὶ τὰ πόλεις ἔκπειται: Cum autem malefici quidam societatem coiissent cum predonibus maritimis, culpati fuerunt universi, ὁ bellum eis fecit Metellus cognomento Balearicus, qui ὁ urbes condidit. Tandem vero hoc ius pignorationis sublatum constitutionibus Imperatorum & lege Gothica; Theodoricus apud Cassiodorum: Dividuntur cause germanis, filius obligationibus paternis si non sit heres, exsurgit; uxor maritalibus debitis, nisi per successionis vincula non tenetur, ὁ audacia ad solutionem trahit extraneos, cum absolvant jura conjunctos. Sed postea recrudescente aei barbarie, cum presalias in usum postliminio revocatae fuissent, his primum liberavit peregrinantes religionis causa Callistus II. concilio Lateranensi: Si quis Romipetas, ὁ peregrinos Apostolorum limina & aliorum sanctorum oratoria visitantes capere, seu rebus quas ferunt spoliare, ὁ novis teloneorum, seu pedaticorum exactionibus molestare tentaverit, donec satisfecerit communione abstineat Christiana.

Immo & capitale judicium tenuit reos pignorationis in peregrinos; Albertus In chron. Argentinensis: Anno jubilei Joannes de Begerheim valens & robustus, in sacra foresta in invasione quorundam Angliae peregrinorum captus cum famulo, licet probationes pro eo offerrentur, quod pignorare voluerit Regem Angliae, in cuius servitio plurima expenderit, decollatur. Clericos quoque, & eorum bona pignorationum lege absolvit Gregorius X. studiosos Fridericus II. Moribus Galliae, Germaniae, & Italiæ represalias exercere, nonnisi permisso Principis, jus fuit: mercatoribus nonnullis potestatem presalias faciendi indulxit Fridericus, apud Petrum de Vineis: Contra rebelles Anconitanos, qui eos disrobaverint, ut verbis auctoris utar. Represalias saltem sine judicis auctoritate minime fieri debere contendit Nicolaus Cusanus, censor sui sæculi: Et statuatur lex, quod nulli licent sub pena furti, vel latrociniis, violenter propria auctoritate ex quacumque causa, alterius bona occupare, aut sibi, aut suis damna inferre per diffidationes; sed omnia fiant judicum auctoritate, qui etiam repressaglias concedere possint contra contumacem. Jus represiarum aliquando etiam ex more a Ducibus & Comitibus impetrari solitum: hoc jure utebatur Comes Flandrensis, donec litteras marchæ ab eo concessas irritas pronunciavit senatus Francorum, decreto anni stylus parlamentorum MCCLXXVII. & Caroli VI. infelicitate summa potestate laborante milites passim jus marchæ in provinciarum finibus sua auctoritate exercuere; Frossardus: Ceux-cy au titre de marque guerroyoient le pays, & les pauvres gens deçà la rivière de Dordogne, & delà.

l. un. C. ut
null. ex vicā.
Nov. Just. 52.
c. 1. & nov.
1344. var. 10.
Can. 16.
tom. 3. conc.
part. 2.

d. cap. un. de
injur. in 6. au-
th. habita, C.
ne fil. pro
patr.
Lib. 5. ep. 48.
Lib. 3. de con-
cord. cathol.
c. 34.

stylus parlam.
vol. 4. c. 12.

CAPUT XVI.

Jus tuitionis.

ROMANIS principale beneficium fuit tuitionis, seu defensionis concessio: hoc nomine solebant privati, ut adversum potentiores se munirent, Principis titulos, seu vela regia prædiis suis affigere, eaque arbitror fuisse purpurea, ut & ea quæ pignoris causa alienis prædiis apponebantur; Agathias, ubi de Anatolio: δη τε αἱ γραπταὶ σαριδεῖ ἐνέργαι δέ τὰ πέμπτα ὑποπόρουρα ἐσ τὸ δὲ αὐτῷ ἀπετελέσθαις ἡ δὴ πολλὰ τοῖς τῷν ἀδαιμόνων ὄχις δαμάζεται: Quodque illæ scriptæ tabella, & subpurpurea vela hunc exitum habuissent, quæ ille frequenter opulentiorum domibus imposuit. Sed quia saepius contingebat hoc fieri inscio Principe, lex emanavit, ne quis privatus titulos prædiis suis imponat, vel vela regia suspendat; scilicet sine præcepto Principis. Verum & tuitio impetrari solita a præfecto prætorio, vel vicario, qui vice sacra judicabat; Symmachus al. Theodosio: Interjectis diebus cum Romam V.C. & laudabilis vicarius commens-

Lib. 5. histor.
Justin.

I. 1. & 2. C. ut
nem. priv. tit.
præd. suis, vel
al. impon.
Lib. 10. ep. 36.

set V. C. causidicus fori mei Celsus, socius ejus, qui debitum refudit impendium, tuitionem contra me & annona prefectum clarissimum virum de sede vicaria postulavit. Gothicis rerum Italiam potitis, tuitionis indulgenda sumnum jus penes se Reges collocarunt, cuius formulam prodidit Cassiodorus. Æque & Francorum Reges, asserto Galliarum Imperio, privatis laborantibus, tuitionem, seu mundeburdiū impendere sui beneficii esse voluerunt; quod insinuat concepta de mundeburdiū Regis formula apud Marculphum: & Ivo Carnotensis iturus ad Philippum Regem, non uno loco petit a Richerio Senonensi, ut securum sibi conductum a Rege impetraret, ob incumbentes infenissimos hostes. Frequens & salutare tuitionis Regiae remedium adversus potentiorum injurias, qua insigniti, in verbo regis positi dicebantur; Gregorius Turonensis: *Rerum etiam preceptio nem tribui jussit, ut in verbo suo posita, a nullo unquam parentum defuncti illius in aliquo molestiam pateretur.* Insigne & Augustarum Galliae decus, verbo securitatem oppressis parare, regiae dignitatis consortio; idem Gregorius Toronensis: *Quoniam Regina Brunichildis in verbo suo posuerat Sicharium; ideo res hujus fisca praecepit, sed imposterum a Flaviano domestico reddite sunt.* Labente ævo securitatem & salvum conductum suis praestandi jus ad se revocarunt Duces, & Comites. Exin notatur Joannes Rex Angliae, & Dux Aquitanorum, quod Hugoni Comiti Marchiae, N. Comiti Engolismensi ad se in jus venturis salvum conductum pernegrarit; Guillelmus Brito:

*Nec salvum præstare viris pendente querela,
Conductum, juris ut postulat ordo, volebat.*

Ep. 26. Et Ildebertus Coenomanensis profecturus ad concilium provinciale, conductum exposcit a quadam Comitissa: *Episcopo Carnotensi, inquit, conductum; sicut fertur, providisti ad concilium profecturo, quod si ita est, præfata gratia beneficium mihi communices exoro.* Salvum conductum & suis præstitarunt Comites Tolosani, & eo nomine guidagia (vestigialis genus est pro securitate viarum afferenda) instituerunt, ut docet nos epistola decretalis Innocentii III. ad Comitem Tolosanum. Eodem jure etiam Comites Armorici in quaestu duxerunt tuitiones & defensiones impertiri negotiatoribus portus suos adnavigantibus, quod jus nominativum sibi exceptit Petrus Mauclercus pacta lege cum D. Ludovico anni MCCXXXI. ex Argentræo. Condicta in Syriam expeditione, novo sane & inaudito antea exemplo, ecclesia sacros milites, & eorum bona tutelæ suæ commendavit, non sine Principis injuria, cuius patrocinio universa res publica, adeoque ecclesia, continetur; Ivo Carnotensis Paschali II. *Qui cum diu inde disceptassent, non potuerunt in unam convenire sententiam, dicentes novam esse institutionem de tuitione ecclesiastica impendenda rebus militum Hierosolymam proficiscentium; neque scire utrum hac tuitio ad solas pertineat proprietates eorum, an etiam pertineat ad casamenta eorum, quæ tenent potentes homines se, & sua fortitudine sua defendentes.* Certe meliori ævo tuitionis concedenda jus alienum ab Episcopo; Principis vero, seu magistratus esse professus Synesius contra Andronicum: προσάντει σοι δέ; βαδίζε παρὰ σὺν ἐπιτροπέουντα σὸν νόμων τῆς πολιτείας τῷ Θεῷ σοὶ δέ, οὐδὲ παρὰ σὺν εἰρέα τῆς πόλεως. Patrono tibi opus est? vade ad eum, qui prefectus est legibus reip. Qua in re tibi Deo opus est; i ad sacerdotem civitatis.


Ep. 173. cap.super qui-
busdam, de
verb. signif.

Epist. 57.

C A P U T XVII.

Jus ressortus.

SUMMÆ potestatis est jus ressortus, idest jus cognoscendi de causis appellatio-
num. Libera republica, lege Valeria cautum, ut ab omni magistratu pro-
vocatio esset ad populum Romanum, penes quem suprema erat potestas: *Ne
quis, hæc sunt verba legis apud Livium, ullum magistratum sine provocacione Lib. 3.
trearet, qui creasset eum, jus fasque esset occidi, neve ea cædes capitalis noxæ
haberetur.* Sed imperio a populo transfuso in Cæsares, ad eos confluxit summa
& judiciorum. In Gallia etiam jam olim a Comitibus & missis dominicis fuit
provocatio ad Regem, non aliter quam ob desidiam judicis; capitulare Ludovi-
ci P. *Populo autem dicatur, ut caveat de aliis causis se ad nos reclamare, nisi
de quibus aut missi nostri, aut Comites eis iusticias facere noluerint.* Verum
labente regia potestate etiam Duces & Comites Provinciales, jus ressortus &
cognitionem de causis appellationum ad suum forum transtulere; ita Petrus Mau-
clerch, Dux Britonum, pactione cum D. Ludovico inita anno MCCXXXI. jus
ressortus & judicium appellationum a senescallos & præpositis ditionis suæ, sibi
nominatim exceptit, salva appellatione ad senatum Francorum, si seignior fuerit
in jure dicundo; qua de re Frossardus: *Vous devez sçavoir que le chef de la vol.4.ch.33.
Duché de Bretagne est de si noble condition, que souverainement nul n' y peut,
ne doit exploiter tant que leur seigneur naturel, c' est à entendre, le Duc de
Bretagne tiendra sa court ouverte pour ouyr droit, ses officiers pour exploiter en
droit, en la terre de Bretagne, & faire ce qu' office demande.* Ressortu gau-
debat Dux Normanniæ, & senatum suum habebat, quem vocabat, scacarium.
Cujus exemplo Regi Navarræ in comitatu Campaniæ, & Bellumontis tributum
jus scacarii semel & iterum habendi in singulos annos, auctore Frossardo. vol.1.c.154.
Exstant & plures tabulae Alphonsi Comitis Piætaviensis & Tolosani, quibus in
concessione feudorum jus ressortus penes se retinet. Eodem jure utebatur Eduar- in chartul. AI-
dus Rex Anglorum, & Dux Aquitaniæ, ita ut non deferret appellationibus, phonf.Com.
quæ ad Regem deferrentur, quo nomine coercitus a Philippo Pulchro, auctore A. C. 1293.
Matthæo Westmonasterensi, & abhinc cum ab Eduardo Principe Walliæ &
Duce Aquitaniæ ob indictum focagium provocatum esset ad Regem, Anglo
contendente jus ressortus ac summæ potestatis Bretiniacensi pactione abdicatum,
merito responsum, non potuisse Regem abdicare imperium sine consensu omnium
ordinum, ut refert idem Frossardus. vol.3.c.246.



DUCES, ET COMITES PROVINCIALES. LIBER TERTIUS.

C A P U T P R I M U M.

Jus in connubia.



lib. regul. tit. 5.
Boet. ad top.
Cic. in loc. a
conseq. Senec.
4. de benef. 35.
Lib. 4.

Lib. 38.

Lib. 39.

ATURÆ regnum a connubio primordia desumpsit: nunc tercia hæc regalium opera a jure in connubia incipiet. Connubium jure civili Romanorum non fuit inter cives Romanos & Latinos, aut peregrinos, nisi a lege datum esset; Ulpianus: *Connubium habent cives Romani cum civibus Romanis; cum Latinis autem & peregrinis ita, si concessum sit.* Hinc Canulejus Tribunus plebis, dum legem de communicandis patriciorum plebejorumque coniugiis suadet, commodum hoc usus argumento apud Livium:

Altera lege connubium petimus, quod finitimiis externis dari solet. Et ut justas civibus Romanis nuptias cum Latinis & peregrinis sine beneficio legis vel SC. non fuisse intelligas, Campanos restitutos in gratiam cum Romanis, jus connubii cum civibus Romanis a senatu petuisse; auctor est Livius: Campani, cum eos SC. censores Romæ censeri coegissent (nam antea incertum fuerat ubi censearentur) petierunt, ut sibi cives Romanas ducere uxores liceret, & si qui prius duxissent, ut habere eas, & ante eam diem nati, uti justi sibi liberi, heredesque essent. Pari & instituto libertinis connubium cum ingenuis non fuit, nisi ex beneficio Fecenæ Hispalæ libertinæ ob indicium sœvæ conspirationis bacchanalium, SC. datum, ut sibi tutorem optaret quem vellet, eique ingenuo nubere liceret: Utique, inquit Livius, Fecenia Hispalæ datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio item esset, quasi ei vir testamento dedisset, utique ei ingenuo nubere liceret, neu quid ei, qui eam duxisset, ob id fraudi, ignominie esse.

Quir.

Quin & Macedonia Paulo Duce in populi Romani potestatem redacta , & in tetrarchias divisa , connubium Macedonibus inter se vetitum extra fines sua cuique regionis , ne nuptiarum foedere in res novas , & libertatis studium coirent :

Pronunciat deinde , ait Livius de Paulo , neque connubium , neque commercium agrorum , adficiarumque inter se placere cuiquam extra fines regionis sua esse .

Intellexere scilicet sapientissimi viri fortissimum esse reipublicæ vinculum connubiorum foedus , cum corporibus misceri animos ; quo & consilio Lydis , Medisque jam olim placuit solemnia inter se foedera nuptiarum nexus sanciri : ἀνδρῶν ἵχυρις συμβάσεις ἵχυραι ἢ θέλεσοι συμμίγεναι . Sine vehementi necessitudine conventiones stabiles iniri nequeunt , ut refert Herodotus . Republica inclinata in Cæsares , illustrium nuptias & hi sui arbitrii fecerunt : Tiberii offensionem contraxit Sejanus , quod de Liviæ nuptiis inscio Principe cogitasset , ut scimus ex Tacito . Hoc forte intellexit poeta cum humana ad Deos referens Lachesim e Parcis unam Plutoni nuptiarum desiderio astuanti , & ad raptum Proserpinæ properanti consulentem affinxit , ut a Jove uxorem posceret :

Posce Jovem dabitur conjux.

Herod. lib. 1.
v. Plut. in
Dion. Joseph.
lib. 66. c. 11.
lib. 4. annal.
Claudian. lib.
1. de rapt. Pro-
serp.

Nuptias sui arbitrii fecit & Theodora conjux Justiniani ; Procopius : καὶ τὸς γάμους ἄποντας τὴν θείαν ἐξεσίᾳ ποὺ διφέντω : Connubiale jus totum penes se esse voluit . Hoc jure usi & posteriores orientis Imperatores , regiarum & illustrium

puellarum impares nuptias sine assensu suo contractas irritas habuerunt ; Balliamo in canonicanam epist. Basili ad Amphiphochium :

Ἐκ ἔρρωται ὁ γάμος ἢ δυγα- Can. 41.

τέρος , ἢ ἐγόνις τῷ αἴτιοματικῷ πρὸς ἀπελθέρον ἢ χωνικὸν , ἢ χωνικὸν ὑστὸν ἢ χυ-

ρικὸν . ὁ δὲ κράτας καὶ ἄγιος ἱμάντων Βασιλέως διαφόρων συνοικέσθαι Ὀγενῶν συ-

ναρθεσῶν ἀνδράσιν Ὀγενέσται διέσπασε , καὶ τὸς συναφθέντως μεγάλως ἐκόλασεν ,

οἷον τι πεποίηκε καὶ εἰς τὸν Βασιλικὸν γραμματικὸν κύρον Θεόδωρον τὸν Μεσαρίτην

οὐ Σεβαστὸν τῷ Βριεννῷ τῇ δυγαστέρᾳ χωρεῖ εἰδήστως Βασιλικῆς εἰς γυναικα λαβόνται :

Non est validum matrimonium filia , vel neptis viri senatorii cum libertino vel

scenico , vel scenici , aut scenica filio . Potens autem ὁ sanctus dominus noster ,

ὁ Imperator cum nobilium aliquot mulierum cum viris ignobilibus contracta es-

sent matrimonia , ea separavit , ὁ separatos valde puniit ; ut fecit in regium

dominum Theodorum , Mesaritemque , qui Augusti Brienni filiam absque Impe-

ratoris scientia in uxorem accepérat . Ceterum nuptiae inter privatos liberæ fue-

re , & in arbitrio parentum positæ , in quorum potestate erant contrahentes , &

constitutionibus damnatae nuptiae rescripto Principis ambitæ . Moribus nostris Re-

giorum liberorum , & illustrium personarum nuptias sine consensu suo depactas ,

vix tulere divini Principes , majestatis tenacissimi vindices . Invitus tonfus , &

in clericorum ordinem deportatus Merovæus , natu major Chilperici filius , quod

inscio parente uxorem duxisset Brunichildem Sigeberti patrui viduam , eoque no-

mine in concilio Parisiensi exauktoratus Prætextatus Episcopus Rhotomagensis ,

quod eos conjunxit , ex Gregorio Turonensi , & Aimoino . Ad necem usque

faviiit in Chramnum Clotarius pater , quod se inconsulto uxorem duxisset Cal-

ten Willecarii Aquitanorum Ducis filiam , ut colligere est ex iisdem Gregorio

Turonensi , & Aimoino . Tertio post excurrente sæculo Judith , Caroli Calvi

filia , primum Edilulfo Anglorum Regi nupta , quo defuncto , cum rediisset in

Galliam , Balduini Ferrei Comitis Flandriæ nuptiis clam patre consensit ; sed

Ludovico fratre , ut ferunt connivente , judicium de raptu legibus peractum ,

additæ diræ canonicæ ; Balduinus Caroli metu in Lotharii regno delituit , donec

Carolus Nicolai Papæ precibus motus , annuit ut solemnes nuptiae Antissiodori

celebrarentur , ut liquet ex Hincmari epistola ad Nicolaum apud Flodoardum ,

& ex Caroli Calvi capitulis . Abbatii & aliis beneficiis dominicis multata Ger-

berga Ludovici Transmarini mater , quod clam enupsisset Herberto Comiti Vi-

l. 1. & 2. C. si-
nupt. ex re-
script. pet.

Marcus part.

2. decisi. 306.

Gregor. Tur.

lib. 5. c. 18.

Aimoin. lib.

3. c. 21.

Gregor. Tur.

lib. 4. c. 20.

Aimoin. lib.

2. cap. 30.

Flodoard. lib.

3. c. 12.

Capitul. Ca-

rol. Cal. c. 30.

A. C. 951.

in vit. Ludov.
Crass. p. 122.

Epist. 224.

A. C. 1131.

Nicol. Egid.
in Philipp.
Pulchr.Chro. Flan.
cap. 34.Juvenal. de
Ursin.A. C. 1380.
Lib. 4. c. 45.

Can. 22.

romanduorum; Flodoardus: Gerberga Regina mater Ludovici Regis egressa Lauduno, conducebitibus se quibusdam tam Heriberti, quam Adalberti fratris ipsius hominibus, ad Heribertum proficisciatur, qui fuscipiens eam dicit in conjugem; unde Rex Ludovicus iratus, abbatiam sancte Mariæ, quam ipsa Lauduni tenebat, recepit, & Gerberga uxori sua dedit, fiscum quoque Atoniacam suo dominio subdidit. Perfidiae labe notatus Fulco Comes Andegavensis, quod filiam Wilhelmo Regis Anglorum filio elocasset in matrimonium, inconsulto Ludovico Francorum Rege; Sugerius abbas: Comes etiam Andegavensis Fulco, cum & proprio hominio, & multis sacramentis, obsidum etiam multiplicitate Regi Ludovico confederatus esset, avaritiam fidelitati preponens, inconsulto Rege, perfidia inflammatus filiam suam Regis Anglici filio Guillermo nuptui tradidit, & compactas sacramento inimicitias, tali cum eo amicitiae commotus copula fraudulentus dissoluit. Ludovicum junorem exacerbavit Theobaldus Comes Campanie, quod filium despontasset natæ Comitis Flandrie, filiam Comiti Sueffionensi, & nuptiis intercessit, adumbrato cognitionis obtenuit, quod audaciore forte stylo damnat Bernardus in epistola ad Stephanum Prænestinum: Præterea Rex nobis quidem non parum laborantibus pacem cum Comite Theobaldo fecerat, firma, ut putavimus, amicitia feedus inierat, & ecce occasiones quarit quomodo recedat ab amico, atque hoc grande crimen quod impingitur Comiti, quia cum Baronibus Regis, de liberis suis contrahit matrimonia: suspecta est illi dilatatio charitatis, nec se putat Regem si se amaverint Principes. Conspiciat prudentia vestra quid anima erga subditos gerat, qui de odio atque discordia si fuerit inter suos se estimat fortiorum; qua fronte, obsecro, tantopere aliis prescribere de consanguinitate? laborat homo, cum sua, quod palam est, tertio consanguinitatis gradu ferme permanens consobrina; & quidem inter filium Comitis Theobaldi, & Comitis Flandrensis filiam; & item inter Comitem Sueffionensem & filiam Comitis Theobaldi, si consanguinitas sit nescio; scienter enim illicita matrimonia, nec laudavi unquam, nec laudo; sed sciatis vos, & sciat Dominus meus prohibere horum nuptias, si quo modo conjungi fas fuerit, exarmare ecclesiam est, & multam illi subtrahere fortitudinem, nec aliam puto adversantium ipsis nuptiis intentionem, nisi ut in terris prefatorum Principum non possint habere refugium quicumque audebunt contradicere schismati quod minantur. Cruentas similitates cum Henrico Duce Normannorum, ac cum Rege Anglorum exercuit idem ipse Ludovicus, quod is Eleonoram uxorem a se dimissam clam se inscio duxisset, & cum ea Aquitaniam ereptam & lethale reipublicæ vulnus inflictum doluit; chronicon Normanorum: Circa pentecostenum Henricus Dux Normannia sive repentina, sive præmeditata consilio duxit Alienor Comitissam Pictavensem, quam paulo ante Rex Ludovicus propter consanguinitatem dimiserat: quo auditio Rex Ludovicus commotus est contra eundem Ducem; habebat enim duas filias de ea, & ideo nolebat ut ab aliquo illa filios exciperet, unde predicta filia sua exheredarentur. Ægre & indignanter tulit Philippus Pulcher, quod Guido Comes Flandrensis Philippiam filiam Eduardo Regi Anglorum nuptum pepigisset, se inscio, & ut spem nuptiarum dissolveret, filiam evocavit cum patre, & patre dimisso eam apud se detinuit, donec puella tædio custodiæ, & regiae conditionis elapsæ tabefacta interierit, ut narrant Nicolaus Egidius, auctor chronici Belgici, & alii ejus vi Scriptores. Iratum habuit Carolum VI. Comes sancti Pauli, quod ignorante Rege nuptias contraxisset cum sorore Richardi Anglorum Regis, vixque Regi conciliatus; teste Juvenale de Ursinis. Gliscente jam olim in connubia hac lue, sapient ex rescripto & præcepto Principum conciliabantur nuptiæ, absque parentum arbitrio; Gregorius Turonensis: At ille regressus ad Regem, præcepitionem ad judicem loci exhibuit, ut puellam hanc suo matrimonio sociaret, dicens quia dedi arrham in desponsatione ejus. Hoc reipublicæ probrum passim detestati Galliarum patres; concilium Aurelianense IV. Ut nullus per imperium potestatis

testatis filiam competere audeant alienam, ne conjugium quod contra parentum voluntatem piam copulatur, velut captivitas judicetur. Parisiense III. Hoc uni-
versitas praecavere quoque debet, tam sacerdotes, quam Principes, omnisque popu-
lus, ut nullus res alienas competere a Regis audeat potestate, nullus viduam,
neque filiam alterius extra voluntatem parentum aut rapere presumat, aut Regis
beneficio estimet postulandam. Diviso a Carolo M. inter liberos imperio, per-
missae nuptiae inter illorum subditos, ut nuptiarum commercio pax inter eos fo-
veretur; testamentum Caroli M. Si quae autem feminæ, sicut fieri solet, inter
partes & regna fuerint ad conjugium postulatae, non denegentur justæ poscenti-
bus, sed liceat eis vicissim dare & accipere, & affinibus populos inter se socia-
ri: ipse vero feminæ potestatem habeant rerum suarum in regno unde exierant,
quamquam in alio propter mariti societatem habitare debeant. Interdum vero
provincialibus lapsis a fide ademptum jus connubii citra consensum regium in
pecuniam perduellionis; ut Pictavensibus a Ludovico IX. armis ab Anglo rece-
ptis, perpetua hæc servitutis nota inusta, ne filias domi nuptum darent conter-
raneis, vel aliis quibusque, nisi consentiente Principe; Matthæus Parif. Pro-
fluenticibus autem temporum illorum curriculis, miseri, nec miserabiles Pictavenses, in Henr. III.
quibus innata est proditio, adeo in conspectu Francorum obfonduerunt, quod filias
suas nuptui tradere, nisi de licentia Francorum, nec sunt ausi, nec permittebantur,
& dominantibus eis, qui eos oderunt, ultimæ facti conditionis, fructus viarum
suarum sub jugo multiplici Ægyptiæ servitutis merito reportarunt. Et idem
Matthæus Westmonasteriensis expressius: Recepitis igitur homagitis magnatum Pi-
ctavie & suis naturalibus hominibus, ac fidelibus in castris eorum positis ac ci-
vitatibus, ut ipsis præsenter, & eos regerent, Rex in Franciam remeavit, & in
brevi sanitati restitutus, Pictavenses jussit ultimis traditos conditionibus arctissi-
me custodiri: unde datum est eis jam pro lege, ut nec nuptui filias suas tra-
dant, nec de una civitate in aliam sine Francorum licentia. Moribus Germano-
rum, ut externa cum nostris comparemus, damnatae illustrium personarum nup-
tiae sine Imperatoris nutu contractæ. Proscripta ab Henrico III. Imperatore,
Beatrix vidua Bonifacii Marchionis Italici, quod inscio Principe nupsisset Gode-
frido Lotharingiæ Duci perduelli; Lambertus Schafnaburgensis: Beatrix quoque, De reb. gest.
dissimulato metu, Imperatori obviam processit, & vix impetrata dicendi copia, German. 1055.
aut nihil se egisse, præterquam quod jure gentium sibi agere licuisset, destitutam
se priori marito, desolata domui patronum paravisse, & ingenuam ingenuo sine
foco nefariae cuiusquam machinationis; nec aqui nec boni memorem eum esse, si
id sibi pace ejus non liceret, quod in imperio Romano feminis nobilibus semper
licuisset. Imperator itaque, accepto a primoribus consilio, Godefridum crimine ab-
solvit, non tam probans satisfactionem ejus, quam metuens, ne malis recentibus
exasperatus, Nortmannis infestantibus Italianam Ducem belli se præberet: Beatri-
cem tamen quasi per deditonem acceptam secum abduxit, hoc illi culpa objiciens,
quod contractis se inconsulto nupiis, hosti publico Italianam prodidisset. Constitu-
tione Friderici II. feudum committi placuit, si Comes, Baro, vel miles uxori-
rem ducat, filiamve collocet sine regis assensu: quod paulo temperatum consti-
tutione Caroli II. & Honorii IV. ex Matthæo de Afflictis. Æque apud An-
glos, Gallorum moribus legibusque imbutos, prohibite illustrium puellarum
nuptiae sine consensu Principis, constitutione Henrici I. quæ refertur apud Mat-
thæum Parif. Et si quis Baronum, vel aliorum hominum meorum filiam suam
tradere voluerit, sive sororem, sive neptem, sive cognatam, mecum inde loquatur;
sed neque ego aliquid de suo pro hac licentia accipiam, neque defendam ei quin
eam det; excepto si eam dare voluerit inimico meo: & si mortuo Barone, vel
alio homine meo filia heres remanserit, dabo illam cum consilio Baronum meorum
cum terra sua, &c. Ideoque conditions de nuptiis Henrici Comitis Erbicensis,
cum nata Ducas Borbonii, non audiit Carolus VI. priusquam ille eum Rege

Anglorum domino suo in gratiam rediisset, ejusque assensum meruisset; aucto-
vol.4.c.103. re Frossardo. Porro Duces & Comites ut semel patefacto aditu ad regalia, in
ea agmine facto irruerunt, in colonorum & clientum nuptiis eandem pot-
statem tentarunt, qua in ipsos Rex potiretur. Moleste tulit Eduardus Princeps
Walliæ & Dux Aquitaniae, quod Lebretius dynasta Aquitanus uxorem du-
xisset sine ejus consensu, referente eodem Frossardo. Moribus passim seniores
Franci subditorum nuptias in potestatem suam redegerunt, saltem vestigali ob-
noxias esse voluerunt, si forte enuberent extra ordinem, quod in idiotismo vo-
camus, *foris maritagium*, ex consuetudine Trecensi, & aliis. Nec est quod mi-
remur vestigal nuptiarum; hoc enim genus indisti primum a Caligula institu-
tum, ex Tranquillo: acerbissime exactum scimus etiam a colonis prædiorum
in ecclesiæ Romanæ, donec huic modus impositus ad solidum a piissimo Pontificum
Gregorio I. ut constat ex ipsius epistola ad Petrum subdiaconum defensorem
in Calig.c.40. Siciliæ: *Pervenit etiam ad nos, quod de nuptiis rusticorum immoderata commoda*
Consuet.Trec.
art. 3. & ibi
Pith.Ragueau
in indic. reg.
in verb.forma-
Lib.1. ep.42.
Lib. 12. hist.
Scot.id.Polyd.
Vergil. lib.10.
hist. Anglic.
Lib.5.de gest.
Reg. Anglor.
Lib.3.var.c.5.
Lib.5. c.32.
Lib.2. c.3.
re Frossardo. Porro Duces & Comites ut semel patefacto aditu ad regalia, in
ea agmine facto irruerunt, in colonorum & clientum nuptiis eandem pot-
statem tentarunt, qua in ipsos Rex potiretur. Moleste tulit Eduardus Princeps
Walliæ & Dux Aquitaniae, quod Lebretius dynasta Aquitanus uxorem du-
xisset sine ejus consensu, referente eodem Frossardo. Moribus passim seniores
Franci subditorum nuptias in potestatem suam redegerunt, saltem vestigali ob-
noxias esse voluerunt, si forte enuberent extra ordinem, quod in idiotismo vo-
camus, *foris maritagium*, ex consuetudine Trecensi, & aliis. Nec est quod mi-
remur vestigal nuptiarum; hoc enim genus indisti primum a Caligula institu-
tum, ex Tranquillo: acerbissime exactum scimus etiam a colonis prædiorum
in ecclesiæ Romanæ, donec huic modus impositus ad solidum a piissimo Pontificum
Gregorio I. ut constat ex ipsius epistola ad Petrum subdiaconum defensorem
in Calig.c.40. Siciliæ: *Pervenit etiam ad nos, quod de nuptiis rusticorum immoderata commoda*
percipiantur, de quibus præcipimus, ut omne commodum nupitarum unius solidi
summam nullatenus excedat. Deterior longe, ac foedior apud Scottos viguit con-
suetudo, ut dominis & præfectis sponsarum integritatem uno coitu experiri li-
ceret; sed ea tandem a Malconio III. Rege sublata, suadente sanctissima uxo-
re Margareta, & pudicitia nummo redempta; Hector Boethius: *Illud vero in-*
ter cetera haud indignum memoria existimem, abrogatam peccatum eam ac pe-
silentem consuetudinem olim ab Eueno tyranno ethnico inductam, ut domini, præ-
fectorie in suo territorio sponsarum omnium virginitatem prælibarent, dimidiata ar-
genti marcha unam noctem a præfectorum uxoribus redimente sponsa; quam etiam m-
nun pendere coguntur, vocantque vulgo mulierum marketam. Nec dissimilens
est quod haud longe a Lovenio in pago fit quodam, ubi suæ sponsæ stuprum
sponsus a loci præfecto redimit, qua servitute nulla unquam fando major est au-
dita.

C A P U T II.

Corona patriciorum, Ducum, & Comitum.

NON soli Reges coronantur, coronas gestarunt & patricii, & post eos Duces,
Comitesque provinciales; has patriciatus insigne fuisse observo ex Cassio-
doro in formula patriciatus: *Sume post consulares fasces emeritos patriciatus in-*
signia, tuarum munus plenarium dignitatum, & cani honoris insulis adulatam
cinge cæsariem. Hujusmodi haud dubium fuisse coronam, quam ab Anastasio
Clodovæus accepit, patricius enim ab Augusto salutatus. Cujus dignitatis fue-
rit patricia corona, satis colligo ex eo, quod Imperatores ipsi post imperatoriam
coronam, patriciam non rejecerunt; Willelmus Malmesburiensis: *Imperatori au-*
tem (Henrico V.) exeunti de camera, & suis regalibus exuto, occurserunt Ro-
mani patricii cum aureo circulo, quem imposuerunt Imperatori in capite, & per
eum dederunt sibi sumnum patriciatum Romæ urbis, communis consensu omnium
& volenti animo. A patriciis, ni fallor, deducta stemmata ad Duces & Co-
mites, insana dignitatis æmulatione. Corona Ducali adornatus Boso a Carolo
Calvo Dux Papiensis institutus; Aimoinus: *Roma exiens Papiam rediit (Ca-*
rolus Calvus) ubi & placitum suum habuit, & Bosone uxoris suæ fratre Du-
ce ipsius terre constituto, & corona Ducali ornato, cum collegis ejus, quos idem
Dux expetiit, in eodem regno relictis, acceleravit. Corona ornamenti fulsit &
Conanus Dux Britonum; Glaber: *Horum scilicet Britonum aliquando Princeps*
exitit quidam, Conanus nomine, qui etiam accepta in matrimonio Fulconis An-
dega-

degenorum Comitis sorore, ac demum insolentior ceteris sua gentis principibus coepit existere; nam more regio imposito sibi diadema in sui anguli popello, plurimam inconsulte exercuit tyrannidem. Solemni coronationis & pontificia benedictionis inauguratione cum Regibus pene certarunt Duces Normanniae; Rogerus in Joanne Hovedenus: Deinde idem (Joannes scilicet, postea Rex Angliae) venit Rhodium, A. C. 1199. die dominica in octavis pascha, videlicet septimo kalendas maii, idem Matti. festo S. Marci evangelista accinctus est gladio ducatus Normanniae, in matrici ecclesia per manum Walteri Rhotomagensis Archiepiscopi, & predictus Archiepiscopus posuit in capite Dux circulum aureum habentem in summitate per circumfum rosas aureas: & ipse Dux coram clero & populo juravit super reliquias sanctorum, & super sacraevangelia, quod ipse sanctam ecclesiam, & dignitates illius bona fide, & sine malo ingenio servabat illas. Per virgam & pileum investituram assecuti Angli Duces Aquitaniae; Thomas Walsingam: in Rich. II. Eodem anno in parliamento Londoniis dominus Joannes Dux Lancastriæ factus est A. C. 1390. Dux Aquitanie per virgam & pileum prebitis manu Regis.

C A P U T III.

Jus armorum, sive insignium. Jus lithrae.

LONGE a vero aberrant, qui gentilitia nostrorum scuta, suis distincta coloribus & metallis signis, ad veterum stemmata referunt; nihil enim aliud stemmata his fuere, quam tabellæ appositæ imaginibus majorum, cujusque nomine inscriptæ, ut illo loco Plinii: Expressi cera vultus singulis disponebantur armariis, ut essent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera, semperque defuncto aliquo totus aderat familie ejus qui unquam fuerat populus: stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas. Adstipulatur & alter Seneca: Qui imbernes in atrio exponunt, & nomina familiæ suæ longa ordine, ac multis stemmata lib. 35. c. 2. tum illigata flexuris in parte prima aedium collocant, noti magis quam nobiles lib. 3. de be- nef. cap. 28. V. Juvenal. sunt. Vero similius gentilitia insignia in scutis depingendi usus ducatur e Rosatyr. 8. manorum militia, & pictis scutis militum; horum scilicet picta erant scuta, variisque signis editorum facinorum argumentis intexta; Vegetius: Sed ne milites, inquit, aliunde in prælii tumultu a suis contubernalibus aberrarent, diversis cohortibus diversa in scutis signa pingebant, quæ ipsi nominant sequata, sicut etiam nunc moris est fieri. Et Claudianus:

- - - - Nomenque probantes,
Invicti, clypeoque animosi teste Leones.

Et ante Virgilius:

Lib. 7. Eneid.

- - - - Et picti scuta Labici.

E contra tyronum pura erant scuta, iest non picta, ut illo loco Virgilii:

Lib. 9. Eneid.

- - - - Parmaque inglorius alba.

Primus Principum Augustus scuto pilam affixit, ut imperii Romani non alios, Lib. 18. orig. quam orbis terminos signaret, si fides Isidoro Hispalensi. Jam olim vero insignium studiosissimi fuere Galli & Germani. Ovum insigne Druïdis, velut initium rerum omnium symbolum, memorat Plinius: Vidi equidem, inquit, id ovum ovum genera-

tionis rerum mali orbiculati medici magnitudine, crusta cartilaginis, velut acetabulis brachiorum polypi crebris, insigne Druidis. Navim insigne prætulere Germani; Tab. Plut. 2. pars Sueorum & Isidi sacrificat; unde causa & origo peregrino sacro sympos. c. 3. de morib. parum comperi, nisi quod signum ipsum in modum liburnæ figuratum docet advectionam religionem. Romanis, ut ex imperii notitia liquet, certi non fuere colores & metalla insignia: posterioris ævi inventum est, quod certos his colores, & metalla, nescio qua superstitione, dicavit, & scrupulosam hac de re artem instituit: metalla sunt aurum, & argentum; colores, coeruleus, viridis, idiotismo sinople: rubeus, quem gueules, vocant; niger, quem nostri sable: unde gueules, dici amet rubeus color, anxie quæsiere multi, sed infelicitter, dum vocem domi natam, peregre nimium inquirunt, & in remotis perspicaces, in propioribus lippunt: ridebis si rubeum colorem gulæ dixero, nativo gulæ colore; sed primum ecce Bernardus Clarævallensis hujus conjecturæ locuples suffragator, in epistola ad Henricum Senonensem Arciepiscopum: *Horreant murium rubricatas pelliculas, quas gulæ vocant, manibus circumdare sacras.* Sabulum vero, quod est nigrum, non a sabulo deflexum, sed a muribus Ponticis nigri coloris, quos vocant martras sabelinas, vel sabelinas: diutius mortis sinopii, quod est viride origo; sed in hunc diem me effugit, nisi forte ex errore natum lubet, & sinopim (quæ est Græcis Asiaticis minium Cappadocium, a Sinope urbe, ad quam commercii causa convehebatur, teste Strabone, & Plinio) a Francis per Græciam & Asiam peregrinantibus hellenismi insititia ad viride detortum. Hoc vero satis notum est, gentilitia scuta summo Gallis, Germanis, & Anglis in cultu fuisse, & præcipue ab ævo Ducum &

Epist. 42.

Strab. lib. 12.
Plin. lib. 35. c.
6. & 7.

A. C. 1254.

Lib. 3. Philipp.

Comitum, virorumque fortium ornamenta, tum in bello, cum in pace; Matthæus Paris. *Epulabantur autem, inquit, in majori regia templi,* (intellige domum templariorum Parisiensium) ubi videlicet pendent clypei, *quotquot possunt circumquaque in quatuor parietibus, secundum consuetudinem ultramarinam, inter quos apparuit clypeus Regis Richardi Angliae.* Jaftatur hodieque gentilitium Arundeliorum Comitum scutum, quo velut cælo libero gaudent argenteæ hirundines, in quas carmine lusit Guillelmus Brito, quo loco Guillelmum Comitem Arundelium pernicius ea alite, quam in scuto gestabat in Gallum involantem depictum:

*Ut Comes erecta Guillelmus comminus hafta
Vidit hirundelæ velocior alite, quæ dat
Hoc agnomen ei, fert cuius in agide signum
Se rapit agminibus mediis.*

in chron. Ci-
tizen.

Adeoque insignia gentilitia deperiere Duces & Comites, ut in æterna pietatis argumenta sacris ædibus a se constructis inscribere gestierint; Paulus Langius de ecclesia Nuenburgensi: *Plures equidem, inquit, habuit fundatores, & hos quidem Comites, ut est in præfens cernere in ecclesia eadem in imaginibus calatis Comitum, qui fundatores fuisse inscriptione clypearum demonstrantur.* In funeribus prælata gentilitia insignia, & quidem deorsum versa, ut in funere Joannis Bohemi; Albertus Argentinensis: *Anglus autem post recessum inimicorum, videns Joannem Regem Bohemiae occisum, dolens super eum dixit, &c.* Et inox-
vol. 2. c. 78. *Celebratisque solemnissime exsequiis ejus, ipsum in Lutzelburg cum duodecim de-
xtrariis habentibus arma Bohemiae deorsum versa transmisit.* Sane secus versa proscriptorum insignia in signum turpissimi funeris; Frossardus: *Le Duc de Lan-
castre se retira en Angleterre durant la furie de ces mutins, qui brûlerent sa
maison de Londres sur ce prétexte, & firent courir le bruit qu'il s'estoit tourné
Escouois, dont on renversa les armes en aucun lieu d'Angleterre, comme s'il
fut esté traître.* Natu majorum vero insignia jam pridem plena; juniorum fra-
cta,

Sta, ut loquuntur, & aliquo signo distincta; Frossardus de Episcopo Norduviensi: *Et pour briser ses armes, car il estoit le puisnay, il portoit une bordure de gueules.* Eo tandem irrepit animis gentilitiorum armorum studium, ut Clemens VI. Romanus Pontifex, Gallicæ labis non expers, privata familiae insignia, novo exemplo, bullis Pontificis addiderit; Albertus Argentinensis. *Hic in chronic.*

Papa cum arma progenici sue haberent quinque rosas, contra morem antecessorum totidem rosas ponit in bullæ. Moribus & nostris (ne hoc sileam) patronos & capitales dominos luget ecclesia fasciæ, seu vittæ funebris schemate gentilitii distincto stemmatis circumquaque cincta, lithram vocitant vulgo, satis recens inventum, & vix alibi auditum, quam in nonnullis consuetudinibus. Vocis etymon a litura duxit Marescallus, sed spongia, lituraque vere digna notatio: vero proprius lithrae matricem dixerim Græcum λιθραν quod circulum & coronam significat, unde & clericorum corona Constantino in epistola ad Sylvestrum, & Balsamoni παπαλήθρα dicitur, nam hujusmodi vittæ seu limbi genus ecclesiam ambit corona in speciem.

vol.2.c.134.

in chronic.

Consuet. Tu-
ron. art. 60.
Lodun. c. 5.
art.2.
apud Balsam.
in nomoc.
Phot.tit.8.c.1.
Synod. 6. in
Trull.c.21.

CAPUT IV.

Jus sigilli authenticæ.

SUBLIME imperii, & jurisdictionis argumentum, sigillum authenticum, quod Principis, vel minoris potestatis imagine & nomine in orbem ducto insignitur, sed metalli genere varium pro dignitate personarum. Bullæ, seu sigillo aureo usi sunt Imperatores & Reges; de Imperatoribus Zonaras: ὁ δὲ Θεόφιλος, καὶ ἐντέτο διὰ τὸν Μανουὴλ, καὶ ἐφόρουσεν ὅπως αὐτὸν ἐκάθισ μεταπολέσσηται πίσεις ἐν ἀντῷ, καὶ διὰ ὅρης, καὶ διὰ ἔγγραφος χρυσοσημάντα μετὰ πνὸς μοναχῆς στίλας ἐπανελθεῖ προερέπτω: Theophilus autem Manuelis fugam agre ferens, de eo revocando cogitabat: scribit igitur ad eum litteras, quibus jurejurando fidem suam ei obstringebat, easque aureo sigillo confirmatas, per monachum quendam ad eum mittit, hortans ut redeat. Cedrenus: ἐδέξατο τὸν λόγον ὁ Βασιλεὺς, καὶ χρυσοβελκέοις γραφῖς ἐπιβεβαοῦ: Hanc conditionem Imperator accepit, in Constanti- aureaque bullæ firmauit. Nicetas: ὁ δὲ δὴ μέγας Δομέσιος ἢ τὸν Βασιλέων φυλακῆς ἐπικελθεῖς, καὶ δὲ τὸν Βασιλέων Μανουὴλ παρὰ τῶς αὐτοῖς ἀναγορέσσεως γράμματος ἐρυτροσημάντον σφραγίδι τε χρυσεῖ, καὶ σπειραῖ νήραν ἐμπεδον κόνγκρον αναδεδεδμένῳ ἀματη τῷ κλύρῳ τῷ μηγάλῳ νεῳ ἐπιδίδωσι, &c. Magnus domesticus custodia palati intentus, atque id agens ut Manuel etiam a civibus Imperator salvaretur, litteras rubro, aureaque sigillo, & serico filo munitas, & conche sanguine pictas clero magni templi offert. Phranzes: Ὁ Imperator manu sua evidente tres cruces cinnabari in fronte bullæ ad confirmationem pro consuetudine exprimit, bullamque auream in manus legato tradit. Tranflato a Græcis ad Germanos imperio, etiam sigillum aureum cum aliis imperii insignibus ab his usu vindicatum; Leo Ostiensis: *Hic primo ordinationis sue anno præceptum confirmationis ab Othono III. Imperatore suscepit aureo sigillo bullatum.* Et alio loco: *Hic Conradus Imperator apud Beneventum, præceptum aureo sigillo bullatum, iuxta priorum Augustorum morem, de universis monasteriis juribus fecit.* In utraque vero aula logotheta, seu cancellarii, fuit aureas bullas componere; Cœpalates: ὁ μέγας Δογοθίτης διεπάττει τὰ περὶ τὸν Βασιλέας ἀποστόλουν προσάγματα, καὶ χρυσόβαλλα πρὸς τὴν Πίνακα, Σελαῖνας, καὶ Τοπάρχες: *Magnus Logotheta disponit mandata ὡραῖα bullas aureas, quæ ab Imperatore mittuntur ad Reges, Sultanos, & Toparchas.* Exin formula Friderici II. electionis ducatus Austriae in regni apicem, quæ tamen eventu caruit, aureo sigillo obsignata *Ie-*

cap.2. de fid.
instrum.

in Theophilo.

in Constanti-
no Mono-
mach.

in Manuel.
Comn. lib. I.
V.l.sacri affa-
tus, C.de di-
vers. rescrip.
Lib.3. cap.4.

Lib.2. chron.
Caf. c. 22.
id.lib.2. c.67.

de offic. Con-
stant.

- Lib.6.ep.26. gitur inter epistolas Petri de Vineis ipsius cancellarii: *Ad cujus rei memoriam, & robur perpetuo valitum, praesens privilegium fieri, & bulla aurea sigillo nostrae maiestatis impressa jussimus communiri.* Sigillum aureum sibi arrogarunt & Reges; Robertus Montensis: *Willemus Rex Siciliae fecit chartam fieri Joanna Regine sue uxori, de dotalitio suo, &c.* Et mox: *Ad hujus autem donationis concessionis nostrae memoriam, & inviolabile firmamentum, praesens privilegium per manus Alexandri notarii nostri scribi, & bulla aurea tympano impressa roboratam, nostro sigillo jussimus decorari.* Rex Romanorum designatus aurea bulla non utitur ante imperatoriam inaugurationem; Clemens V. in concilio Viennensi de Henrico VII. Imperatore: *Hoc quoque juramentum, & etiam pristinum pro eo nobis per suos nuncios ... praesitum recepis sue coronationis insignis innovavit, prout in patentibus ante coronationem ipsam ejus regio magno sigillo, & aliis post coronationem eandem ejus imperiali aurea bullae munitis inde confectis litteris ... plenius continetur.* Moribus nostris etiam Duces & Comites sigillum authenticum sui juris fecerunt, in quo armis instructi, equo militari investi, dextra strictum gladium librantes, *aureolatas* insigne, sinistra scutum gentilium præferentes insculpuntur, ut passim observamus ex antiquis sigillis nostris. Porro summa religio fuit ne sigillo authentico uterentur priusquam militia ornamenta adepti essent, ut nos docuit Petrus Rovverius scriptor diligenter in not. in hist. M. Reomanensi c. 165. tissimus rerum monasterii Reomacensis, ex tabulis Hugonis III. Burgundiae Ducis, quibus utriusque nati, Odonis & Alexandri subscriptiones leguntur; tamen alterius tantum, nempe Odonis sigillum appositum, quod Alexander nondum miles erat, Odo jam erat, ut ipsa tabula produnt; necnon ex diplomate Hugonis IV. filii hujusc Odonis, cuius verba referre opera pretium est: *Juravi, inquit, dictis Divisionibus, quod quando ad militiam promotus fuero, eis presentes litteras innovabo, & eo sigillo quo miles utar sigillabo, & tradam sigillatas.* Exin sigillorum usus inter illustres familiaris, e Gallia transfretavit in Angliam una cum viatoribus Normannis; Ingulphus abbas: *Ante Normannorum adventum in Angliam chirographa firma erant cum crucibus aureis, absque signaculis; sed Normanni cum cerea impressione per uniuscujusque speciale sigillum sub intitulatione (sic lege non instillatione) trium, vel quatuor testium, confidere chirographa instituerunt.* Ruente etiam Graecorum & Germanorum imperio, purpurei signi, & sigilli aurei fastigium, ex beneficio vel usu, suum secere Duces, & præfecti: rubentem sacro encanto subscriptionem affectavit Theodorus Castamonita, ex privilegio Isaaci Angelii: προσών, inquit Nicetas, δὲ καὶ φύλαξ σενβαφῆ εὐρῶν ἐγένετο ἔχων, καὶ τοτε εἰδεικά ποιεύτω εἰ τῷ ιππωντι κεκτηθεῖ, καὶ δια βασιν ὄποις ἀποστηματεῖται τὸς τόπου τῷ δημοσίῳ λόγῳ, καὶ τὰ γραμμάτα: Denique purpureas phaleras ei, & simile pallium in equitando, eundemque colorem in subscribendis publicis libellis, & litteris concessit. Et in Italia sub Conrado donationem piam in Casinense coenobium sigillo aureo auctoravit Guaimarius Dux Capuanus: *Eodem tempore, inquit Leo Ostiensis, Guaimarius Princeps preceptum fecit beato Benedicto cum aurea bullæ, de omnibus monasteriis pertinentiis.* Nec solum laicis, sed etiam Romanis Pontificibus, Patriarchis, Episcopis, abbatibus, & collegiis ecclesiistarum tributum jus sigilli authenticæ; concilium Londinense, celebratum anno MCCXXVII. præside Ottoni Cardinali, legato sedis apostolicæ in Anglia, apud Matthæum Paris. Quoniam tabellionum usus in regno Anglie non habetur, propter quod magis ad sigilla autentica credi est necesse, ut eorum copia facilius habeatur, statuimus ut sigillum habeant non solum Archiepiscopi, & Episcopi, sed etiam eorum officiales, item abbates, priores, decani, archidiaconi, & eorum officiales, decani rurales, nec non ecclesiistarum cathedralium capitula, & cetera quoque collegia, & conventus cum suis rectoribus, aut divisi in juxta eorum consuetudinem vel statutum; pro varietate quoque cuiuslibet predicatorum habeat unusquisque sigillum, nomen
- In chron. Croyland.
- in Isaac. Angel. lib. 3.
- Lib.2. chron. Casin. c. 67.

nomen puta dignitatis, officii, collegii, & etiam illorum proprium nomen, qui dignitatis vel officii perpetui gaudent honore, insculptum notis & characteribus manifestis, sicut sigillum authenticum habeant. Denique illi, qui tempore officium suscepint, puta decani rurales, & officiales sigillum suum, quod tantum nomen habeat insculptum, finito officio ei, a quo habeant officium, continue & sine mora resignent. Hoc interest quod pontificia diplomata plumbea bulla ob-signantur, quo forte Petri successoribus auri & argenti contentus commendetur; nimium salse Stephanus Tornacensis: *Plumbo Anglico*, inquit, reguntur ecclesie, nudantur Romano. Episcopos insigni sigillo usos insinuant formatæ pas-sim litteræ; Ratbodus Trevirensis Episcopus, in formata sua apud Ivonem: *Hanc epistolam Grecis litteris hinc inde munire decrevimus*, & annulo ecclesie nostræ bullare censimus. Abbates quoque sigillum imaginem sua insculptum, ut & alia pontificalia insignia affectasse, testes habemus maximos & sanctissimos abbates; Bernardus Clarevallenensis in epistola ad Eugenium Papam: *Periclitati sumus in falsis fratribus, & multa litteræ falsatae sub falso sigillo nostro in manus multorum exierunt, & quod magis vereor, etiam usque ad vos dicitur falsitas per volasse; hac necessitate abjecto illo, novello, quod vernitis, de novo utimur continente imaginem nostram & nomen*. Anselmus ex abbate Beccensi electus Cantuariensis Archiepiscopus, in epistolis ad Gislebertum Ebroicensem Episco-pum, & Joiffridum Episcopum Parisiensem: *Sigillum, inquit, haec epistola non habet, quia & abbas jam non sum, & Archiepiscopus nondum sum, nec me delectat pingi quod non sum*. Exin per sigilli traditionem abbates instituti, etiam in orientali ecclesia; Curopalates: οἱ δὲ ἀρχιμανδήται, καὶ πρωτοσύγγελοι, αἱ δὲ τοῦ καθηγέμενοι τῶν ἐντίμων μοναστηρίων μετὰ τὸ τὴν σφραγίδα παρὰ τὴν Πατεριάρχη λαβέντες απέρχονται, καὶ προσκυνοῦσι, καὶ ἔποι, καὶ λαμβάνουσι τὸ δικαῖον αὐτῷ ἢ τῷ Βασιλέως χειρός. Archimandrite vero & protoxyngeli, adeoque prepositi honoratorum monasteriorum postquam sigillum a Patriarcha acceperunt, abeunties hi quoque salutant honorifice, & accipiunt sceptrum de Imperatoris ma-nu. Eosdem etiam abbates per fractionem sigilli facessere jussos observo; Matthæus Westmonasteriensis: *Eo ipso tempore per dictum legatum depositus est Radulphus de Arundel abbas Westmonast. per N. abbatem de Waltham missum ex parte legati apud Westmonast. ad executionem depositionis faciendam in castro Sancti Vincentii, fracto sigillo ipsius in capitulo*. Post Episcopos, & abbates, sigillo gaudent ecclesiarum collegia, seu capitula dumtaxat, ideoque expostulan-te abbatissa Jotrensi vetat Honorius III. ne clerici Jotrensis ecclesiæ sigillo utan-tur, nisi appareat eos facere capitulum.

Ep. 165-

Ivo in decre-
part. 6. c. 433.
de sigillo E-
piscopi, conc.
Later. sub A-
lexand. III.
part. 26. c. 20.
ep. 284.
add. ep. 339.
v. Petr. Da-
mian.lib. I. ep.
II.

Lib. 3. ep. 10.
& 12.

A.C. 1214.
id. Matth.
Paris.
cap. dilecta, de
excess. præl.
cap. 48. de ap-
pell. Jo. Saresb.
ep. 291.

CAPUT V.

*Elogia Ducum, & Comitum. Principes Dei gratia. Messyres. Dux
& Comes. Consules. Palatini Comites. Barones.*

ERUM summam adepti Cæsares, repulso Regum & dominorum invidioso nomine, Principum appellationem elegerunt, quo gratiam cum imperio conciliarent: *Augustus*, inquit Tacitus, *tuncta discordiis tivilibus sessa, nomine Principis sub imperium accepit*. Inde Principum nomen, summi fastigii vocabulum Regibus nostris, Regumque liberis, & gentilibus celebre visum: immo & temporum infelicitate effectum, ut Duces ipsi & Comites, et si regium genus minime sortiti, se Principes Dei gratia inscriberent. Ea notatione Guillelmus Caput stupæ Dux Aquitanus, Pontius Comes Tolosanus, Theobaldus Comes Carnotensis, & alii Principum nomine recensentur apud Joannem Tillium ex

Lib. I. annal.

veteribus tabulis. Et Goffridus Vindocinensis in epistola ad Guillelmum Aquitanorum Ducem avum Eleonoræ, ejus decessores non alio, quam Principum nomine laudat: *Hanc ad præsens, inquit, remunerationem quero, ut consuetudines seu exactiones, quas terris nostris prepositi vestri violenter impresserunt, quas tamen terras religiosi Principes prædecessores vestri & monasterii nostri fundatores absque consuetudine vel qualibet exactione donaverunt, Deo & loco nostro relinquatis.*

Lib. 5. ep. 20. Et in vita Norberti apud Surium, Theobaldus Comes Campanæ nobilissimus Princeps Franciæ jactatur: *Exemplo ejus, inquit, commotus & compunctus quidam nobilissimus Princeps Franciæ, Comes Theobaldus, hominem Dei adiit.* Nec nostrorum tantum adulatio nis obsequium id fuit, etiam Romani Pontifices majoribus Comitibus Principum nomen non invidere; Gregorius VII. in epistola ad Gausfredum Comitem Andegavensem: *Munera tua, inquit, ideo recipienda non esse arbitrati sumus, quia divinis oculis oblatio tua non acceptabilis esse probatur, quamdiu a peccato isto immunem te non reddideris, ad gratiam omnipotentis Dei, sicut catholicum Principem decet, non redieris.*

jun. 6. tom. 3. Raptio Principum titulo illico Duces & Comites se Dei gratia scripserunt, tanquam *equites* Dei beneficiarios, Regum injuria, & novo scelere male Deum colentes.

ep. 127. & 128. Hac inscriptionis ratione passim usi Duces & Comites, ut in epistola Hugonis Burgundiæ Ducus ad Guillelmum Ducem Aquitanorum, apud Bernardum: *Guillelmo Dei gratia, egregio Comiti Pictavorum, & Duci Aquitanorum, Hugo eadem gratia Burgundiæ Dux.* Et in formula sacramenti Bertranni Comitis Provinciæ apud Gregorium VII. quod refertur a Baronio: *Ego Bertramus, Dei gratia Comes Provinciæ, &c.*

10. tom. annal. 3087. num. 33. Et in veteri charta Raymundi Comitis Tolosani, anni MCCXVII. *Ego Raimundus Dei gratia Dux Narbonæ, Comes Tolose, Marchio Provinciæ, filius quondam Constantiæ de regali progenie ortæ.* Eo nomine Joannes Armeniacensis Comes, perduellionis reus postulatus apud Carolum VII. quod se Dei gratia inscriberet. Nec alieno Græculi fastus spiritu, Constantinopolitani Patriarchæ Romanæ sedis principatum medium inter Deum & se exhorrentes, abscisse se Dei gratia præscribere non dubitarunt, ut Tryphon P. apud Zonaram & Cedrenum: *Τρύφων ἐλέω Θεοῦ Αρχιεπίσκοπος Κονσταντινουπόλεως νίκης Πάτεράρχης: Tryphon Dei misericordia Archiepiscopus Constantinopoleos, nove Rome, & ecumenicus Patriarcha.*

in Remano Lacapeno. In hoc declivi rerum statu, dominorum etiam appellationem propriam fere in hunc diem fecerunt Duces, & Comites, & a Græco, *νέος*, Gallicum Syrii suis apicibus accessiverunt; unde Syriaticus turgor Baldrico Noviomensi: *Cum tamen ejus seritatem Syriatico turgore inflatam nullo modo premere potuerit.* Alio longe de fonte negotiatores in Gallia, Syrios, hodieque dictos crediderim, a Syris (quod genus hominum Galliam & Italiam olim commercii causa maxime frequentavit) & in *οὐοτήχες* nomen deduxit; Salvianus: *Consideremus solas negotiatorum, & Syricorum omnium turbas, quæ majorem ferme civitatum universarum partem occuparunt.* Quo alludens Sidonius, de turbato rerum Ravennæ ordine: *fanerantur clerici, inquit, Syri psallunt.* Dignitatis augendæ gratia Duxum & Comitum sèpibus coaluit nomen, & conjunctim usurpatum, ut idem ejusdem provinciæ, seu territorii nomine, Comes Dux diceretur, quod Hispanico supercilio primum acceptum fero, concilio Toletano VIII. & IX. subscripsere illustres palatini, iidem Comites & Duces cumulatim dicti, ut Ella Comes & Dux, aliisque. Audita & olim in Gallia hujusmodi titulorum adunatio, ut in epistola Anselmi Cantuariensis: *Domino Guiberto Comiti & Marchioni.* Laboravit quoque hacce ætas in ornandis viris illustribus, & hanc dignitatis juvandæ rationem postliminio recepit; Hispanis Olivarium Comitem Duxem prædicari audio. Nec dum ambitioni suæ factum satis proceres rati, se consules tulerunt; & ditiones suas consulatus, ut summos utriusque imperii, Romani & Gallici honores in se conjunxisse viderentur. Consulis nomen me-

ruit

Lib. 2. cap. 94.

Lib. 4. de prævident.

Lib. 1. ep. 8. & ibi Savar. & Sirmond.

Lib. 3. ep. 65.

ruit cum patre Guillelmus I. Dux Aquitanorum, & postea monachus sanctissimus; Ordericus ex ejus vita: *Tempore Pipini Regis Francorum Guillelmus, ex patre Theoderico consule, & matre Aldana natus est, in infancia litteris imbutus est, & sub Carolo Magno militiae manipulus est, nomen consulis, & consulatum, & in rebus bellicis prima cohortis sororitur principatum.* Fulconem Bonum, Comitem Andegavensem, consulem salutat Odo abbas Cluniacensis II. in bibliotheca Cluniacensi: *Fulconi Bono, gloriofissimo consuli Andegavorum, frater Odo humilis abbas Cluniacensis salutem.* Orderico, Theobaldus Comes Campaniae palatini consulis titulo decoratur; Gaufredus Comes Andegavensis senior consul appellatur a Joanne monacho ejus vita scriptore, & Odo Comes Campaniae a Matthaeo Westmonasteriensi. Denique consulum nomen hoc aeo, Ducum & Comitum genus complexum, ut liquet ex infinitis locis scriptorum. Inter provinciales Comites Galliae, palatini titulum asserunt Campaniae Comes: primus hoc titulo auctus est Theobaldus Odonis filius, hac forte occasione, quod ad Henricum III. Imperatorem profectus, ejus miles effectus est; teste Hermanno Contracto. Hoc exemplo passim & alii Comites provinciales palatinorum titulum affectarunt; Baldricus Dolensis: *Nec tantummodo populares citra montanos homines is rumor excivit, sed palatinos consules, & regios tyrannos cievit.* Et Guibertus abbas: *Jam palatinorum Comitum pruriebat intentio, & mediocritas equestrium virorum parturire tum coperat.* Nam juris ratione alii sunt Comites provinciales a palatinis, & hoc recte intellexit Joannes Sareberiensis: *Nam sicut alii praesules in partem sollicitudinis a summo Pontifice evocantur, ut spiritualem exerceant gladium; sic a Principe in ensis materialis communionem Comites quidam, quasi mundani juris Praesules asciscuntur.* & quidem qui hoc offici gerunt in palatio, juris auctoritate palatini sunt; qui in provinciis, provinciales. His addo Duces & Comites late Baronum nomine gloriosos; Fredegarius: *Burgundia Barones, tam Episcopi, quam ceteri leudes.* In chronic. c. 41. & 44. Et alio loco: *Anno XXXIV. regni Chlotarii Warnacharium majorem domus cum universis Pontificibus Burgundia & Baronibus in Benegillum villam ad se venire pracepit.* Hinc Borbonium dynastam Baronem dixit Sugerius: *Dominus Regi humillime supplicat, quatenus nobilem Baronem Hannonem nomine, Variam Vaccam cognomine, Burbonensem dominum justitiam recusantem imperialiter (in jus) traxerit.* Sed & illustres sacri ordinis viros, Anselmum Cantuariensem, Guillelmum Rhotoimageensem, & alios eodem fere tempore fato fundatos, Baronum cum elogio luget Ordericus: *Pro tantorum itaque transitu Baronum, videtur ipse mundus lugere.* Baronem & posterior aras dixit D. Jacobum, Hispanorum tutelam; Joannes Frossardus: *Or eurent-ils affection d'aller en pelerinage au Baron saint Jacques.* Et alio loco: *Et fit ses vœux devant le benoist corps saint, & Baron saint Jacques.* Sed proprie Baronies habuere pri-mores vassos, qui immediate Regem dominum agnoscerent, ut in precepto Hen-rici I. Regis Anglorum, apud Matthaeum Parisi: *Si quis Baronum meorum, Comitum, vel aliorum, qui de me tenent, mortuus fuerit.* Et in tabulis An-glicarum consuetudinum apud eundem: *Archiepiscopi, Episcopi, & universa persone regni, qui de Rege tenent in capite, habeant possessiones suas de Rege, sicut baroniae.*

Biblioth.
Clun.p.115.
Lib. 5.
A. C. 1081.

in chron. A.
C. 1054.
Lib. 1. hist.
Hierosolym.
p. 89.
Lib. 2. histor.
Hier. cap.6.
Ep. 263.

In chronic.
c. 41. & 44.
v.capitul.Ca-
rol.Calv.c.15.
Hincmar. ep.
1.c.6.
In vit.Ludov.
Crassi.
Lib. 11. hist.
A. C. 1109.

vol.3.ch.30
33.

C A P U T VI.

Episcopi, & Comites.

JAM a melioribus ecclesiæ sacerulis, regalibus oculos adjecere Pontifices, etiam sanctitate spectati. Civilem principatum Alexandriae instituit Cyrus Ale Alexandrinus Episcopus, & ab eo Alexandrini Praefules de imperio urbis & Aegypti cum praefectis decertarunt: *καὶ γὰρ ἐξ ἑκάτεων*, inquit Socrates, *η Επισκοπὴν Αἰγαίου πόλεων τὸν ιεροτάτην τάξεων, καταδυνατέστατον πρεσβύτερον ἐλέγει τὸν αρχέτορα*: Etenim ex illo tempore Alexandrinus Episcopus præter sacri cleri dominatum, rerum preterea secularium principatum acquisivit. In Gallia, laborante Romano imperio, & Gothorum subsessione acciso, res publicas curarunt Episcopi, & praefectorum vices gesserunt. Inquis conditionibus, Arvernorum injuria sancita per eos fecunda deplorat Sidonius, in epistola ad Basiliū: *Tu sa cratissimum Pontificum Leontii, Fausti, Graci, urbe, ordine, caritate medius inveniris: per vos mala fœderum rurunt, per vos regni uriusque pacta conditionesque portantur, &c.* Succedentibus Francis, praefecturas, comitatus, & alia regalium insignia passim accepere Episcopi, & abbates, maxime Caroli Magni, & posthumorum Principum munere, quod in reipublicæ commodum, nempe laicorum potestatis librandæ causa pronius, quam pietatis consilio factum interpretatur Willelmus Malinesburiensis: *Imperator (Henricus V.) inquit, omnes Episcopos, & abbates regni sui, quod citra montes est, sautores habebat, quia Carolus Magnus pro contundenda gentium illarum ferocia, omnes pene terras ecclesiæ contulerat, consiliofissime perpendens nolle Sacri ordinis homines tam facile quam laicos fidelitatem Domini rejicare; præterea si laici rebellarent, illos posset excommunicationis auctoritate & potentia severitate compescere.* Exin Episcopus Rhemensis comitatu Rhemensi, & monetæ procudenda jure auctus a Ludovico Transmarino; Flodoardus: *Post hec, inquit, Rex Ludovicus dedit Artoldo Episcopo, ac per eum ecclesiæ Rhemensi per præceptionis regia paginam, Rhemensi urbis monetam jure perpetuo possidendam; sed & omnem comitatum Rhensem eidem contulit ecclesiæ.* Comitatum Belvacensem Rogerio Episcopo Belvacensi transcripsit Odo Comes Campaniæ, ex permutatione cum Sancerrio in Biturigibus; Sigebertus: *Hoc tempore in Gallia Belvacensi urbe, inclitus Rogerus cessit Episcopus, qui inter alia beneficia dedit ecclesiæ sancti Petri, cui presidebat, Attiacum in Normannia, & Montiacum in Vermandensi patria, comitatum quoque ejusdem urbis ab Oddone Campaniensi Comite impetravit, dato ei pro commercio castro Syncerrio in Bituricensi territorio sito, quod sibi patrimonii jure competitabat.* Comitatu Lugdunensi cessit Guido Comes in Guichardum Archiepiscopum, & ecclesiæ Lugdunensem, & ab eo tempore Archiepiscopi & canonicus Lugdunenses individuo jure gloriantur titulis comitum Lugdunensem; testes sunt Paradinus, & Severtius. Dudum & Episcopus Lemovicensis Comes ejusdem civitatis jactatur; Robertus Montensis: *Episcopus Lemoviten. qui erat Comes ejusdem civitatis, cum per decennium vivisset in vacitate, mortuus est.* In eodem Comitum stemmate celebrantur Episcopus Cadurcensis, Baro & Comes Cadurcorum: Episcopus Mimatensis, Comes Gabalorum, & alii infiniti Galliæ Praefules, quos percensere otiosum esset. Quid in Germania? nonne Episcopi, & abbates tere omnes Comitum & Principum imperii titulos præferunt? de his Casarius Heisterbachensis: *Vix credere possum quod umquam aliquis Episcopus Alemania possit salvare, quia pene omnes Episcopi Alemaniae utrumque habent gladium, spiritualem videlicet & materialem; & quia de sanguine iudicant*

Lib. 7. hist.
c. 7. Niceph.
Call. lib. 14.
cap. 14.

Lib. 7. ep. 6.

Lib. 5. de gest.
Reg. Angl.

Lib. 4. histor.
Rhem. c. 27.

A. C. 1024.
& 1025.

A. C. 1177.

Lib. 2. mirac.
cap. 28.

cant. & bella exercent, magis eos sollicitos esse oportet de stipendiis militum, quam de salute animarum sibi commissarum. In Anglia occurrit Dunelmensis Episcopus, qui jam a tempore Guillelmi Normanni Northumbriae Comes non sine pretio factus est; Matthaeus Paris. Eodem quoque tempore Walterus Dunel- A. C. 1075.
 mensis Antistes contra dignitatem Pontificalem curis se immiscens secularibus, a Willelmo emit Northumbriæ comitatum, & vice-Comitis agens vices, laicale se foro immiscuit. Ex quo Dunelmenes Episcopi Comites palatini dicti, & hoc jure sigillo insculpsere militem cataphractum, phalerato equo invectum, dextra gladium jaſtantem, altera insignia episcopatus praferentem, juraque sua regalia habuerunt; adeo ut proscriptorum bona illis, non Regi cederent, ut refert Guillelmus Camdenus. Hac de re Hugonem Dunelmeniem Episcopum, in Britannia. Comitem Northumbriæ ingenti pretio a se investitum risit Richardus I. Rex Lib. 14. histor. Anglorum, & hoc sale aspersit: *Magnus ego nimurum artifex, veteranum enim Episcopum*, inquit, *sexi novitium Comitem*, ut narrat Polydorus Vergilius. Neuburg. lib. Odonem fratrem Bajocensem Episcopum, Cantæ Comitem, & Angliæ pror- 4. c. 5. & lib. 5. gem instituit idem Willelmus: & aliquando eo in careerem conjecto, cum is cap. 1. de privilegio fori exciperet, lepide respondit; se non Bajocensem Episcopum, sed Comitem Cantæ custodia tenere, ut narrat Ordericus Vitalis, & Willelmus Malmesburiensis. Nec solum Episcopi & abbates Comitum dignitati in- Orderic. lib. 7. hiarunt, sed & canonici matricum ecclesiarum, ut canonici Lugdunenses, qui hisfor. ecclæ. Malmesb. lib. 3. de gest. Reg. Anglor. in Britann. &quo cum Archiepiscopis jure Comites Lugdunenses dicuntur, ut prælibavimus: & canonici Brivatenses in Arvernis, qui etiam Comitum nomine insi- Bened. in c. Rayn. in ver. & uxor. n. 199. Boer. dec. 123. styl. parl. arr. 241. 4. parl. gnuntur. Denique non a regibus modo, sed etiam a Romano Pontifice crea- ti Comites apostolici, ut loquuntur, quorum jus fuit spurious legitimare, & no- rarios instituere. Hujus generis Comitem ab Innocentio IV. factum Reginal- dum Mohun Angliæ, tradita rosa aurea, recte observat Camdenus supra a me laudatus. Sed id genus Comitum facessere jussit Gallia regiæ majestatis aman- tissima, ut liquet ex Benedicto, Boerio, & aliis forensibus.

C A P U T VII.

Jus gladii.

Jus gladii gestandi insigne imperii & summa potestatis: fetro ubique accinge- Tacit. 3. hist. bantur Imperatores: unde gladii depositio Vitellio mœstissimum signum fuit amissionis imperii; Tacitus: *Afflenti consuli (Cæcilius Simplex erat) exsolu-* Suet. in Vitell. *tum a latere pugionem, velut jus neatis, vitaque civium reddebat.* Imperatoris gladium præferebat unus præfectus prætorio; de Tigillino Neronis præfecto, cap. 15. Philostratus: *Tιγιλίῳ γάρ εφ' ὁ τὸ ξίφος ἦν τῷ Νέρωνῳ απίκαυτος αὐτῷ δὲ Πόμπης*: Lib. 4. de vit. *Tigillinus enim cuius in manibus Neronis gladius erat Roma illum expulit.* Apollon. Suram præfectum gladio cinxit Trajanus his celeberrimis verbis apud Xiphili- in Trajano. nius: *λάβε τόπο τὸ ξίφος ἵνα ἀν μὲν καλῶς ἀρχω, ὑπὲρ ἐμοῦ, ἀν δὲ πανῶς κατ'* Plin. in paneg. *ἐμοῖς αὐτῷ χρίσῃ: Accipe gladium, quo pro me si recte imperavero, sin secus in me* Trajan. *utaris.* Gladium gestabat unus Plautianus præfectus prætorio sub imperio Se- veri; Herodianus: *παρηγόρητο τε αὐτῷ ξίφος, καὶ παντὸς αἰχματὸς χῆμα ἐφέρε* Lib. 3. *μόνος.* Ensem præterea suspensum gestabat, ceteraque omnia suprema dignitatis insignia. Marci Antonini ensiferum, præfectum scilicet prætorio Bassum me- morat Philostratus: *Βασιλέως δὲ τῷ πετισθμένῳ τὸ ξίφος Σάναντον αὐτῷ φύσαντος* Lib. 2. de vit. *οἱ Ηρόδης ὡς λόγος ἐφοι γέρων ὀλίγω φοβάται.* Ibi cum Bassas cui commissus erat Sophistar. *enfis regius mortem ipsi interminatus esset, Herodes optime inquit, senex raro for-* midat. Augustus divisus cum senatu populoque provinciis, præsidibus jus gla-

Lib. 53.

Orat. 17. id. ep.
194. Paul. ep.
ad Rom. 13.

Ep. 46.

Lib. 19. antiqu.
Jud. c. I.de vit. B. Mar-
tin. dialog. 3.Plin. lib. 34. c.
14. Dio. lib. 42.

& 44.

Lib. 21.

Lib. 5. de bell.

Gall. c. ult.

Lib. 4. Deipno-
soph. c. 13.

Ligur. lib. 3.

dii in provinciis gestandi, & jus gladio necandi concessit; proconsulibus non item; Dio: τὴν τε στρατικὴν σολῆν φορᾶντας, καὶ ξίφος, οἷς γέ καὶ στρατός διπλῶσι ἔξειν ἔχοντας ἀλλα γὰρ εἰδεῖν θετε ἀγνοπάτηρ, οὐτε αὐτοπρωτήτης, οὐτε ἐπιγρότης ξιφοφορεῖν δέδοται φαῦλος δε τε στρατιώτης τούτος αποκτένειν εἰςάγειν περούσαι. Statuit ut militarem habitum gestarent, & gladium, & jus capite plectendi milites haberent; neque enim ulli proconsuli, aut praetori, aut procuratori licebat gladio se accingere, quo jus gladii in milites adimebatur. Inde gladio & cingulo cinctos praefides agnoscit Nazianzenus non uno loco, & gladium incruentum his esse vult, ut in oratione ad praefectum irascentem: Κείστρῳ συναρχεῖς, Κείστρῳ δὲ συνδικεῖς πατέρες ἐκεῖνοι τῷ ξίφῳ, ὃν εἰς ἔργον αὖτις εἰς αἰτηλίῳ ὁ πάθαρος ἀνα-
θηκε τῷ δεδομένῳ φυλακτωτῷ. Cum Christo imperas, cum Christo administras, ab illo gladium accepisti, non ad opus, sed ad minas, purum anathema danti custodias. Et idem in epistola ad Africanum: ἀρχαῖον βοσκός εἶπεν καὶ αὐτογε-
νεῖς ναυας, καὶ τὸ ἀνάμεντον ἀρχην ἀρχήν καθέπερ ἡμέας, καὶ τὸν μετὰ ξίφους καὶ τελείωντας: Praeses virtutis adjutor, & virtutis adverſarius sive incruentum im-
perium gerat ut nos, sive cum gladio, & cingulo. Gladio cincti etiam tribuni
in apophoret. militum: his παραζόντοι, idest cingulum cum ense tribuit Martialis:

Militiae decus hoc & grati nomen honoris
Arma tribunitium cingere digna latus.

Gladio cincti Imperatori apparentant Tribuni militum: de Chærea Tribuno mi-
litum percussore Caligulae testis Josephus: ἀνδέ τε ἐπὶ τῷ παλαίῳ τῷ ξίφῳ ὑπε-
ζωσμένῳ ὑππικὸν, ἐντὸς γὰρ τοῖς χιλιάρχοις πᾶσα ἔζωσμένοις αὐτῶν παρὰ τῷ αὐτο-
κράτορῷ τὸ σημεῖον. Moxque palatum armatus gladio petiit, quod ita mos sit
accinctos tribunos signum ab Imperatore petere. Hinc tribunos extra ordinem in
Hispaniam missos cum jure gladii, in Priscillianistas inquirendi causa scribit Se-
verus: Et jam pridie, inquit, Imperator ex eorum sententiam decreverat tribu-
nos summa potestate armatos mittere, qui hereticos inquirerent, deprehensis vitam
& bona adimerent. Privatis in urbe ferri gestatione interdictum, ut tumultus
in turba inermi compescerentur, ut liquet ex Plinio & Dione. Galli inter fer-
rum & arma nati, promiscue gladiis cincti leguntur, etiam in concilio; Livius:
In his nova terribilisque species visa est, quod armati (ita mos gentis erat) in
concilium venerunt. Cæsar: Armatum concilium indicit, hoc more Gallorum est
initium belli, quo lege communis omnis puberes armati convenire coguntur. Immo
& inter epulas Galli ferro non abstinuerunt, hinc cruenta Gallorum convivia nar-
rat Athenæus ex Posidonio: Κελτοὶ ἐποτε παρὰ τῷ δεῖπνον μυρμεχθῆσι. Celtæ
nonnumquam super cænam singulari certamine digladiantur. Gladii procinctu
Duces, Comites, virosque nobiles etiam posterior ætas a plebe distinxit in Gal-
lia; Gunterus de Friderico:

Urque suis omnem depellere finibus hostem
Posit, & armorum patriam virtute tueri,
Quoslibet ex humili vulgo, quod Gallia fædum
Judicat, accingi gladio concedit equestri.

Quo ex loco intelligimus de nobilibus tantum accipiendum canonem xvii. con-
lli Moguntini I. Laicis vero qui apud nos sunt arma portare non præjudicemus,
quia antiquus mos est, & ad nos usque pervenit. Non prius vero Tyrones,
idest juniores milites, gladio accingebantur, quam solemnibus & conceptis pre-
cibus inaugurato, quas prodidit ordo Romanus ex ritu ecclesiæ Gallicanæ hau-
stas, ni fallor, ut & alia pleraque: nec alio de fonte petuisse videntur Angli
Gallorum sectatores; Ingulphus: Anglorum erat consuetudo, quod qui militia-
legiti-

In chronic.
Croyland.

legitime consecrandus esset, vespere praecedente diem sue consecrationis ad Episcopum, vel abbatem, vel monachum, vel sacerdotem aliquem contritus & compunctus de omnibus suis peccatis confessionem ficeret, & absolutus, orationibus, & devotionibus, & afflictionibus deditus in ecclesia pernoctaret; in crastino quoque missam auditurus gladium super altare offerret, & post evangelium sacerdos benedictum gladium collo militis cum benedictione imponeret, & communicatus ad eandem missam sacris Christi mysteriis denuo miles legitimus permaneret. Et Petrus Bleensis: Sed & hodie tyrones enses suos recipiunt de altari, ut profiteantur se filios ecclesie, atque ad honorem sacerdotii, ad tuitionem pauperum, ad vindictam malefactorum, & patriæ liberationem gladium accepisse. Hoc reverentiae vero tulit ecclesia, ut Duces etiam & Comites, omnesque a Rege gladium ponerent a limine ecclesie; concilium Salegunstadiense: Decretum est etiam in eodem concilio, ut nemo gladium in ecclesiam portet, regali tantum excepto. Immo & milites poenitentes armis omnino discingebantur, ut liquet ex variis canonibus apud Gratianum, capitulis Caroli M. & epistola Iovonis Carnotensis: ob id poenitentiae causa Episcoporum judicio armis discinctus Ludovicus P. ex Adrevaldo, Thegano, & aliis scriptoribus. Deterioris ævi labes hæc est, quod plebeji nobilitatis insigne gladium sibi assuerunt; Burchardus: In hac pœnitentia fideles hujus ecclesie inter se possessiones nostras dividebant, ministeriales optimos mansus curiarum nostrarum eligabant, cellararii ecclesie jura villicationis in modum beneficiorum habere contendebant, & contra consuetudinem quidam ex ipsis more nobilium gladium cingebant. Et prius Ekkeardus junior: Nunc villici, inquit, majores locorum scuta & arma polita gestare incœperant, tubas alio quam ceteri villani clancu inflare didicerant, &c.

Epist. 94.

cap.8. tom.3.
conc. p.2.
Can.de his ve-
ro, 26.qu.7.c.
quicunque, c.
admonere, 33.
q.2. c.contra-
rium, de pœn.
d.5.capit.Car.
M.lib.6. c.90.
Ivo. ep. 135.
de casib.M.S.
Galli c.7.
de casib.ejusd.
M. c.4.

C A P U T VIII.

Jus majorum officialium.

ACUNABULIS Imperii Francici, majores officiales habuere non Reges tantum, sed & Reginæ, ut observatur ex variis Gregorii Turonensis locis. Labente alterius dynastiae principatu, regalibus inhiare Duces & Comites, & augustalium officialium numero gloriari, ut Comitis stabuli, cancellarii, majoris senescalli, scutigeri, dapiferi, apocrisiarii, seu archicapellani. Comiti Campeniensi aderant majores officiales maxima ex parte hereditarii: apud Comitem Picavensem camerarii maximi vices fungebatur Comes Alnenis, & Comitis sigillum tenebat. Britanniæ Ducis camerarium agebat dominus castri Gyronii anno MCCCVII. Bituricensis & protocamerarius fuit Joannes de Nantolio, ut docet Joannes Tillius scriptor peritissimus rerum Gallicarum. Dapiferum habuit Dux Normannorum: hoc munere funetus apud Guillelmum spurium Guillelmus filius Osberni; Ordericus Vitalis: *Willermo dapifero Normannia Osberni filio insulam Vectam & comitatum Herfordensem dedit.* Celebratur apud Robertum Montensem, Robertus de Novoburgo dapifer & justitia totius Normanniae. Legitur & Iovis epistola Eudoni dapifero Normanniae. Majores officiales & hereditarios affectavit Richildis Comitissa Hannoniæ, conjux Balduini cognomine Boni Comitis Flandriæ; Ægidius Aureæ Vallis: *Hæc etiam Comitissa in curia sua cum Balduino filio suo officia hereditaria instituit, dapiferorum scilicet & pincernarum, panetariorum, & coquorum, camerariorum, & officiariorum.* Nec civiles tantum, sed etiam sacros officiales, ut archicapellanum, & coetum clericorum regium in morem suo comitatui adhibuere Duces & Comites. Notantur in concilio Aurelianensi IV. Cabillonensi I. clerici observantes potentiorum,

Lib.8. histor.
Fr. c. 32.
Lib.9. c.31.
Lib. 7. c.27.
Lib.5. c.42.

Lib. 4. histor.
1070.

in suppl. Si-
geber. 1160.
ep.27.
in gest. Leod.
Pontif. c.3.

Aur.IV. c.7.
& 26.Cabil.I.
c. 14.

Tom. V.

O

quod Episcopum diocesatum & Archidiaconum non audirent. Celebratur Herluinus cancellarius Hugonis magni Duci Francorum & Princeps capellæ Ducis; Ordericus: *Herluinus, inquit, cancellarius abbas erat sancti Petri de Puncto, ibique venerabiles reliquias Hugonis magni collocavit imperio; & mox Herluinus quidem quia sacerdos erat & abbas canonicorum sancti Petri & capellæ Ducis capellanorum maximus, caput & majorem partem ossium sancti Ebrulfi sibi retinuit.* Bertulfum archicapellatum & cancellarium Comitis Flandrensis memorat Gualterus Tarvanensis: *Erat illis temporibus praepositus quidam Brugensis Bertulfus nomine, archicapellanus, & cancellarius totius Flandrensis curia.* Capellam palatinam Divione instituit Hugo III. Dux Burgundiae an. MCLXXII. ex fide præcepti fundationis editi ab Auberto Miræo, de qua meminit quædam decretalis epistola Innocentii III. Suam & capellam habuere dynastæ Bituricenses, quam sanctam nuncupavit pragmatica. Aulicos quoque officiales sibi adstruxere Episcopi, & abbates, exemplis avi corrupti: laudatissimus inter sacrae expeditionis heroes Baldrico Dolensi, Orderico, & aliis, *Alanus dapifer sacrae ecclesie Dolenis Archiepiscopi.* Majores officiales camerarium, marecallum, hist. Hieros, pincernam, & alios id genus jam olim jaætitavit abbas sancti Dionysii. Matmyt. Orderic. lib. 9. hist. 1097. de vit. S. Abbon. c. 17. Bajulum suum itineris comitem, & martyrii testem habuit Abbo abbas Floriensis: *Tandem, inquit Aimoinus, talibus impulsus allegationibus impendente jam ultimo vocationis sue die, secundo iter arripuit: hos ex monachis itineris comites assumens suprannominatum Remigium, meque qui hec scribo Aimoinum, eum Guillelmo sue venerantie, juxta abbatum morem, tum bajulo.* Abbatii Prumiensi in Germania non defuit suus pincerna, & dapifer; Cæsarius Heisterbachensis: *Miles quidam Henricus nomine, de castro Falkenstein oriundus, pincerna fuit Casarii monachi nostri, tunc abbatis Prumie.* Et alio loco: *Duo juvenes seculares nondum milites, ex quibus unus erat dapifer abbatis Prumie.*

C A P U T IX.

Pares Gallie. Pares curia, sive curtis.

cap. 1. in pr. &
§. si quis, si de
invest. inter

dom. & vass. lis
or. c. 1. vers. si

quid sit
invest. c. im-

periale, in
fin., de proh.

feud. alien. per.

Fr. c. ceterum
c. novit, vers.

non enim, de

jud. cap. cum
contingat † de

for. comp. Ra-

devic. lib. 2. cap. 5.

Ott. Frisin. lib. 1. de gest.

Frid. cap. 31.
Lib. 3. c. 71.

PARES curia, sive curtis dicuntur in libris feudorum convassalli, qui ab eodem domino feuda tenent, quasi pares dignitate, & *ισόνυμοι* inter se: præcipua horum gemina insignia; primum quod investitura feudi non fit sine præsentia parium; alterum quod cognitio de feudo inter dominum feudi, & vassalum suppetit paribus curia; Fridericus apud Radevicum: *Præterea si de feudo inter duos vassallos sit controversia, domini sit cognitio, & per eum controversia terminetur: si vero inter dominum & vassallum lis oriatur per pares curia a domino sub debito fidelitatis conjuratio terminetur.* Et Otto Frisingensis prius, ubi ordinem judiciorum Hungariae observat: *Nulla, inquit, sententia a Principe, sicut apud nos moris est, per pares suos exposcitur.* Moribus nostris jam a Carolo M. Comitibus asciti pares, qui eis pro tribunali jus dicentibus adsiderent & sub his militarent; capitulare Caroli M. *Quicumque ex his qui beneficium Principis habent parem suum contra hostes communes in exercitu pergentem dimisit, & cum eo ire vel stare noluerit, honorem suum & beneficium perdat.* Præceptum concessionis, quod fecit Ludovicus P. Hispanis, qui ad se confugeunt: *Hi vero qui postea venerunt, et si aut Comitibus, aut vassis nostris, aut paribus suis se commendaverunt, & ab eis terras habitandas repererunt, sub ta-*

+ In hoc cap. nihil de paribus, vel de feudalium causarum cognitione.

li forma eas in futurum & ipsi possideant, & sua posteritati derelinquant. Et capitulare Caroli Calvi ad Francos & Aquitanos: *Et si talis est causa, ut in de illum familiariter non debeat ammonere, & ante suos pares illum in rectam rationem mittat, & ille, qui debitum pactum, & rectam legem, & debitam seniori reverentiam non vult exhibere & observare, justum iustitiae judicium sustineat.* Comitatibus demum in perpetua beneficia producatis, pares eodem jure permanesere; Frodoardus: *Nec non Pontigonem fiscum, quem Heribertus invaserat, aliamque munitionem Rex, (is erat Ludovicus Transmarinus) contra Vi-* tit. 16. c. 10.
eturiacum instruit, & quosdam sibi fidèles ex paribus Walterii ad custodiam ibi dimisit. Hoc pacto Duci Aquitanæ & Normannæ sui fuere pares, ex quo Joannes Rex Anglorum, & utriusque provinciæ dynasta, Hugonem Brunum, Comitem Marchiæ, & Augei Comitem provocantes ad Philippum Augustum Philippid. 6. revocabat ad suum forum, & judicium suorum parium; Guillelmus Brito:

*Accedant igitur prius ad me, iudicioque
Stent nostro, faciam quicquid jus jusserrit illis,
Consilioque illos patrium tractabo suorum.*

Nec non Campaniæ Comiti septem fuere pares, quos enumerat Petrus Pithœus, in libell. de Episcopo Cameracensi ut domino temporali sui etiam adfuere pares, quorum Comit. palat. Camp. judicio definita lis, quæ erat inter Hugonem convallum & dominum; Baldricus Noviomensis: *Mandavit igitur Episcopus ei (Hugoni) non semel, sed plus vice tertia, ut ante conspectum ejus veniens præsentibus comparibus suis, in rebus staret de injusticia sua, ipse vero crebro sub nomine terre sue, & in fidelitate quam juraverat commonitus ad ultimum ante conspectum Domini sui, præsentibus comparibus suis venit, sed de quibuscumque interpellatus est rectum facere nolens, injuctior quam veniret recessit; unde compares ejus & alii quamplurimi nobiles, qui communis utriusque causa huic placito interfuerunt, H. reum votantes, terram, quam de Episcopo tenebat, ei abjudicavere.* Hujusmodi & apud Anglos fuere pares feudi. Ob id notatur Henricus III. Rex Anglorum quod Willelmum de Ros Angulum feudo abdicasset sine judicio parium suorum; Matthæus Paris. Et eodem tempore, quia non suppeditabat facultas ciuidam nobili de regno suo Anglia sc. de borealibus partibus, Willelmo videlicet de Ros, ut moram ficeret cum Rege in partibus transmarinis, præcepit Rex precipitanter, ut terris suis, licet sine judicio parium suorum, disfisiretur. Serius, ni fallor, regni Galliarum pares exorti: sunt qui Carolo M. acceptos ferunt, sed mere nugantur; nullum enim de his vestigium apud coævos scriptores, qui rem adeo celebrem non suffit silentio præterituri: longe probabilius fuerit pares Galliæ non ante Robertum Regem institutos, nam & congruum maxime huic tempestati fuit consilium, ut eo honoris consortio in lubrico regni statu majores demulcentur. Et prima omnium, quæ pares Galliæ disceptatores habuit lis, ea fuit inter Richardum Normanniæ Ducem, & Odonem Carnotensis pagi & Campaniæ Comitem, de successione castræ Drocensis, de qua insignis epist. Odonis Comitis ad Robertum Regem, inter Fulberti epistolæ: *Nec sibi competere dicebat, ut me ad tale judicium exhiberet sine conventu parium suorum, hæc causa est cur tibi ad placitum non occurri.* Nempe jam olim horum munieris fuit de majoribus regni causis & litibus inter pares, & ipsorum delictis cognoscere. Judicio parium exheredatus, ut loquuntur, sive proscriptus Joannes Rex Anglorum ob nefariam necem Arturi nepotis, & feuda quæ tenebat in Gallia fisco commissa, ut narrant Matthæus Paris., Matthæus Westmonasteriensis, & alii scriptores, qua de re insignis extat epistola Innocentii III. in libris decretalium. Et paucilo ante idem Joannes postulatus apud Philippum Augustum a Comite Engoli mensi & Comite Augei, ultro se submisit judicio parium; Guillelmus Brito:

Fulbert. ep. 96.

A.C. 1208.
cap. novit, de
Judic.
Lib. 6. Philip.

*His ego sum dominus, tu Rex mihi, vera fatebor,
Abst ut a veri mea tramite verba reflebam;
Jus tamen est, & tu rectum esse fateberis, ut qui
Sunt mihi subjecti subeant examina nostri
Prima fori, qui si defecero forte, quod abst,
Judicio parium tunc me tractabo meorum.*

Hoc argumento Henricus III. Rex Anglorum cum rogaretur, ut Barones & nobiles quasi non jure absque judicio parium damnatos restitueret: Non sunt A. C. 1233. (inquit Petrus Wintoniensis Episcopus apud Matthæum Paris.) Pares in Anglia sicut in regno Francorum, unde licet Regi Anglorum per iustitiarios quos constituerit quoilibet de regno reos proscribere, & mediante judicio condemnare. Primariae & parium in hunc diem partes fuere solemnii Regum inaugurationi sua obsequia impendere, & regni insignia preferre, ut in Philippi Augusti coronatione primum quod sciamus usu celebratum; Rogerus Hovedenus: *Henricus autem Rex Anglia filius in progressione a thalamo usque in ecclesiam ipso die coronationis ibat ante illum, gestans coronam auream de jure ducatus Normannie, qua predictus Philippus coronandus erat, & Philippus Comes Flandriæ preibat ferens ante illum gladium regni.*

C A P U T X.

Pædagogiani. Libratae.

V. Curtium lib. 8. **A** VITÆ dignitatis argumento, nobilium (scilicet puerorum, quos veteres pædagogianos, nostri pagios appellarunt) stipatu, hodieque gaudent Dukes & Comites, principalis fastigii simiae, & stulti adsectatores. Inter sacri Romanorum Imperatorum cubiculi ministeria fuit coetus pædagogianorum; Ammianus: *Adulitus quidam ex his quos pædagogianos appellant ad observandum venaticam pradam Spartanum canem retinere dispositus ante predictum tempus absolvit: assulitu ejus evadere conantis adpetitus, & morbu, ideoque necatus ad extirium fustibus eadem humatus est die.* Et Tertullianus: *Quum de pædagogis aulicis, nefoio quem cynadum Deum facitis.* Hos purpurea veste insignes pingit Ammianus alio loco: Procopius ut Regius minister indutus a calce ad pubem in pædagogianis pueri speciem purpureis opertus tegminibus pedum, hastatusque, purpureum itidem pannulum lœva manu gestabat. Et praefecto sacri cubiculi parebat primicerius pædagogiorum ex notitia imperii & constitutionibus Imperatorum. Lib. 26. Privatis etiam potentioribus certatim in obsequiis fuere ingenuorum pædagogia: Struct. ff. de inde his frequens mentio in jure: quam delicate curarentur, Seneca: *Omnium, instr. leg. Senec. quid, pædagogia oblita facie vehuntur, ne sol, ne frigus tenerant cutem ledat.* ep. 123. His pubescentibus fibula argentea imposita, ut venere abstinerent; Plinius: Plin. lib. 33. c. *Jam vero pædagogia ad transitum virilitatis custodiuntur argento.* Immo & cum 12. V. Mart. 9. Principes viri procedebant, præbant Curores; Seneca: *O quam cuperem, in epig. 28. ep. 87. quid, illi nunc occurere aliquem ex his troffulis in via divitibus, curores & ep. 113. adde Numidas, & multum ante se pulveris agenem.* Et idem alio loco: *Omnes jan Suet. in Ne sic peregrinamur, ut illos Numidarum præcurrat equitatus, ut agmen curorum antron. in sat. teccedat.* Juniores hujusmodi ministros in delicis habuere præcipue Franci dynastæ, pueros simpliciter Gregorius Turonensis de Ranchingo: *Nam si ante eum, Mart. lib. 10. ut afflolet, convivio utenti puer cereum tenuisset, nudari ejus tibias faciebat.* Pædagogos, seu pagios dixit posterior ætas: quo forte allusit Ivo Carnotensis fa- cap. 3. plus, cum Antifites ex junioribus laicis lectos pædagogos appellat. Nec laicos solum,

ep. 6. 89. 98.

solum, sed etiam Episcopos cinxit turba comatorum; Bernardus ad Eugenium Lib. 4. de con-
Papam: *Discant a te Coepiscopi tui comatulos pueros, & comptas adolescentes se- fid.*
cum non habere, certe inter mitratos discurrere calamistratos non decet. Privata
æque ac palatina paedagogia distinxit cultus & vestis: libratus dixerunt id genus
vestium, quod annuatim die solemnis eas liberarent suis, idest erogarent. Hinc
decretum in quosdam dominos, Thoma Walsingam: *Et quod ipsi, nec aliquis A. C. 1339.*
illorum det libratas, vel signa, nec faciat retinentiam hominum, nisi officiario- in Henr. IV.
rum intrariorum in suis domibus, & officiariorum extra ad gubernanda hospicia,
terras, & possessiones eorum.

C A P U T XI.

Jus curie, sive tinelli.

SOLEBANT olim Imperatores solemnia epula annuatim celebrare, illustribus honoris causa vocatis, κληπται dixerunt recentiores Graci. His abstinuit Justinianus, sumptu in rem pauperum verso; Cedrenus: Χαὶ τὰ ἔξ εἰς κληπται, Cedren. in lege, κληπται, οὐ δωδεκάμέρον ἐν ἑτοῖος, ἀλλὰ τὰς ἔξοδους αὐτῶν διέδωκε τὸν παπαχοῖς. Consueta etiam clitoria duodecim dierum non egit, sed quod illis fuerat impendendum pauperibus elargitus est. Clitoria ne omitteret Leo philosophe deficiente Augusta, Annam Zoes natam corona donavit; idem Cedrenus: Λέων δὲ ὁ Βασιλεὺς μὴ δυνάμενος τὰ κατὰ τύπον ἐκτελεῖν κληπται Αὐγούστην μὴ ὅποις σίει Αὔγουστην τὴν δυγατέρα Ζωῆς. Porro Imperator cum statutis praeceperat invitaciones peragere non posset Augusta mortua, coronat Annam filiam Zoes. Ex annua more & ab Imperatoribus rogæ, seu donativa* solemnibus diebus proceribus praebita; Cedrenus: ἔξελθὼν, Leo, ἐν τῷ τοινῦν διαυγοῦν δόρυας πονοά- Cedren. p. 506. περο. Egredivens rogæ de more distributurus. De Leone Argyropoli idem Ce- idem p. 603. drenus: τὸν διαυγοῦν δὲ τῶν συγκληπαν δόρυας πονοάνετο. Dona senatorum, idest rogæ distribuens. Hasque suo ævo in desuetudinem abiisse narrat Balsamo. Haud dissimili majestatis colenda studio Francorum Reges, solemnies conventus, seu curias in festis paschæ, natalis Christi, & aliis insignioribus, proceribus condixerunt, easque conviviorum hilaritate, ludorum equestrium pionpa, & vestium, aliorumque xeniorum, largitione condierunt; de Carolo Magno te- de gest. Car. statum facit Turpinus Rhemensis: *In quatuor solemnitatibus per circulum anni, M. c. 20.* præcipue in Hispania curiam suam tenens, coronam regiam & sceptrum gestabat, die scilicet natalis Domini, & die paschæ, & die pentecostes, & die sancti Jacobi. Plerumque id genus conventuum cogebatur in coenobio sancti Dionysii, sed inde emergente religionis labe, pietate Regum Clypiacum transferri placuit, ut coenobitarum quieti consuleretur; vetus diploma regium, quod descripsit Dueletius historiae Dionysianæ scriptor diligentissimus: *Cum igitur mansio- Lib. 3. hist. cap. 3.* nes sepe in castello sancti Dionysii haberemus, ibique velut in nostro proprio residen- tes palatio, diebus festiis curiam nostram solemnem ageremus, & hoc esset im- pedimento fratribus monachis ibidem Deo famulantibus, placuit nostra serenitati ex consultu fidelium nostrorum ab illo castello recedere, & deinceps eandem cu- riam iisdem festiuitatibus transferre, non longe tamen ab eodem castello, in nostro videlicet Clypiaco palatio, ut ecclesia patroni nostri magni Dionysii ab omni in- quietudine intrepida permanente, nullus secularis strepitus fratres impeditat, quo minus valeant jugiter pro nobis Domini misericordiam attentius deprecari. Et hæc latitiae publicæ argumenta edidere nostri optimi Principes, non solum in illustres, sed etiam in plebejos; unus pro multis e trivio Monstreletius: *Et tin- vol. 1. chron. drent a cedit jour lesdits Roy & Royné, noble court & large : & tous leurs cap. 163.*

Anglois qui estoient là venus à ceste feste, & là le peuple de Paris en grand nombre allerent audit chasteau du Louvre, pour voir lesdits Roy & Royné d'Angleterre seans ensemble, en portant couronne; mais ledit peuple sans estre administré de boire ne de manger, par nuls maistres d'hostels de leaus se partirent, contre leur coutume, dont ils murmurèrent ensemble: car au temps passé quand ils alloient en si hautes solemnitez à la court de leur seigneur le Roy de France, estoient administrés des gouverneurs de boire & manger à sa court, qui estoit à tous ouverte; & là ceux qui se vouloient seoir estoient servis tres-largement, par les serviteurs du Roy des vins & viandes d'iceluy. Hujusmodi curialem in equitib. act. voce a Græco θίνεις, Pæanem, triumphum reddas; Aristophanes: 1. sc. 3.

ἀλλ' εἰπὲ μὲν τοὶ γέ νικᾶς τῷ βοῦ, θίνεις ἐστι.
At si illum vincas clamore, triumphus eris.

A. C. 1224. **T**hīneiς, inquit ibi Scholiaestes, πρεμάπον ἐπινίνοι. A nostris ad Reges Angliacos transit solemnis hic ritus curiae evocandæ; Matthæus Paris. *Rex Anglorum Joannes ad natale curiam suam tenuit apud Windleshore, ubi multa magnatum suorum multititudini festiva distribuit indumenta.* Sed & Imperatoribus Germanicis curiam celebrare solemne fuit; auctor vita Henrici IV. Continuo Rex (is erat Henricus V.) ut saventem sibi fortunam urgeret, curiam Moguntinam ad natalem Domini indixit, invitavit proceres, aceravit multos, ut cunctis innotesceret, quia dominus rerum esse vellet. Nec Reges dumtaxat, sed & Duces & Comites curie habendæ jus certatim evindicarunt: hoc usi sunt Anglici Reges etiam in Normannia, & aliis cismarinis partibus jure ducatus; Robertus Montensis. *Henricus Rex junior ad natalem fuit ad Bur juxta Bajoc, & quia tunc primum tenebat curiam in Normannia, voluit ut magnifice festivitas celebaretur: interfuerunt Episcopi, abbates, Comites, Barones, & multa multis largitus est, &c.* Et hoc juris adeo summo imperio inavulsum, ut interim dum Dux, vel Comes solemnem curiam foveret, Baronibus nefas esset suam clientibus curiam indicere; idem Robertus: *Rex Henricus tenuit curiam apud Cadomum, & prohibuit ne aliquis Baronum teneret curiam, sed venirent ad suam.*

in suppl. Si-
geb. 1173.

in suppl. Si-
geb. 1182.

C A P U T XII.

Vestis Ducum & Comitum: pelles preciosæ.

NO BILIIUM varia insignia pro varietate gentium. Atheniensibus Cicadæ au-
in rubib. act. 3. sc. 3.

ἀρχαῖσι, καὶ δυπολιώδη, καὶ πετάγων ἀγάμενα.
Antiqua hæc sunt & Jovialia & plena cicadis.

Et Scholiaestes illo loco: οἱ ἀρχαῖσι τῶν Αθηναίων τέττιγες χρυσᾶς ἐν τοῖς τῶν τερψῶν πλέγμασιν ἔχον. Antiquissimi Atheniensium cicadas aureas crinum cirris habuere. Tertullianus: Debetbunt etiam & ipsi aliqua sibi insignia defendere, aut pennas Garamantum, aut crobylos barbarorum, aut cicadas Atheniensium, aut cirros Germanorum, aut stigmata Britonum. Romanis lunati calcei, purpureique; Zonaras: τοῖς δὲ Σπατεῖδαις τὰ ὑποδήματα ἀσυνά καὶ τῇ πεπαλαιῆ τῶν μετάτων, δὲ τῷ τύπῳ τῆς γράμματος ἐκενόσημυτο ἵνα εἰς τάπαν δοκοῖεν απὸ

de veland.
virg.c.10.

tom.2. annal.
p. 14.

ἀπὸ τῶν ἐκατὸν ἀνδρῶν τῶν πατ' ἄρχες βαλδοσάντων καπέναι, τὸ γράμμα δὲ ῥῶ φασὶν εἶναι ή τὸ ἀειθμὸν τῶν ἐκατὸν ἐκείνων ἀνδρῶν δηλωτικὸν δὲ, ή ὡς τὸ τῶν Παρασίων καπάρχον ὄνοματος. Patricii calceos urbanos gestarunt, & corrigiarum implexione & forma litteræ adornatos, ut a centum senatoribus orti esse viderentur. Litteram autem fuisse tradunt R. sive quod ea centenarium numerum significet, sive quod prima nominis Romani sit littera. Hoc nobilitatis insigne illustrat Philostratus: Βραδεῖας οὐ Παγίδης μάρτιφός Διδοκιψώτης ἢ εὐνόπετος, Sophist. in οὐδὲ τὸ ξύμβολον & λγενέας πειρητημένης τῷ οὐδόντα: τόπο τε εἰνὶ ἐπισφύετον Herode. ἔλεφάντους μυνοῦμεν. Bradeas Regilla frater celeberrimus inter consules & nobilitatis notam appositam calceis gestans, hoc vero signum talare eburneum est, lunula instar. Martialis de Senatorum calceis:

Lib.2. de vit.
Sophist. in
Herode.
Lib.2.. ep.29.
& lib.1.ep.50.

*Non extrema sedet lunata lingula planta,
Coccina non læsum cingit aluta pedem.*

Gothis insigne vestis pellicea, unde Gothi pelliti passim; Rutilius Numatianus: Itiner. lib.2.

Ipsa satellitibus pellitis Roma patebat.

Claudianus :

in Ruf.

Marent captivæ pellito judice leges.

*Crinigeri sedere patres, pellita Getarum
Curia.*

de bell.Getic.

Hac nota Reges Gothos a Romanis Imperatoribus distinguit Sidonius: *Non ille semel pro hac civitate stetit ante pellitos Reges, vel ante Principes purpuratos.* Lib.7.in conc. Pelliti occurunt & Burgundiones, & castorinis vestibus amicti; de his Sidonius post ep. 9. & ad Thaumastum: *Libenter incedunt armati ad epulas, albati ad exsequias, pelli- lib. 1. ep. 1.* tati ad ecclesias, pullati ad nuptias, castorinati ad litanias. Francis etiam vestis lutrina, vel marturina, aliisve pretiosis e pellibus in deliciis fuit; de Carolo Magno Eginartus: *Vestitu patrio, inquit, hoc est Francico utebatur, ad cor-* Lib. 5. ep.7. *pus camisiam lineam, & feminalibus lineis induebatur, deinde tunicam, que limbo serico ambiebatur, & tibialia, tum fasciolis crura, & pedes calciamenis constringebat, & ex pellibus lutrini thorace confecto, humeros ac pectus hyeme mu- niebat.* Geraldo Aureliacensi Comiti pelliceam, utpote Comitibus familiarem assuit; Odo Cluniacensis: *Vestimentis autem pelliceis super vestibus lineis utebatur,* Lib.2. de vit. *quia genus istud indumenti solent clerici vicissim & laici in usum habere.* S.Gerald. c.3. *Duces & Comites Francos in Syriacam expeditionem contendentes ornato pellium usos non sine admiratione Gracorum; testem habemus Albertum Aquensem:* Imperator autem tam magnifico & honorifico Duce viso (Gothofredum intelligit) ejusque sequacibus in splendore & ornatu preciosarum vestium tam ex ostro, quam aurifrigio, & in niveo opere harmelino, & ex mardrino, grisoque & vario, quibus Gallorum Principes precipue utuntur, vehementer admirans honorem ac decorum illorum, primum Ducem in osculo benigne suscepit. Religiosus D. Ludovicus, ex quo transmarinum iter ingressus, cultu variarum pellium abstinuit; Willelmus Nangius: *Ab illo enim tempore nunquam induitus est squa- de gest. S.Lu-
leto, vel panno viridi, seu bonneta, nec pellibus variis, sed ueste nigri coloris, dov.* vel camelini, seu persei. Germanis etiam proceribus jam olim in pretio fuit usus marturinae vestis; Helmoldus: *Pruzi pellibus abundant peregrinis, quarum Lib.1. histor. odor lethiferum nostro orbi superbia venenum propinavit, & illi quidem ut fier- Slav.c.1.* cora hec habent, ad nostram credo damnationem, qui ad marturinam uestem anhe- lamus, quasi ad summam beatitudinem: itaque pro laneis indumentis, quos nos appellamus Faldones, illi offerunt tam pretiosos martures. Hispanis etiam nota- fuere uestes peregrinis e pellibus, & in luctu abjectæ: *Vidi, inquit Petrus Clu-*

Lib. 4. ep. 17. niacensis, nuper ipse in Hispanis constitutus, & admiratus sum antiquum hunc morem ab Hispanis adhuc omnibus observari; mortua quippe uxore maritus, mortuo marito conjux, mortuis filiis patres, mortuis patribus filii, defunctis quibuslibet cognatis cognati, extinctis quolibet casu amicis, amici statim arma deponunt, sericas vestes, peregrinarum tegmina pellium abjiciunt. Gloriantur hodieque An-

in Richardo I. gli veste e pretiosis pellibus: pallium fabellinis pelliculatum Regi Anglorum

A. C. 1195. servitii nexus debuit Lincolniensis Episcopus; teste Rogerio Hovedeno: idque genus vestium ea aetas comitissas appellavit, a Comitibus haud dubie, qui ple-

in Henric. III. rumque his vestiebantur; Matthæus Paris. *Vestesque festivas, quas vulgus co-*

de dignit. sa- *mitissas appellat.* Nec Duces Comitesve modo, sed & Episcopos & abbates

cerd. c. 4. pretiosas pelles nimium affectasse, prodit vetus querela patrum; Ambrosius:

Ep. 42. *Castorinas querimus, & sericas vestes, & ille se inter Episcopos credit esse al-*

torem, qui vestem induerit clariorem. Et Bernardus in epistola ad Henricum Senonensem: *Despiciant jam textricum, sive pellificum, & non propriis operi-*

Lib. 2. ep. 1. *bus gloriari, & murium rubricatas pelliculas, quas gulas vocant, manibus cir-*

cum dare sacratis, & sacramentibus tremenda mysteria. Episcoporum insaniam in

hujusmodi vestibus deplorat & Petrus Damiani in epistola ad Episcopos Cardi-

nales: *Non ergo constat episcopatus in turritis gebellinorum, transmarinarumque*

ferarum pileis; non in flammatibus martorum submentalibus rosis, non in bra-

clearum circumfluentium phaleris, non denique in glomeratis consipantium mili-

tum cuneis, neque in frementibus, ac spumantia fræna mandentibus equis, sed

in honestate morum, & sanctarum exercitatione virtutum.

C A P U T XIII.

Insignia illustrium domuum. Fastigium. Jus gyroeta. Turres. Ferarum

cornua, vel capita præfixa foribus. Warennæ, sive luci.

SUIS insignibus magnatum ædes a privatis ubique fere gentium distinctæ. In Gracia ædium tecta plana siebant; ædes vero sacrae in culmen & fastigium affurgebant ἀποτέλεσμα ἀετού, & ἀετού dixere Graci, quod templorum fastigia ita declivia essent, ut speciem aquilæ alas demittentes effingerent; Pausanias de sepulcris Sicyonianorum: καὶ ἐπ' αὐτοῖς ἐπίδημα ποιῶσι καὶ τὰς ἀετὸς μάλισα τὰς ἐν τοῖς νεοῖς: His fastigia imponunt eadem specie qua sunt templorum culmina que aquilas vocant. Et alio loco: καὶ δὲ ἐν τοῖς αετοῖς ἡρακλῆς, καὶ τίκαι τὰς τοῖς πέραστιν ἀετού. In aquilis seu fastigio hercules & victoria in extremo sunt. in Corinthiac. p. 56. Et rursus alio loco: Ὅλος μὲν δὴ αὐτὸς ἐσ τὸν ἀετὸν. Aquilas fastigium vo-

in Eliac. i. eod. loc. p. 106. in voc. ἀετοῦ. Et Suidas: ἀετόμετα τὰ τοῦ ἱερῶν στεγάσματα πέρυγας, καὶ ἀετὸς καλά-

ματα. plorū instar fastigiis & aquilis decoratas observatu dignum; eo alludit Aristophanes:

in avib. p. 594.

τὰς γὰρ ύμῶν ὄντας ἐπετομεν πρὸς ἀετού.
Has enim vestrum domos cooperiemus ad aquilam.

Lib. 26. c. 15. Romæ triumphalium ædium insigne fuit, ut fores aperirentur in publicum; Plinius: *Summusque, inquit, illarum honos erat, sicut in L. Valerio Publicola,*

id. Plut. in Va- *qui primus consul fuit cum L. Bruto post tot merita, & fratre ejus, qui bis in*

ler. Publ. A- *scon. in Piso- eodem magistratu Sabinos devicerat, adjici decreto, ut domus eorum fore extra*

rian. *aperirentur, & janua in publicum rejiceretur: hoc erat clarissimum insigne inter*

triumphales quoque domos. Prostrata republica, culmine & fastigio insignitæ

Cæsarum

Cæsarum domus, quod proprium ante fuit templorum & sacrarum ædium. Cæsari primum decretum fastigium inter alia divinitatis decora; M. Tullius: *Quem majorem, inquit, honorem consecutus erat, quam ut haberet pulvinar, simulacrum, fastigium, flaminem.* Exinde domus Augustæ non sine culmine & fastigio, & ei Deorum statuæ imponi solita, ut templorum fastigiis; Spartianus de Pescennio Nigo Imperatore: *Domus ejus hodie Romæ visitur in campo Jovis, qua appellatur Pescenniana, in qua simulacrum ejus in trichoro constituit;* idem in fastigio. Et Vopiscus: *Imago Apollinis, qua ab his colebatur, ex summo fastigio in lectulo posita sine cuiuspiam manu deprehensa est.* Nec caruere suis ornamenti Francicorum Ducum, Comitum & nobilium domus: visuntur homineque turritæ & fastigiatæ; Frodoardus: *Dux Conradus quibusdam infensus Lothariensibus, turrem quorundam dejicit, & quosdam Viridunensem honoribus privat.* Et anonymus scriptor vitæ Ludovici VIII. de expugnatione Avenionensis urbis: *Ad mandatum igitur legati, & Rege imperante fossata implentur, trecentæ domus turrales, quæ in villa erant, & omnes muri circumquaque diruti solo coequantur.* Unde & in consuetudine Piastaviensi, & aliis, jus castrorum vulgo droit de chaste, nobilitatis & imperii apices implet. Et ne quid desit insignia veterum ædificiorum, adduntur his *ἀκροία,* seu gyroetæ, ut vocant, quæ cum cælo, ventisque certant, & invictos dominorum animos prædicant. Ferarum cornua, vel tota capita illustriorum ædium foribus, ut templorum vestibulis præfigi religio: templorum liminibus primum consecrata ferarum cornua; Livius: *Fixa per multas artes cornua in vestibulo templi Diana.* Hinc Mycon gregum pastor in ecloga Virgilii caput apri, & cornua cervi suspendit in honorem Dianæ:

*Setosi caput hoc apri tibi Delia parvus,
Et ramosa Mycon vivacis cornua cervi.*

Et Nisus apud eumdem, lunam numen sylvarum sic precatur pro salute Eu- Lib. 9. Eneid- ryali, commemoratione *ἀνθημάτων*:

*Si qua ipse meis venatibus auxi
Suspendive iholo, aut sacra ad fastigia fixi.*

Ob id querit Plutarchus, cur in ceteris Dianæ fanis cervorum cornua affigi so. in probl. Rom. leant, in Aventino boum? Nec Dianam tantum: sed & alia numina securus c. 4. honos; Symmachus: *Honori numinum datur cornua sacrare cervorum, & apri-* Interpr. Ari- nos dentes liminibus affigere. E religione manavit luxus in publicum, e tem- stoph. in Plu- plorum liminibus transfere ferarum spolia ad illustrium virorum fores; Manilius: to. Lib. 5. ep. 66. Lib. 4. astron.

*Hoc habet, hoc studium postes ornare superbos
Pellibus, & captas domibus configere pradas.*

Nec peregre ad nos adiectum hunc ritum dicas; indigenam Celtis agnoscit Di- Lib. 5. bibl. dorus Siculus: *καὶ ἀποδίνει ταῦτα τὰς ὄντες προσηλύσοι ἀσπερ ἐν κυνηγίαις hist.* Constantius presb. lib. 1. vit. S. Germ. apud Sur. jul. 31. Erric. Altissiod. lib. 1. vit. ejusfd. in Andronic. Comnen.

τοῖς νεχεπεμέναις θνεταῖς. Et has manubiarum primitias non secus atque feras a se trucidatas vestibulis domorum affigunt. Hunc ritum spectans Germanus tum praefectus, & deinde sanctissimus Episcopus Altissiodorensis, piro in foro consitæ per lasciviam cervorum cornua, & aprorum dentes fixisse notatur a Constantio presbytero, & Errico Altissiodorensi ejus vitæ scriptoribus. Necnon Andronicus cervorum quos venatu cepisset cornua in porticibus fori suspendebat, in speciem artis venaticæ commendandæ causa; sed revera in ludibrium infelicium maritorum, quorum toros adulterio fecerat, teste Niceta. Jampridem & illu-

pro dom.

2. Aeneid.

strium domus, ut omnia eorum dignitatis vestigia conseruemur, lucis, seu wa-
rrensis, ut nostri loquuntur, opacæ. Sic Manlii domus duobus lucis vestita me-
moratur; M. Tullius: *M. Manlius, cum ab adscensu Capitolii Gallorum impe-
tum repulisset, non fuit contentus beneficii sui gloria, regnum appetisse est judi-
catus: ergo ejus domum eversam duobus lucis convestitam videtis: eoque se re-
ferens Virgilius, Anchisæ domum arboribus conceptam depinxit:*

- - - - *Quamquam secreta parentis
Anchisæ domus, arboribusque obtecta recessit.*

Aeneid. 7. Et pici regiam sylvis quoque cinctam:

*Tectum, augustum, ingens centum sublime columnis
Urbe fuit summa Laurentis regia pici
Horrendum sylvis, O religione parentum.*

in Hercul. fur. Quid Ditis regia, nonne loco obumbratur Senecæ?
act. 3.

*Adversa Ditis regia, atque ingens domus
Umbrante luce tegitur.*

Lib. 3. eleg. 3. Romanorum ædes nemorum ornatu templis propiores, signat Tibullus:

Et nemora in domibus sacros imitantia lucos.

in Tetric. ju- Romæ etiam Tetricorum domus inter duos lucos posita celebratur; Trebellius
niore. Pollio: *Tetricorum domus hodieque exstat in monte Galio inter duos lucos con-
tra Isum Metellinum.* Denique domum augustam inter duas lauros, idest ge-

Apologet. c. mina laureta, satis aperte collocat Tertullianus illo loco: *Unde Cassii, O Nigri,
O Albini, unde qui inter duas lauros obdident Cæsarem.* Miraris tot di-
vinarum & augustarum domuum ornamenta; sed magis est quod mireris colle-
cta in nostrorum Ducum & Comitum laribus. Testantur passim vetera ædificia,
insanæ substructiones, testantur ruinæ, que antiquam majestatem spirant,

Tull. 1. de of- & minores exprobrant dominos & a prætereuntibus crebro has voces eliciunt:
fic. & Philipp. *O domus antiqua, quam dispari domino dominaris!*

C A P U T XIV.

Jus venationis.

Lib. 7. de le- **VENATIO**, ferarum bellum etiam Platonî probatum, Persarum Regibus sua-
gib. vissimum omnium studium; utpote favorum inter gentes discriminum ima-
Lib. 1. de inst. go, & militaris disciplina, idest regiæ artis nobile tyrocinium; Xenophon: *δια-
Cyri. add. σέτο δὲ δημοσίᾳ τῷ θηράν επιμέλεοται, καὶ Βασιλέως, ὡσπερ, καὶ ἐν πολέμῳ ἡγε-
Ath. lib. 1. c. 18. μῶν ἀντοῖς ἐστὶ τοῖς αὐτοῖς τῷ θηράν, καὶ τῶν ἀλλών επιμελεῖται ὅποις ἂν θηράν, ὅπ-
αλησάται δοκεῖ ἄντι ἢ μελέτη τῶν πρὸς τὸν πόλεμον ἄνται. Ob hanc autem rem
publice dant operam venationi, O Rex quemadmodum in bello se Ducem iis pre-
stat, O ipse tum venatur, tum ut alii venentur diligentiam adhibet, quod hac
eis verissima videtur meditatio rerum bellicarum. In morte Germanici Persarum
in Caligul. c. 5. Regem venatu abstinuisse ferunt, quod apud Parthos, inquit Tranquillus, Ju-
stitii instar est. Non alix Persis picturæ quam regiæ venationes & proelia;*

Ammia-

Lib. 24.

Ammianus: *In medio diversorum opacum est, & amenum gentiles picturas per omnes adium partes ostendens, Regis bestias venatione multiplici trucidantis; nec enim apud eos pingitur vel fingitur aliud prater varias rædes & bella. Nec Persarum modo, sed & aliorum orientis Principum deliciae venatus: his studiis Zeno Armeniorum imperio dignus habitus;* Tacitus: *Favor nationis, inquit, inclinabat in Zenonem Polemonis Regis Pontici filium, quod is prima ab infancia instituta & cultum Armeniorum amulatus, venatu, & quæ alia barbari celebrant, proceres plebemque juxta devinxerat. Denique barbaris adeo regia res venatio, ut regium fuerit primum feram transfigere. Artoxerxis apud Persas propria laus est, permissa venationis sociis prioris in feram jaculi missio; Plutarch. πρώτος δε πρωτόβολεν ἐπέλθος τῶν συγκονιησάντων τὰς δυναμένες, καὶ in apoph. Reg. βαλομένους. Primus autem permisit eos, qui secum una venarentur dum possent & vellent se priores in feras jaculari. Non tulit tamen Odenatus Palmyrenorum tyranus venationis laudem a quoquam præcipi. Nepoti ex fratre iratus, notæ causa equum ademit, quod se prior in venatione jaculo feram petiisset; auctore Zonara. Romanis quoque Imperatoribus in censu augistarum voluntatum princeps fuit venatio. Non tacendus Adrianus venandi usque ad reprehensionem studiosus; teste Spartiano. Venationibus exsultavit Valentinianus, sed venationis casus adeo impotenter tulit, ut unum e paedagogianis neci dederit, quod canem intempestive misisset, ejus impetum morsus impatientia sustinere non valens: *Adultus quidam, inquit Ammianus, ex his quos paedagogianos appellant ad observandum venaticiam prædam, Spartanum canem reiinere dispositus, ante prædictum tempus absolvit, adsultu ejus evadere conantis & morsu; ideoque necatus ad exitium fustibus, eadem humatus est die. Immo apud Cæsares venandi studium eo pompa perductum, ut Principum venatio, non sylvestris ludus, sed regia expeditio videretur, ejusque gratia delectus aucupum & venatorum in provinciis conscriberentur: Taceo, inquit Pacatus, infami saepe delectu scriptos in provinciis aucupes, duclaque sub signis venatorum cohortes militasse convivis. Francorum Regibus res regia, & gentilis voluptas venatio. His studiis institutus Dagobertus a Clothario patre: Dagobertus, inquit Aimo-nus, quippe a Clothario genitore venerabili viro Arnulfo Metensi Pontifici ad erudiendum traditus, pueritie annos in studiis exercuit litterarum; adolescentiam vero suam venatibus, quem morem Francorum Principibus saepe fati sumus suis familiarem. Iisdem belli ludicris adolevere Caroli M. liberi: Tum filios, scribit Eginartus, quamprimum etas patiebatur more Francorum equitare, armis at venationibus exerceri fecit. Hinc solemnies passim memorantur verna & autunnales Regum venationes. Regia porro venatio adeo in invidiam & scelus tra-eta, ut privatis cuiuscumque dignitatis capitale esset venatus causa sylvam regiam ingredi: non alia fati causa Chundoni præfecto sacri cubiculi Guntrani Regis; Gregorius Turonensis: *Dum Gunthannus Rex per Vosagum sylvam venationem exercebat, vestigia occisi bubali deprehendit; cumque custodem sylvae arietis distingeret, quis hoc in regali sylva gerere presumpsisset, Chundonem cubicularium Regis prodidit, quo hoc loquente iussit eum apprehendi, & Cabillonenem compactum in vinculis duci, cumque uterque in presentiam Regis intendetur, & Chundo diceret, numquam a se hoc presumpta quæ objiciebantur, Rex campum dijudicat: Tunc cubicularius dato nepote, qui prosequi hoc certamen au-deret, in campo uterque steterunt, cecideruntque ambo & mortui sunt; quod vi-dens Chundo ad basilicam sancti Marcelli fugam iniit: acclamante vero Rege ut comprehenderetur, priusquam limen sanctum attingeret comprehensus est, vinculuse ad stipitem lapidibus est obrutus. Hinc lege Francica privatis sylvam seu forestam instituere fas non fuit; capitulare Ludovici P. De forestibus noviter in-stitutis, ut quicumque illas habet dimittat, nisi forte judicio verati ostendere pos- sit, quod per iussionem, sive permissionem domini Caroli genitoris nostri eas insi-***

2. annal.

in Gallieno
tom. I. annal.
in Adriano.

Lib. 29.

In panegyr.
Theod.Lib. 4. histor.
cap. 17.in vit. Carol.
M.in vit. Carol.
M. & Lud. P.Lib. 10. histor.
cap. 10.Lib. 4. capitul.
c. 42.

- Lib. eod. cap. c. 65. *tuisset, preter illas que ad nostrum opus pertinent. Et alterum ejusdem: De forestibus nostris, ut ubicumque fuerint diligentissime inquirant, quomodo salve sint & defensa, & ut Comitibus denuncient ne ullam forestam noviter instituant, & ubi noviter institutas sine nostra iussione invenerint, dimittere praecipiant.* Sævius lex Anglica venationem Regibus delicias, ceteris periculum facit. *Etiam nobilibus venatione omnino interdixit Guillelmus I. auctore Polydoro Vergilio: legem semel remissam instauravit Guillelmus II. Venationes, ait Guillelmus Malmesburiensis, quas primo indulserat, adeo prohibuit, ut capitale esset supplicium preudisse cervum.* Et huc, opinor, se refert Joannes Sa-
resberiensis districto stylo: *In tantam vero quidam hujus vanitatis instinctu eru-
pere vesaniam, ut hostes naturæ fierent conditionis sua immemores, divini judicii
contemptores, dum in vindictam ferarum imaginem Dei exquisitis judiciis subju-
garent, nec veriti sunt hominem pro bestiola perdere quem Unigenitus Dei rede-
nit sanguine suo, que sera naturæ sunt, & de jure occupantium sunt, sibi au-
det humana temeritas inspiciente Domino vendicare, & idem juris in omnibus
ubicunque sint statuit, ac si claustræ sui indagine universa cinxisset, quodque
magis mirere pedicas parare avibus, laqueos texere, alliscere modis, vel fistula,
aut quibuscumque insidiis supplantare, ex edicto siepe fit criminis, & vel proscrip-
tione bonorum multatur, vel membrorum punitur, salutisque dispendio, &c.* Legem emolliit Richardus, capitis poena in pecuniariam, vel relegationem ver-
in Henr. II. sa; Matthæus Paris. *Regnante dicto Rege Richardo, miles quidam de regno An-*
*A. C. 1232. glie in nova degens foresta, qui longo tempore & usu bestias Regis furire ve-
nari consueverat, quadam vise interceptus est, cum venatione furata, & per ju-
dicium curie ipsius Regis in exsilium relegatus: hanc enim legem de venatione
sublata, Rex ille in pace clementissimus in hoc temperavit, quod cum apud Reges
antececessores ejus, si quilibet in fraude venationis deprehensi fuissent, errebantur
oculi eorum, abscondebantur virilia, manus vel pedes truncabantur; sed tale ju-
dicium pio Regi Richardo visum est nimis inhumanum, ut homines ad imagi-
nem Dei creati, pro feris, que juxta legem naturalem generaliter omnibus sunt
concessæ, de vita vel membris periclitarentur, ut id faciendo feris, ac bestiis de-
terior videretur; hoc enim solummodo sufficiebat ei, ut quilibet in tali culpa de-
prehensi, vel Angliam abjurarent, vel paenam carceralem subirent, vel pena pu-
nirentur pecuniali, salvis omnibus vita & membris.* Eodemque temperamento
A. C. 1215. usus Joannes, ex eodem Matthæo Paris. Gallis in Romanorum potestate des-
identibus laus non levis e venatione, his studiis Ecdicium & Vectium commen-
dat Sidonius. Francis Gallorum prius germanis quam dominis æque in usu &
Lib. 3. ep. 2. Lib. 4. ep. 9. studio fuit venatio maxime accipitaria, saltem extra saltus regios, quos pari cum
Lib. 5. hist. temporis religione cultos observavi. Guntramnus Bosio ad Meroveum apud Gre-
cap. 14. gorium Turonensem: *Ut quid hic, inquit, quasi senes & timidi residemus, &
ut hebetes circa basilicam occulimur: veniant enim equi nostri, & acceptis acci-
pitribus cum canibus exerceamur venatione, spectaculisque patulis.* Quam insa-
nierint nostri in accipitres, testis Becco Comes apud eundem auctorem, qui ba-
silicæ sancti Juliani Brivatensis ministrum, seu ædituum, triginta nummis mul-
tavit, quod accipitrem a se elapsum forte oblatum, prehensumque teneret. Ob-
sessa a Normannis Parisiorum urbe, extrema obsidionis pertulere Franci, ante-
Lib. 2. mirac. cap. 16. quam accipitres absolverent, sibique & calo redderent; Abbo Floriacensis:
Paris.

*Quisque rogi patrios flatu ne clade perirent
Accipitres loris permisit abire solitus.*

- tit. 6. & 7. Hinc rei venaticæ & accipitriae prospexit lex Salica, & ex priori in eam
Capitul. lib. 4. rem studio fluxit solemne nobilium virorum sacramentum super accipitre & spa-
c. 21. tha. Religionis tamen gratia canibus & accipitribus abstinuere Duces, Comites-
ve

ve in Syriacam expeditionem devoti , ex decreto Eugenii III. Pontificis , edito ab Ottone Frisingensi : *Illi qui domino militant nequaquam in vestibus preciosis , nec cultu formæ , nec canibus , vel accipitribus , nec aliis , qua portendunt lasciviam , debent intendere . Adeo res regia ferarum venatio , ut eam etiam in proceres sui beneficii Reges & Caesares fecerint . Rothardo Cameracensi Episcopo forestam seu sylvam concessit Otho III. Imperator , ea lege , ut legitur apud Baldricum : Ut nulla majorum , minorumque persona in bivangio prædicti foressi , nisi cum licentia præfati Episcopi Rothardi ejusque successorum venari præsumat ; sed ipse , ejusque successores ex nostro regio dono venationem potestate teneant , & quibuscumque placeat venandi licentiam concedant . Erponi Verdensi Episcopo & successoribus cum jure cedendæ monetae & fori , venationem cervorum atque cervarum sublimium ferarum , qui fuit ab olim servatus honor summis Principibus , tribuit idem Otho III. ut ipsis verbis prodit Albertus Krantzius : & multo ante Osnaburgensi ecclesiæ forestam in perpetuum erogavit Carolus M. Cum omni venatione , qua sub banno usuali ad forestum deputatur ; teste eodem Lib. 1. metr. Krantzio . In summo beneficio posuit Lansbertus Mediolanensis Archiepiscopus , c. 2. quod Burchardo Comiti ut cervum in ipsius sylva venaretur permisit : *Burchardum non despexit , narrat Luitprandus Ticinensis , sed eum alio animo suscipiens mirabiliter honoravit , sed & inter cetera , quasi hoc esset privilegium amoris , concessit cervum , quem is suo in brolio venaretur , quod nulli umquam nisi charissimis magnisque concessit amicis . Bernardo a Paffenhausen præfecto Rudolfi Habsburgici jus venationis quasi proprium concessere Duces Boiorum apud Germanos ; Joannes Aventinus : Huic Henricus atque Otto Duces Boiorum , vennandi jus , quod nostro aeo Willermus ejus gentilis abdicavit , condonarunt . Plebejis certe in Gallia & Germania venatione in hunc diem interdictum , ne a re rustica vel opificiis avocarentur , & militares spiritus novarum rerum semper cupidos & turbaram auctores venatu contraherent . Villanos , sic vocabant , non rulit labens ætas , ut tubarum usum , & aprorum venationem tentarent . Ekeardus junior : Nunc villici majores locorum , inquit , scuta & arma polita gestare inciperant , tubas alio quam ceteri villani clanctu inflare didicerant , canes primo ad lepores , postremo etiam non ad lupos , sed ad ursos , & ad , ut quidam ait , minandos aluerant apros . Haud dispari consilio L. Domitio prætore in Sicilia in crucem actus pastor , quod aprum , etsi prætori oblatum , venabulo confecisset ; M. Tullius : L. Domitium prætorem in Sicilia , cum aper ingens ad eum allatus esset , admiratum requisiisse , quis eum percussisset ? cum audisset pectorum cujusdam fuisse , eum ad se vocari iussisse , illum cupide ad prætorem , quasi ad laudem atque præmium accurrisse ; quæsiisse Domitium qui tantam bestianæ percussisset ? illum respondisse , venabulo ; statim deinde iussu prætoris in crucem esse sublatum . Denique quo jure Reges in Duces Comitesve usi , ut capitale his esset venationis causa saltus regios ingredi sine Regis consensu : eodem ipsis regie investi in minores , propriis in sylvis : sed nimium sæuentibus modus impositus : D. Ludovici aeo , judicio senatus Galliarum decem librarum millibus , & alterius anniversarii dote multatus Enguerannus de Coeyaco ob fractam laqueo gulam tribus ingenuis adolescentibus Belgicis , eo quod cuniculos e vicino fundo in sylvam Coeyacensem persecuti essent ; teste Willelmo Nangio .**

de casib. M.S.

Galli c. 4.

5. in Ver.

in vit. S. Lud.

C A P U T X V.

*Latisfundia Ducum & Comitum. Dignitas & pompa eorum.
Jusjurandum Regum per Comites.*

FATISCENTE Regum fastigio, e regni ruderibus assurrexere Duces & Comites, ac pene de rerum summa certavere cum Principe. Hoc semel concepto regnandi spiritu, tot latifundiis & clientelis aucti sunt, ut provincias verius quam rura & praedia tenerent, & castrorum sui juris censum per anni soles putarent: hoc decoris argumento celebratus olim Stephanus Comes Bononiensis, germanus Gothofredi Lotharingi; Guibertus Abbas: *Post hunc Comes Stephanus,* inquit, *vir tanta potentia prædictus exxit, ut fama testetur tot eum pollere dominio castellarum, quot annus constat honore dierum.* Tot etiam castrorum ja-Lib. 8. Philipp. *cturam luxit Raimundus Comes Tolosanus, quot annus dies numerat, ob fidem labem;* Guillelmus Brito:

*Quod Comitem simili Raimundum crimine lapsum,
Qui sancti Comes Aegidii, Tholosque vocatur,
Amisisse videt urbes & castra quo annus
Fertur habere dies, tot villas ille celebris
Nominis & fama Francorum a Rege tenebat,
Cui subiectus erat feudaliter.*

Lib. 4. de gest. Reg. Anglor. *Primas potentiae partes merito suo ævo tulit Guillelmus Comes Pictaviensis, & Dux Aquitanorum, unus e sacræ militiae conjuratis, qui sexaginta equitum milia, plura peditum suis auspiciis in Syriacam expeditionem conduxit; Willelmus Malmesburiensis: Willelmus Comes Pictavensis, inquit, Hierosolymam perrexit, multa secum ducens agmina, ut astimarentur sexaginta millia militum, & multo plura peditum. Immo trecenta hominum millia, si fides Orderico Vitali: Guillelmus Dux Pictavensis auditis nobilibus triumphis, ad amorem peregrinandi accensus est, cuius vexillum exercitus trecentorum millium de Aquitania & Gasconia, allisque regionibus Hesperie secutus est.* Inter Aquitanos non contemnendæ vires Lebretii dynastæ, qui Wallensi Principi quærenti, quas ei superpetias latus esset in expeditione adversus Regem Castellæ? se lectis suis hominibus facile cum mille lanceis ad futurum respondit, non destituto ditionis suæ præsidio, ut narrar Frossardus. Potestatis apice adeo polluit Comes Flandrensis, ut eum regni baculum nuncuparit Bernardus Clarevallensis in epistola ad Josleum Sueffionensem Episcopum, & Sugerium abbatem sancti Dionysii: *Nonne, inquit, consanguineus Regis, & baculus regni Comes Flandrensis est.* Denique ea de Gallicis Ducibus, & Comitibus fama & opinio pervenit ad Græcos, ut eos αὐτοξεστοι rati sint. Arduinum, Ducem Gallum cum copiis a Græcis in Siciliam adversus Saracenos evocatum memorat Cedrenus Philippi I. coævus, quem regionis cuiusdam dominum suæ potestaris compotem signat. ἐπυχε προσεπαιούμενος, καὶ Φράγγος πεντακοσίους ἀπὸ τῶν πέραντον ἀλπεων Γαλλιῶν μεταπεμφθέντας, καὶ ἀρχηγὸν ἔχοντας Αρδεῖον ή πλῆσιν, χώρας πνὸς ἀρχοντας, καὶ ὑπὸ μηδενὸς ἀγόμενον. *Socios sibi adscivit, quingentos Francos e Gallia Transalpina evocatos, duce Arduino cuiusdam regionis domino nemini subdito.* Nec in militia & republica solum, sed etiam in re privata, & in ipsis epulis claruit potestas **Ducum & Comitum**, ita ut *instar Principum opertis ferculis, & quadris*

Lib. 2. histor.
Hieros. c. 15.

Lib. 8. Philipp.

Lib. 4. de gest.
Reg. Anglor.
A. C. 1091.
Lib. 12. hist.
eccles.
A. C. 1099.

vol. 3. c. 233.
Epist. 222.

in Constantin.
Monomach.
p. 623.

dris corniculatis, idest subtilissimis mantilibus in corniculi speciem adornatis ute-
rentur. Philippum Artevellam Belgici tumultus Principem, operti ferculi pom-
pa, Flandrensi Comiti se adæquasse, testis est Frossardus: *Tant comme il fut à vol.z. c.100.*
Bruges, il tint estat de Prince; car tous les jours par ses menestriers il faisoit
sonner, & corner devant son Hostel a ses disnées & soupées, & se faisoit ser-
vir en vaisselles couvertes d' argent, ainsi comme s'il fut Comte de Flandres.
Petrum de Bornazello, cum legatus in Scotiam mitteretur, iter expedientem
per Belgas, more Principum corniculatae quadræ schemate usum, non sine Flan-
drensis Comitis invidia, refert idem Frossardus: *Aussi laisoit-il corner l'affete*
de son disner, & faisoit porter une espée toute engainée, & armoyée, moult ri-
chement d'or & d'argent. Ut altius dignitatem Comitum perscrutemur, en
patres Gallicani, quorum elogio summa dignitatis a Rege ipsis delata; concilium Cabillonense II. Si inter omnes fideles pax & concordia habenda est, mul-
to magis inter Episcopos & Comites esse debet, qui post imperialis apicis digni-
tatem populum Dei regunt. Hoc dignitatis foedere Regum testamentis & diplo-
matibus subscripti Duces & Comites, ut passim occurrit: subscriptioni acce-
dit jusjurandum; sacramento Ducum & Comitum, sanctum Caroli M. testa-
mentum; Ado Vienensis: *Imperator, inquit, inter filios suos regna diuidit,*
ut sciret quisque, si superstes esset, quam partem tueri & regere debuisse; testa-
mentum inde factum, & jurejurando ab optimatibus Francorum confirmatum, &
Leoni Papæ missum, ut manu sua subscriberet. Sed & Reges per Comites ju-
rare notum est; Nicolaus Pap. Denique quando Lotharius Rex uxorem sibi de-
bitam saepetam scilicet Theupergam in presentia missi nostri resumpit, duode-
cim illustres Comites juramenta sua vice repromittere jussit, se de cetero ita Theu-
pergam fore retenturum & tractaturum, quemadmodum Regem legitimam conju-
gem suam Reginam retinere convenit & tractare. Idem Gothis solenne; Atha-
laricus Rex Gothorum ad senatum, ex Cassiodoro: *Illastrem Sigismarem Comi-*
tem nostrum vobis cum his qui directi sunt fecimus sacramenta prestare. Et idem
ad Gothos: *Illum vero Comitem vobis fecimus jurata voce promittere, ut sicut*
nobis vestrum animum devotissime proditis, sic optata de nostris sensibus audiatis.
His incrementis eo prorupit audacia nostrorum Dacum & Comitum, ut præfe-
sturas & comitatus eodem jure, quo Rex ditionem suam, se tenere palam jacti-
tarent. Proterve Adelbertus Comes Petragoricensis, cum urbem Turonum ob-
sideret, ab Hugone & Roberto Regibus admonitus, nequaquam obsidione tem-
peravit, sed Principibus per missum querentibus: *Quis te, inquiunt, Comitem*
constituit? respondit: *Qui vos Reges constituerunt?* ex fragmto Pithœano hi-
storiæ Aquitanicæ.

C A P U T XVI.

Lex Salica. Successio jure Francorum.

LEx Salica est, sive consuetudo Francorum, ut Salicæ, idest avitæ terræ ex-
ortes sint omnino mulieres: *De terra vero Salicæ, inquit, nulla portio he-*
reditatis mulieri veniat, sed ad virilem sexum tota terra hereditas perveniat. Ea-
dem fuit lex Anglis & Thuringis: *Ne transiret hereditas a lancea ad fusum.* tit.6.de alod.
Eadem Armeniis, sed a Justiniano damnata. Perpetua vero, & invicta hæc lex tit.6.de alod.
in successione regni Francorum, & a Græcis quoque laudata; Agathias: *Ἐτῶ* Nov. Just.21.
μὲν ἐν ᾧ οἱ Φράγγοι ἀεισα βιώντες, σφῶν τε ἀυτῶν, καὶ τῶν προσοίκων κρατῶσι, & edict.3.Cu-
παιδες ἐκ πατρῶν τὸ Βασιλεῖαν διαδεχόμενοι. Et paulo post: *διαδέχεται δε τὸ αρ-* jac.8.obser.14.
Lib. 1.

- in Leone. Χν̄ Σεοδίβαλδος ὁ πάτης ὁ δὲ καὶ νέος ἡν̄ κομιδὴν, καὶ εἶπεν πατέρων την̄ θηρευτὴν, αὐτὸν τε αὐτὸν εἰς τὴν ἡγεμονίαν ὁ πάτερ νόμος. Franci itaque hoc modo optime vitam suam instituentes, οὐ σibi ipsis, οὐ finitimiis imperant, filii patribus in regnum succedunt. Theodibaldus itaque ejus filius in regno succedit, qui quidem tametsi juvenis admodum atque adhuc sub magistri cura, institutioneque esset, patria tamen lex ad regnum eum vocabat. Accedit Cedrenus: ισόρηται δὲ ὁν̄ εἴθετον Πήγα Φραγγίας κατὰ γένος ἀρχεῖν. Fertur Regem Francorum ex consuetudine per stirpem regnare. Masculam & viris foribus dignam legem e nostris animose defendit Fulco Rhenensis Archiepiscopus, Lib.4. histor. Rhem. c. 5. adversus Arnulphum Imperatorem per epistolam, cuius excerptum Frodoardi beneficio ad nos pervenit: De eo quoque, quod sine ipsis Arnulfi consilio presumperint hoc agere, morem Francorum gentis afferit secutos se fuisse, quorum mos semper fuerit, ut Rege decedente, alium de Regis stirpe vel successione sine respectu vel interrogatione cujusquam majoris aut potentioris Regis eligerent. Hac lege Eduardus Rex Anglorum parium judicio submotus regni successione, quam & 22. sibi vindicabat jure materno, ut scripsit Frossardus. Francis displicuit hac lex in privatorum successione, si fides Marculphi formulae, quae sorores cum fratribus in alodis successionem accivit. Sed lex Francorum, forte intermortua, revixit Lib. 2. form. c. 12. & ibid. invalesce Dux & Comitum dynastia. Exin consuetudine legis vicaria, Bignon. unus e masculis natu grandior apud proceres in jus universum successit, idque successionis genus e jure Francorum nomen accepit in Burgundia, & aliis plerisque occiduæ Franciæ provinciis usu receptum; locuples testis est Otto Frisini. Frideric. c. 30. gensis: Mos in illa (Burgundia) qui pene in omnibus Gallia provinciis servatur remansit; quod semper seniori fratri, ejusque liberis, seu maribus, seu feminis, paterna hereditatis cedat auctoritas: ceteris ad illum tanquam ad dominum respicientibus. Constans fuit & lex in successione Flandrensis comitatus, ut unus & liberis, maxime natu major solidum ferret, fratribus sine re & solatio desi Lib. de reb. dentibus; Lambertus Schafnaburgensis: In Comitatu Balduvini ejusque familia gest. Germ. id multis iam saeculis servabatur, quasi sanctum lege perpetua, ut unus filiorum, qui patri potissimum placuisse, nomen patris acciperet, οὐ totius Flandria principatum solus hereditaria successione obiineret: ceteri vero fratres aut huic subditæ, dictoque obtemperantes ingloriam vitam ducerent, aut peregre profecti magis propriis rebus gestis florere contenderent, quam desidia ac socordia dediti egestatem suam vana malorum opinione consolarentur. Nec indigenis Francis modo, sed & Germanis exceptum Francicū id jus succedendi, illustrium familiarum tuendrum gratia; Petrus de Vineis: Vivens jure Francorum in eo videlicet, quod major natu, exclusis minoribus fratribus & coheredibus, in castro ipso succedat, inter eos nullo tempore dividendo. Nec est quod miremur hujusmodi inter privatos de successionibus leges reipublicæ non invisas, postquam jam olim a primordiis Romanæ reipublicæ gentilitiæ clarissimis familiis fuere leges & instituta: hinc gentis Manliæ decreto exactum Marci Manlii nomen, ex quo M. Manlii facinore notatum; Livius: Gentis Manliæ decreto cautum est, ne quis M. Manlius vocaretur. Nec dissimile gentis Claudiæ decretum laudat Tranquillus: Gens Claudia Lucii prænomen consensu repudiavit, postquam e duobus gentilibus præditis eo, alter latrociniis, cædis alter convictus est.
- Lib. 9. in Tiberio c. I.

C A P U T XVII.

Marchiones.

INTER Comites provinciales, limitanei Comites, Marchiones nostris dicti, quasi marchis, seu limitibus praepositi; Joannes VIII. P. in epistola ad Ca- Epist. 21.
rulum Calvum: *Quidam, inquit, videlicet ex confinibus & vicinis nostris, quos* Marchiones solito nuncupatis. Continuator Aimoini: *Relictis tantum Marchio-* Lib. 5. c. 2.
nibus, qui fines regni tueres omnes, si forte ingruerent hostium arcerent incursus.
Vita Ludovici P. Cum ad hoc pene totius Saxoniae Comites cum Marchionibus Lib. 1. de mi-
illo convenissent. Alii Marchisos dixerunt; Adrevaldus: *Ac primum Marchis* Lib. 1. de mi-
Britannici limitis inter se gravi perduellione dissidentibus, bellum oritur, utrique rac. sancti Be-
lugubre parti. Hincmarus Rhemensis: *Si inter Marchisos in qualibet regni par-* nedict. c. 33.
te ad aliud tempus dextræ datae fuissent. Inepte Græci eandem Latinis Mar- Ep. 30.
chionis esse dignitatem, quæ Augultis suis esset signiferi; Gregoras: *ὅπερ εὐ* Lib. 7.
τοῖς Παρμάνω σπειδυσσοιν ὁ Φερσιλικὸν κατέχων σημαῖνων, τότῳ παρὰ Λατίνοις
Μαρχέσιος. Quem apud Romanos dignitatis gradum tenet is, qui vexillum
imperatorium gestat, eundem tenet apud Latinos Marchio. Quo pertinet quod Lib. eod.
idem scribit Longobardæ Ducem, Marchionis dignitate adornatum, ascito per-
petuo jure præferendi Imperatori vexilli. Francis Marchionum nomen ad quos-
que Duces & Comites detortum; Odo Cluniensis scriptor vita S. Geraldii, Lib. 1. de vit.
Comitis Aureliacensis: *Frequenter e quibusdam provinciarum lacestitus est, nam* S. Gerald. c. 32.
reipublica statu jam nimis turbata, regales vassos insolentia Marchionum sibi sub-
jugaverat. Gualterus Tarvanensis, de Carolo Comite Flandrensi: *Verum hic* in vit. Caroli
noster Marchio venerabilis Carolus suis correptoribus mansuetum se & Comit. Fland.
exhibebat. Hinc Aimoini continuatori celebratur Hugo, et regio stemmate: C. II.
Abbas & Marchio. Et alio loco: Robertus Comes Parisiorum, Marchio Fran- Lib. 5. c. 33.
corum vocatur. Et promiscue Marchiones, seu praefecti limitum Comites, 34. & 42.
dici amant; vita Caroli M. *Ipsa tempore Aureolus Comes de genere felicis Au-*
reoli Petragoricensis Comitis, qui in commercio Hispanie atque Gallie trans Py-
renicum contra Oscam & Cesaraugustam residencebat, defunctus est. Labente tamen
ævo Marchiones primum a Ducibus honoris locum tenuere, & Comites præive-
re, ut in constitutione Friderici I. apud abbatem Urspergensem: *Marchiones,* In chron.
Palatini, Comites, Lantgravii, & Comites alii. Et in libris feudorum: *Dux,* ad A.G. 1187.
Marchio, & Comes similiter feudum dare possunt. Et alio apice: *Quis dicatur*
Dux, Marchio, Comes.

C A P U T XVIII.

Vice-Comites.

VICARIOS Comitum posterior ætas vice-Comites dicere maluit; unde vice- Lib. 5. hist.
comitiam recte vicariam interpretatur Ordericus Vitalis. Sic enim resti-
tuendus ī locus: *Vice-comitiam, idest vicariam (pro viariam) quantum ha-* eccles.
bebant in villariis vassatis. Attamen vice-Comitum nomen prius auditum quam
opinentur nonnulli; jam enim a Carolo deductum observo. Recepta a Sarra-
cenis Narbona Henricum vice-Comitis titulo ei præfecit Carolus M. auctore Lib. 9. de reb.
Marineo. E concilio Trecensi epistolam inscripsit Joannes VIII. P. *Omnibus Hispan.*
Tom. V. Q

- part. 3. c. 98. Episcopis, Comitibus, vice-Comitibus, centenariis, judicibus Catholicis in Hispania, & Gothia, & provinciis degentibus: quam decreto intexit Yvo Car-
notensis: necnon Lindoinum vice-Comitem in Narbonensi dicecesi memorat idem
Pontifex in epistola ad Mironem: Lindönum quoque vice-Comitem audimus po-
testate (uti horrende denuncia) uti sacerdotali in parochia Sigebadi Narbonensis
Archiepiscopi, presbyterosque tuos in ejus exteris subrogare ecclesiis. Et rursus in
Ep. 115. alia epistola meminit Gerardi vice-Comitis: e nostratis Odoni Cluniacensi,
scriptori vitae sancti Geraldii, memoratur Benedictus vice-Comes Tolosæ: Rai-
mundum, inquit, noveratis Comitem filium videlicet Odonis, hic nepotem domini
Geraldi, nomine Benedictum, Tolosæ videlicet vice-Comitem dolo captum tenebat.
Lib. 2. de vit.
S. Gerald. c. 28. Lib. 5. c. 47. Atque ab eo tempore increbuere vice-Comites. Laudatur Aimoini continuatori
52. 56. Fulco vice-Comes Waftinensis sub Roberti ævum, & vice-Comes de Polinaco;
Rober. Mont. Roberto Montensi, & Matthæo Paris. vice-Comes de Torinna; Goffrido Vin-
A. C. 1177. docinensi vice-Comes de Malo Leone in pago Pictaviensi. Et ut Comites ho-
M. Paris. noris causa consules dixerunt, sic & vice-Comites proconsules; Joannes Saresbe-
riensis: *Apud proconsules, quos nostrates vulgariter dicunt, justicias esse errantes.*
A. C. 1190. Lib. 1. ep. 21. Et paulo post: *Nam de vice-Comitibus & justiciis, que, ut vulgari nostro utar,
Lib. 5. poli- recte dicuntur, nihil tale auditur.* Comitum exemplo vice-Comites in Gallia
crat. c. 15. & præfecturas in rem privatam convertere; at in Anglia vice-Comites magistra-
16. tum, & juridicorum lineam non excesserunt, unde justicias, & iusticiarios nun-
cuparunt; præter Saresberensem, Matthæus Paris. Et vice-Comitis agens vices,
A. C. 1175. laicali se fero immisicit. Et alio loco: *Ranulphum de Glanvilla iusticiarum,*
A. C. 1188. & *fere omnes vice-Comites Anglie.* Matthæus Westmonasteriensis: *Emanavit a
A. C. 1260. cancellaria breve domini Regis ad omnes vice-Comites, in quorum baillivis sole-
bant viatoribus imminere pericula.*
-

C A P U T XIX.

Casus Ducum, & Comitum. Ecclesia vindicata a Ducibus
& Comitibus.

HACTENUS Ducum & Comitum ortus, incrementa, & successus, & in his pertinente regalia, satis, superque prosecuti sumus: nunc ad horum occasum stylum convertamus. Hæ sunt rerum vices, hi fortunæ ludi, iidem orbis ac imperii Romani fuere fines, cuius hodie præter nomen nihil fere restat: jacent cadavera magnarum quondam urbium, gleba est ubi quondam Troja fuit, aratum passa Carthago, Roma ipsa gentium domina ruinis deformis, ut in urbe urbem queramus: atatum vitium ferunt illustriores familiae sibi superstites & ingloriæ, quibus unum solatium fumosæ imagines. Cum hæ scribo en potestas Hispanica, quæ ab ævo de orbis imperio certabat, modo de salute desperat, hinc Lusitaniam, inde Catalaniam avulsam ingemit, mutantem Italianam, expugnatam Perpiniani arcem, referata claustra Iberiæ, aternos naturæ obices perruptos. Hoc rerum fato, deficiente Regum alterius gentis majestate, nimium intumuere Duces & Comites: verum redeunte ad se majestate regni, in ordinem redacti, & ad nutum Principis omnino composti: qua ratione & consilio id factum sit expendamus. Duces & Comites in perniciem maxime adduxit rapina & latrocinium ecclesiarum: Regibus, tanquam advocatis & defensoribus ad ulciscendas numinis & suimet injurias, armata manu advolantibus: exemplis rem probo. Lugebat ecclesia Aquitanica sub prædone Waifario Duce, iusticias, id est res ecclesiarum, passim rapiente: hac de causa in eum movit Pipinus, audaciam hominis armis compescuit, & ut res ecclesiæ restitueret, sacramento & obsi-

obsidibus receptis adegit; Annales Francorum: Tunc Pipinus Rex cernens Waf-
farium Ducem Aquitanorum minime consentire justicias ecclesiarum partibus, que
erant in Francia, consilium fecit cum Francis, ut iter ageret supradictas justicias
quarendo in Aquitania, & pervenit usque in locum, qui dicitur Theodoia: &
cum hoc vidisset Vaffarius misit missos suos Adelbertum & Dadinum, & dedit
obsides Adalgarium & Aitterium Regi Pipino, ut omnia redderet, & quicquid
supra dictus Rex quarebat in causis ecclesiasticis. A Roberto, comitatu exactus
Rainardus Comes Senonensis, quod in Leothericum Archiepiscopum & res
ecclesie tyrannidem exercret; teste Aimoini continuatore: a Ludovico Craffo, Lib.5.cap.47.
armis ad sanam frugem coacti infensissimi hostes ecclesiarum, Burchardus Mont-
moreciacensis Dionysiani-coenobii, Ebalus Comes Ruciensis Rhemensis eccl-
esiæ, Lermus Aurelianensis, Eustachius Comes Arvernensis, ecclesia Arvernen-
sis, precibus Episcoporum, & maxime Claromontensis: Ancillatam ecclesiam ex-
ancillari, excito Rege; de quo Sugerius, & Aimoini continuator consentiant.
Comitatu spoliatus Guillelmus Comes Matisconensis a Ludovico Craffo, ex Pa-
radino, vel potius a Ludovico juniore, ex continuatore Aimoini, cuius fides
præstat, quod ecclesiarum, & maxime Cluniacensium bonis infestus esset, isque
est quem a dæmone raptum scribit Petrus Cluniacensis. Comitatu itidem mul-
tatus Guido Comes Arvernorum ob deprædationem Claromontensis ecclesiæ, ut
narrant Rigordus, & Guillelmus Brito. Plura ejus rei argumenta contexere in Lib.8.Philipp.
promptu esset, sed consulto abstineo, ne lectori nauseam pariam, consilium re-
gium digito demonstrasse mihi satis est.

Suger. in vit.

Lud. Gross.

Cont. Aimoin.

lib.5. c.49.

Lib.5. c.56.

Lib.2. mirac.

cap.1.

A. C. 1209.

C A P U T X X .

Lapsus Ducum & Comitum ob sumptus sacrarum expeditionum.

SUMMA regni ars est proceres, ut plurimum rerum novarum cupidos, in offi- Lib. 5. polit.
cio continere: τὸ τὸς ὑπερέχοντας πολέμου, Eminentiores decurtare, inquit cap.11.
Aristoteles: potentiores reipublicæ graves & molestos, tanquam spinas e segete,
tollendos Vespasiano suasit Apollonius Tyanensis, ex Philostrato. Hac arte tuta Lib.5. de vit.
regni majestas, ecclesiarum & plebis quies, jam altum Regum animis infederat Apoll. c.13.
consilium evindicandæ potestatis ab injustis possessoribus, & castigandæ optimatum
proteriæ: consilio fortuna manus præbuit. Condita sacra in Syriam ex-
peditione, illico militiae nomen dedere plerique Duces, Comites, & milites, &
in sceno duxerunt pietatis causa patrimonium effundere. Igitur sumptus belli-
ci, & itineris transmarini gratia, comitatus & feuda distrahere, vel invadiare,
idest pignori dare, coacti sunt: inter ceteros Bullonio ipsi castro non peperit
Gothofredus Lotharingus expeditionis Princeps, idque pignoravit Leodiensi Epi-
scopo, pecuniae in bellum sacrum expediendæ gratia, pluresque pietatis æmulos
nactus est; Ordericus Vitalis: Tunc Godefridus Lotharingia Dux, Bullonem ca-
strum cum omnibus appendiciis suis Episcopo Leodicensi domino suo invadiavit,
& ab eo septem millia marcas argenti recepit: sic alii plures opulentii & pau-
peres, prædia, redditusque suos distraxerunt, ac pecuniam ad ineundum iter in Hie-
rusalem procuraverunt. Hoc pacto Guillelmus Comes Pictaviensis & Dux A-
quitanorum comitatum Tolosanum jure uxorio partum, Raymundo Comiti S.Æ-
gidii in transmarinae peregrinationis subsidium invadiavit; chronicon Norman-
orum: Si quis autem requirit, quomodo Comes sancti Ægidii habuit civitatem
Tholosam, noverit quod prædictus Guillelmus Comes Pictaviensis, & Dux Aqui-
tanorum invadiavit eandem civitatem Raimundo Comiti sancti Ægidii, patruo
uxoris sue, propter pecuniam, quam idem Guillelmus in expeditione Hierosolymit-
Q ij

Lib. 10. hist.
eccles.A. C. 1098.
V.G.Tyrium.

lib. 9. c. 8.

A. C. 1158.

id. Robert.
Montens.A. C. 1160.
Guillelm.Neubrig.lib.2.
c.10.

in Guillelm.
A. C. 1095.
id. Matth.
Westmon.
eod.ann.

tana expendit. Ejusdem commilitii gratia Robertus Dux Normannorum Nor-
manniam Guillelmo Anglorum Regi germano suo pignoravit; Matthæus Paris.
Hoc denique tempore Robertus Dux Normanniæ crucis signatus iter Hierosolymita-
nun omnium peregrinorum novissimus arripiens, posuit Normanniam in vadimo-
nium fratri suo Regi Willelmo, acceptis ab eo decies mille libris argenti. Eo-
dem pietatis œstro percitus Hirpinus Biturigum Comes, comitatum suum alie-
navit in Philippum I. Francorum Regem; Aimoini continuator: Philippus Rex
autem videns, inquit, dominum suum per insolentiam predecessorum suorum esse
diminutum, & sere ad nihilatum, cupiensque illud reaugere, a quodam milite
Harpino nomine emit Bituricas precio sexaginta millium solidorum. Isque in bel-
lo captus a Sarracenis, & post trimam custodiam Byantini Imperatoris gratia
& ope absolutus, salutato Redemptore, rediit in Galliam vacuus & inanis, &
redux, necessitate an consilio, monachum professus est Cluniaci, ubi vitam exe-
git; testes sunt Ordericus Vitalis, Albertus Aquensis, Guibertus abbas. Nec
minori pietatis æstu in expeditionem Sarraceniam, quæ auspiciis D. Ludovici
suscepta, Duces, Comitesve, & alii viri nobiles feuda & prædia, sumptus mi-
litaris gratia, passim proscripti, ut terram redimerent a barbaris, quam Chri-
stus vestigiis & sanguine suo sacraverat; Matthæus Paris. Anno quoque sub eodem,
Rogerius de Muhat, unus de nobilitioribus Angliae Baronibus crucis signatus,
partem suam in sylvis & aliis redditibus, quos habebat apud Convente, priori &
conventui ejusdem loci, pro magna summa pecunia, ut sibi in viaticis provideret,
ad feudofirmam dimisit, & multa alienavit, & multa irrevocabiliter vendidit,
sicut & alii nobiles tam de transmarinis, quam de partibus cismarinis. Tot
sumptibus exhausti proceres, & virium fiducia destituti, reverentius se habuere in
Principem, & majestatem colere didicerunt, atque interim dum peregre abessent,
præfecti regii arrepta occasione, jurisdictionem regiam omnibus modis stabilire,
& clientes Ducum Comitumve ad forum regium revocare enisi. Idcirco Join-
villa, Senescallus Campanie, D. Ludovico secunda in expeditione Sarracenica
se comitem abnuit, quod se in priori versante, præfecti regii graves clientibus
fuis molestias intulissent.

C A P U T XXI.

Reunio ducataum & comitatuum, ex pacto, emptione, vel nuptiis.

FULMINA e mari effundunt, & in mare merguntur, nihilo tot fluminum ac-
cione exundans. E gremio imperii Gallici abscissi fuerant ducatus & co-
mitatus, tandemque ad summum fontem postliminio redierant, & foedum vulneri-
bus corpus cicatrices obduxit. Tanti operis fundamenta aggressi divi Principes
Hugo, & Robertus, tertia gentis parentes, & arcum regni posteris tradide-
re. Auspicio Robertus ab Henrico Burgundionum Duce fine liberis defuncto
heres scriptus, fractis Guillelmo Comite Transagonano, & Guillelmo Comite
Nivernensi rebellantibus, Henricum filium Burgundia. Duce imposuit, cui re-
rum potito, Robertus ipfus germanus in ducatum successit; de quo auctòr chro-
nici Floriacensis, Willelmus Gemiticensis, & Aimoini continuator. Ducum &
init. Willel. Comitum casum impulere mutua inter eos dissidia & privata bella. Decertan-
te Fulcone Rechino Comite, cum Gothofredo Barbato Andium Comite, Va-
stinensem pagum ex donationis causa a Fulcone accepit Philippus I. quo fratris
partibus abstineret, & discriminis spectator federet; Aimoini continuator: Po-
sta vero motum est bellum inter Gausfridum Barbatum Andegavensem Comitem,
& fratrem ejus Fulcone Rechin Comitem Vastinensem; conquerens siquidem
predi-

Chron. Flor. init. Willel. Comitum casum impulere mutua inter eos dissidia & privata bella. Decertante Fulcone Rechino Comite, cum Gothofredo Barbato Andium Comite, Vastinensem pagum ex donationis causa a Fulcone accepit Philippus I. quo fratris partibus abstineret, & discriminis spectator federet; Aimoini continuator: Postea vero motum est bellum inter Gausfridum Barbatum Andegavensem Comitem, & fratrem ejus Fulcone Rechin Comitem Vastinensem; conquerens siquidem predi-

Gemit. lib. 5. cont. lib. 5. cap. 47. Lib. 5. c. 47.

predictus Fulco de fratre suo, super eo quod ei parvam terræ partem dedit, Regem adiit, & fideliter compromisit, quad totum Waslinense ei relinqueret, si de bello sibi non noceret: Rex autem super hoc accepto consilio, quod petebat concessit. Invadens igitur Fulco fratrem suum per auxilium Andegavensem, & Turoensem Baronum, hominum multa strage facta eum in campo devicit, cepit, & usque ad finem vita sua in carcere tenuit: qua peracta expeditione, Waslinense, sicut promiserat Regi, wespivit. Ex venditione, sexagenis numum aureorum millibus, comitatum Bituricensem recepit Philippus I. ab Hirpino Comite in sacrum bellum accincto, ut modo observavi ex continuatore Aimoini. Tolosanus comitatus perjuncta confusione, & incruento parandi genere in jus regni reversus, nempe mediis nuptiis Joannæ Tolosanæ, & Alphonsi Comitis Piëtonum, germani D. Ludovici, commissa lege nuptialibus tabulis dicta, ut iis sine liberis fato functis, comitatus in fiscum cederet. Regno etiam parta Campania, lato Philippi Pulchri connubio cum Joanna herede Henrici Navarræ & Comitis Campaniæ. Eodem pacto Armorica ante impacata provincia cum regno coivit, per Caroli VIII. nuptias cum Anna Ducissa. Nempe divinis Regum mentibus una fuit voluntas, unum nuptiarum votum regni restitutio, & reipublicæ potius, quam sibi uxor ducta, & adamata. Testamento Hugonis Lusiniani heres scriptus Philippus Pulcer, & fiscus adaeuctus trino comitatu Lusiniano, Engolismensi, & Marchiæ, obmurmurantibus legitimis heredibus, captatam institutionem: facile conciliatum silentium injecta offa, & aliquantulo solatio eis relicto, ut narrant Stephanus de Lusiniano scriptor rerum Cypriarum, & Nicolaus Vignierius. Ab Humberto Viennensi Delphino, studio veræ A. C. 1307. philosophiæ, idest religionis, ejuratus Principatus, & Philippo Valesio natuque majori Galliæ Princi per perpetua lege transfusus. Ex venditione Monspessulanus comitatus a Philippo Valesio, Joannis Balearium reguli manibus exemptus, ære exhaustus fiscus: ut populorum sanguini, & crebris bellorum causis parceretur, maluere Reges piissimi nundinatores provinciarum, quam triumphatores videri, magis de provincialium salute, quam de suimet nominis gloria solliciti. A Renato comitatum Andegavensem emunxit industria Ludovici XI. Ex testamento Caroli Comitis in jus regni confluxit comitatus Provinciae, herede scripto eodem Ludovico, cui & Gallia assertum refert Burgundiæ ducatum. Plura hujus rei argumenta omitto, quæ Chopinus abunde colligit in libris de domanio, satis ex his aperietur elevatio Ducum & Comitum.

C A P U T XXII.

Proscriptio ducatum & comitatum. Restitutio electionum.

SUO scelere concidere etiam Duces & Comites, & justas fisco poenas luerunt bonorum proscriptione. Jure commissi ab Anglis recepta feuda quotquot habebant in Gallia, nempe ducatus Normaniæ, & Aquitaniæ, comitatus Piëtonum, Andium, Coenomannoium. Arturo Duce Britorum, & justo Anglia herede, nefarie occiso a Joanne ipsius patruo, Philippus Augustus Joannem parricidii reum factum apud se & pares Galliarum, & solernibus edictis vocatum, per contumaciam proscriptis, & feuda, quæ tenebat in Gallia, fisco commissa: hoc jure Rhotomagum obfedit, & per ditionem recepit, & cum ea universam Normanniam, cuius rei fama perterriti Aquitani, Pictones, Turones, Andes, confestim in Philippi obsequium ierunt, ut narrant Rigordus, Guillelmus Brito, & alii scriptores: qua de re extat decretalis epistola Innocentii in c. novit, III. Varia sorte usi Aquitania, & diuturnis jactata bellis, nimia religione D. de judic.

A. C. 1205.

Ludovicus pæctis cum Henrico III. Anglorum Rege conditionibus anno **MCCCLIX.** ei Aquitaniae partem præter suorum sententiam remisit, ut satentur Matthæus Paris. Thomas Walsingham, & Joinville. Anno **MCCXCIII.** Burdegalam & quicquid erat ditionis Anglicæ in Aquitania recepit Philippus Pulcer, obtenuit clari-gationis rerum ab Anglis raptarum; sed rursum pæcto fœdere anno **MCCCXXV.** cuncta in potestatem Anglorum rediere; immo Joanne infeliciter capto in prælio Pictaviensi, Regis redimendi gratia Anglis dumissâ universa Aquitania, cum aliis luculentis ditionibus, & sic res se habuerunt, donec Aquitania a Carolo VII. tandem recepta, & Angli continentis exacti, præterquam Caleto. Denique si posteriores ætates perlustres, facile comperies ducatus & comitatus majorum protervia proœctos, eodem scelere corruiisse in fiscum. Nonnihil etiam ad coercendam dynastiarum elationem & fastum adjumento fuit sacrarum electionum restitutio, jam a Capetia gentis exordiis; quamdiu enim pontificatus omnino in regia manu versabantur, his palatini & nobiliores, gratia, vel natiuum commendatione per facile obrepebant; minores vero clerici latebant: sed redacta ad Capetios restitutæ electiones, & Regibus curæ fuit, ut in eligendis magis virtus & scientia, quam genus spectaretur: quæ res potentiorum animos nimis male affecit in Robertum; de quo Glaber Rodulphus: *Si qua enim pontificalis sedes in suo regno proprio viduaretur Praefule, cura erat maxima, ut utilis pastor, licet genere insimus, restitueretur ecclesiæ, potius quam nobilitatis eligeretur persona secularis pompa: qua de causa etiam primates regni sensit plurimum contumaces, qui, despiciens humilibus, sui similes eligebat superbos.* Eo nomine Philippum A. laudat Cæsarius, quod Emelricum, unum ex canonis Laudunensibus electum in Episcopum Laudunensem, sine ulla dignitatis commendatione præsentatum libenter admisit. Repulsa merito causam dederint corrupti hac tempestate nobilium clericorum mores, dum ferro magis, quam lege age-rent, & passim cæde pollutas manus altaribus inferrent, ut eos a sacris dignitatibus arcendos duxerit Bernardus Clarevallensis in epistola ad Innocentium II. *Unum e duobus, inquit, fere necesse est, aut nullos ex nobilibus sive potentibus secundum hoc seculum admitti deinceps ad honores ecclesiasticos; aut passim ad omne illicitum permitti libere clericos sacris abuti officiis, ne forte si quispiam zelo Dei accensus prohibere tentaverit, ferro illico militari reus justitia trucidetur.* Denique his consiliis, & aliis, quæ privato impervia (quî enim altas Regum mentes penetrare liceat) ruinas suas instauravit respublica, majestas regni inter-mortua reviruit, Gallia sibi suisque dominis redditâ unam Regum purpuram adoravit, accisi Duces & Comites Provinciales, illorumque vices subiere senescalli & baillivi, temporarii magistratus, de quibus dicendum restat.

CAPUT XXIII. ET ULTIMUM.

Institutio senescallorum, & baillivorum.

A. C. 786. **J**AM a secundo Regum stemmate senescallus inter primarias regni dignitates se habuit; Sigebertus: *Carolus Rex, inquit, Adulsum senescalcum suum contra Britones mittit.* Eundem regiæ mensæ præpositum, vocat Aimoinus: principem coquorum Regino abbas. Senescalli officium plane indigetat Hincmarus Rhe-mensis: *Quæ videlicet cura quamquam ad buticularium, vel ad Comitem fabuli pertineret, maxima tamen cura ad senescallum respiciebat, eo quod omnia cetera, præter potus vel victus caballorum, ad eundem senescallum respicerent.* Megadomesticus Græcorum, senescallum comparat Willelmus Tyrius: *Alexius cum esset in imperiali palatio a domino Nicephoro cognomento Botoniathæ plurimum bono.*

Lib.4. c.78.

Lib.2. chron.

ep. 3. c.23.

Lib.2. de bell.

sacr. c. 5.

*honoratus, & megadomestici dignitate, quem nos majorem senescallum appellare consuevimus, fungeretur officio ab Imperatore secundus. Et sane majori domus successit senescallus Galliæ, idque officii, munere Roberti Regis, cum comitatu Andegavensi jure feudi coaluit; Robertus Montensis: *Herricus*, inquit, filius Regis Anglorum fecit homagium Regi Francorum socero suo de Andegavensi comitatu, & de Cœnomanensi, & de ducatu Britaniæ, quem Rex concessit eidem genero suo: nam de Normannia ei fecerat ante homagium, & concessit ei Rex Francorum, ut esset senescallus Franciæ, quod pertinet ad feudum Andegavense. Et paulo post: In purificazione beatae Marie fuit filius Regis Anglorum Parisiis, & servit Regi Francorum ad mensam, ut senescallus Franciæ: hanc senescalciam, vel ut antiquitus dicebatur, majoratum domus regiae, Roberius Rex Francorum dedit Gaufrido Grifogonelle Comiti Andegavensi, propter adjutorium quod ei impendit contra Ottonem Imperatorem Alemanniæ. Idem testatur Hugo de Cleeris, qui in calce Goffredi Vindocinensis editus est a Jacobo Sirmondo, & majoratum, senescalciam vocat. Exactis vero Ducibus & Comitibus provincialibus, his successere præfecti pagenses, quos senescallos dixerunt, adeoque invidiolum Comitis nomen evasit, ut Guillelmus de Rupibus, armis recepta ab Anglis Andegavo, ob egregie navatam operam comitatu Andegavensi jure hereditario donatus a Philippo Augusto, eum abnuerit, & nudo senescalli nomi-*

in suppl. Si-
geb. 1170.

Lib. 8. Philip-
pid.

*Cujus Guillelmi Rex inclita facta, fidemque
Attendens, ipsum Comitis vice munere largo
Totius patriæ dominari jussit & urbi,
Cui quamvis totum donasset Rex comitatum,
Non tamen usurpat Comitis sibi nomen habendum;
Immo senescallum quasi se minuendo vocavit.*

Bajulos media ætas vocavit juniorum Principum pædagogos, seu educatores, & gestatores; Lopus Ferriensis in epistola ad Carolum: *Non admittantur ergo a vobis monitores, quos bajulos vulgus appellat, ne gloriam vestram inter se ipsi partiantur.* Hac notatione Aimoino monacho celebratur Hermarius bajulus Ariberti: *Inter primores Franciæ, qui convenerant, quidam Hermarius gubernator palatii Ariberti filii Regis, simulque bajulus a pueritia, Agniano super se irruente perimitur.* Eademque Otho bajulus Sigeberti: *At vero quidam Otho Becone genitus patre, sperabat se Comitem palatii fieri posse, eo quod bajulus fuerat Regis Sigeberti in ejus tenera etate.* Et in vita Ludovici P. Arnoldus ejus bajulus memoratur: *Filiumque suum Ludovicum Regem regnaturum in Aquitaniam misit, (Carolus M.) præponens illi bajulum Arnoldum.* Ætatis vitio & Graci recentiores bajulos dictitarunt nutrìcios Principum; *Antiochenum Theodosii junioris bajulum laudat Cedrenus: *Θεοδόσιος δὲ Βασιλεὺς Αὐτοκράτορας, καὶ πατέρων τὸν βαῖελον ἀντί Πατέραν ἐποίησε.* Theodosius Antiochum præpositum, & patricium, suumque bajulum Papam fecit: *περ γέγαλε βαῖελος μεμινῖτις Codinus.* Joannem protospatarium, & bajulum Constantini, Irenes filii P. Constant. memorat & Paulus Diaconus. Nec non bajulorum nomen ad privatorum infantum pædagogos detortum; Theodorus Balsamo: *ἐπεῦσεν γὰρ τὰς παιδοτρέψασας, βαῖελος καπονημάζουεν.* Hinc enim puerorum magistros, bajulos appellamus. Verum sub tertia Regum nostrorum stirpe, bajulorum seu baillivorum nomen e schola & disciplina transiit ad forum, idest ad prætores & juridicos, quasi plebis rectores, ut in testamento Philippi Augusti apud Rigordum: *Et in terris nostris, quæ propriis nominibus distinctæ sunt, baillivos nostros posuimus, qui in baillivo suis singulis mensibus ponent unum diem, qui dicitur assisa, in quo omnes illi, qui clamorem facient, recipient jus suum per eos, &c.* Et in con-

Epist. 64.

Lib. 4. c. 15.

Lib. 4. c. 38.

Lege, An.

tiochum

Lib. de offic.

lib. 23. histor.

miscell.

Lib. 7. medi-

cens. apud

Leunc.

A. C. 1189.


de gest. D. substitutione D. Lud. apud Guillelmum Nangium: *Quæstus quidem illicitos quantum possibile fuerit in baillivis & aliis curialibus nostris reprimere cupientes, baillivos, propositos, vice-Comites, & villarum majores, ac quoscumque sub eis in officiis constitutos, juramento subscripto duximus astringendos.* Inde & baillivorum territorium, seu districtum, ut loquuntur, baliam dixerunt; Innoc. III. Lib.z.ep.252. Pontifex in epistola quadam: *Preposituras, quas balias vulgariter appellatis.* Sed & nondum confecti Duces, & Comites, per baillivos jurisdictionem suam in Richar. I. exercuerunt, Rogerus Hovedenus: *Interim Richardus Rex Anglia, peractis negotiis suis in Pictavia pro voluntate sua, rediit in Andegaviam, & redemit omnes baillivos suos, idest ad redemptionem coegerit.*

F I N I S.

DE

D E
ORIGINE ET STATU
F E U D O R U M
P R O
M O R I B U S G A L L I A E
LIBER SINGULARIS
A U C T O R E
A N T . D A D I N O A L T E S E R R A .

з с
и т а т а и и т я с
М И Я О Д У Б
о я с
Э И Л А О Г У Б Т Я О М
а я а л и с я я е с
а л о т с а
А Я С Е Т Т А О И Д А С Т И А



ORIGINES
FEUDORUM
PRO
MORIBUS GALLIÆ.
LIBER SINGULARIS.

CAPUT I.

Feudorum orige.



De origine Feudorum, quæ priores beneficia appellarunt, variæ & discrepantes sententiæ inter juris interpretes: alii a clientelis Romanorum, vel a prædiis, quæ capta ab hostibus ex parte veteranis assignabantur, seu ab agris limitaneis, dabantur, quod genus agrorum Alexandrum Severum militibus donasse scribit Lampridius; itaut eorum essent, si heredes eorum militarent, nec umquam ad privatos pertinerent: alii a devotis, seu folduriis Gallorum, de quibus Cæsar & Athenaeus: alii a legibus Longobardorum: alii denique ex consuetudine Francorum & Germanorum repetunt, quæ postrema sententia magis placet, sed nondum satis diligenter comprobata videtur. Primum a jure Romano feuda deduci perquam absurdum est, & Obertus ipse fatetur ius fendorum totum manare ex consuetudine, nihilque commune habere cum jure Romano: an enim a clientelis Romanorum feuda repeti possint? at jura patronorum & clientum fuere mere personalia, nec in his intercessit datio illa prædiorum, sed nuda erogatio sportularum & annonarum: ius fendorum vero proprio in feudis

* qui militibus limitaneis
in Alex. Se-
ver.

Cæsar lib. 3.
de bell. Gaif.
Athen. lib. 6.
cap. 13.

2. Feud. 1.

R. ij

Tom. V. Par. II.

Dionys. Halicarnassi. lib. 2. & rebus soli consistit: clientibus militiae onus injunctum non fuit, sed tantum civile obsequium, & pecuniarium subsidium, ut pridem observatum ex Dionysio Halicarnasseo, & Plutarcho: feudis vero inest propria lex militaris servitii.

An a pradiis assignatis veteranis, vel limitaneis militibus? verum neutrum genus prædiorum feudis conveniens dici potest; erant quidem militaria prædia, sed illa veteranis & emeritis, hæc limitaneis militibus tantum dabantur, utraque optimo jure possidebantur, ac limitanei quoque fundi transibant in heredes sub perpetuo saltem onere militiae. At feuda ab origine, quæ magis in hac comparatione rerum spectanda est, temporaria fuere, & pro dantis arbitrio adempta, nec feudi proprietas transfertur in vassallum, sed manet peres dominum: unde recte feudum separatur ab alode, seu proprietate; Ditmarius: *Quod apud dominum suimet beneficii maximam partem acquisivit in proprietatem.* Et Ivo Carnotensis: *Hanc vero tuitiōnem cum servitio dedit vice-Comes cuidam militi suo in beneficium, domino videlicet Curva villa, post non multum temporis emit Comes Rotrocos partem illius fundi, quæ alodium erat.* Cæsarius: *Erat autem in proximo manens miles quidam dives, honestus, ministerialis tamen; huic juveni jam dictus alodia sive feuda sua partim vendebat, partim in vadimonio exponebat.* An beneficiarios, seu feudatarios nostros referamus ad Gallorum devotos seu soldarios? nulla suadet ratio; quod enim Cæsar scripsit, eorum hanc esse conditionem, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitia dediderint, non eo spectat, ut hos traditione & cessione prædiorum (sine quibus feuda non consistunt) cohonestatos intelligamus, sed tantum satellites, socios utriusque fortunæ, nec alias quam devotos Hispanorum, de quibus Strabo, & Dio. Quid si a legibus Longobardorum feuda ducere studeas? vetat Gerardus feudorum primus interpres, & ipse Longobardus, qui jus feudorum antiquissimum esse testatur; vix enim horum auctores laudare possis Longobardos, qui e barbarico in Italiam migrarunt non ante annum DLXXII. teste Anastasio; nec antiquitatis laude commendantur: & plane commentitium est, quod nonnulli ajunt Longobardos, occupata Italia parte, agros ducibus & militibus divisisse sub iis conditionibus, quæ redactæ sunt in libris feudorum; nam in Longobardorum Regum legibus, si demas quas addidere Carolus, aliique Franci, & Germani Principes, nihil de feudis palam cautum reperitur: & occupata Italia per Longobardos non alia legitur rerum ratio instituta, quam quæ fuerat sub Gothis; nimirum tertia prædiorum erepta veteri possessori, vel tertia frugum vectigal indictum; Paulus Diaconus: *His diebus multi nobilium Romanorum ob cupiditatem imperfecti sunt, reliqui vero per hostes divisi, ut tertiam partem suarum frugum Langobardis persolverent tributarii efficiuntur.* At de beneficiis, seu feidis altum silentium. Sane Otto Frisingensis tres inter Longobardos esse ordines memorat, capitaneorum, valvassorum, & plebeiorum, sed ad sua tempora se refert, ut indigent ipsa verba auctoris: *Denique libertatem tantopere affectant, ut potestatis insolentiam fugiendo, consulum potius, quam imperantium regantur arbitrio; cumque tres inter eos ordines, idest capitaneorum, valvassorum, plebis esse noscantur; ad reprimendam superbiam, non de uno, sed de singulis prædicti consules eliguntur.* Immo ipse valvassorum nomen, non Longobardicum, sed Francicum agnoscit: Robertus iste ex mediocri stirpe in Nortmannia, ex eorum militum ordine, quos valvassores vulgo ibi dicere solent. Rectius originem feudorum repeatas e moribus Francorum: Franci scilicet rerum potiri in Gallia, prædia dividere ducibus, & militibus, idque beneficiario jure, sub lege fidei, & servitii, priusquam Longobardi Italiam attigissent. Hoc jure Aureliano Duci Milidunensis pagus beneficii nomine datus a Clodovao; Aymoinus: *Unde cum Clodovæ regnum suum usque Sequanam, atque postmodum usque Ligerim fluvios ampliasset, Milidunum castrum eidem Aureliano cum totius ducatu regionis jure beneficii concessit.* Et Mummolo patricio eodem jure

Lib. 5.

Epist. 168.

Lib. 2. de mi-
rac. c. 12.Strab. lib. 3.
Dio. lib. 53.in vit. Bened.
P.Lib. 2. de gest.
Longob. c. 18.Lib. 2. de gest.
Frideric. c. 13.Lib. 1. de gest.
Frid. c. 3.

Lib. 1. cap. 14.

Macho-

Machovillam apud Arvernos datam a Guntrano Rege testatur Gregorius Turo- Lib.4. histor.
nensis: Et Amo quidem Ebredunensem carpens viam usque Machovillam Aver- cap.39. idem
nici (Arvernici) territorii , quam Mummolus munere meruerat regio , accessit , Paul. Diac.
ibique fixit tentoria . Unde jam a Francici regni cunabulis passim celebrantur re- lib.3. c.8.
gii leudes , sive leodes , idest fideles , qui a Rege prædia tenebant sub lege fidei & servitii ; Gregorius Turenensis: Sed ille muneribus placatis a leodibus suis Lib.3. histor.
defensatus est , & in regnum stabilitus . Et alio loco : Veni igitur , & ecce ab- cap. 21.
sconditur , nec ostenditur mihi puer , ut credo , alicujus ex leudibus nostris sit filius . Et in exemplo pactionis initæ inter Guntranum , & Childebertum Re- Lib. 8. c.9.
ges: Leudes illi , qui domino Gunthranno post transitum domini Chlotarii sacramen-
ta primitus prebuerunt : Et mox similiter convenient , ut nullus alterius leudes , nec
solicitet , nec venientes excipiat . Fredegarius: Jussu Sigeberti omnes leudes Au- cap. 87.
strorum in exercitum gradiendum banniti sunt . Et Aimoinus: Fuit autem Gun- Lib.3. c.81.
trannus leudis suis benevolus , gentibus externis pacatus . Eosdem proxima ætas
vassos vocitavit , quod nomen Francicum est , & vassorum originem e moribus
Galliarum contestatur Walafridus Strabo: Capellani minores ita sunt , sicut hi quos Lib. de reb.
vassos dominicos Gallica consuetudine nominamus . Hoc jure vassii instituti a Ca- eccles.c.31.
rolo M. in Aquitania ; Aimoini continuator: Ordinavit autem per totam Aqui- Lib.5. c.1.
taniam Comites , abbatesque , nec non alios plurimos , quos vassos vulgo vocant .
Et ut feuda manarunt ex moribus Galliarum , eodem fonte effluxit commendatio-
nis vassorum , idest fidelitatis & hominii per manuum porrectionem formula ;
Aimoinus: Illuc & Tassilo Dux Bajoariorum cum primoribus gentis sua venit , Lib.4. c.64.
& more Francico in manus Regis (Pipini) in vassaticum manibus suis semet-
ipsum commendavit . Æque & ex moribus Francorum securæ leges feudorum , in Lud.Graff.
veluti lex commissi ob feloniam ; quod enim scriptis Sugerius feudum committi
lege Salica , ob culpam vassalli , idest ex consuetudine Francorum , quæ sæpius
legis Salicæ nomine venit : & jam olim in Gallia feuda reguntur proprie jure
moribus constituto , quod jus cismontanum appellat Joannes Saresberiensis in epi-
stola ad Alexandrum III. P. Unde , ut asserebat illustris Blesensis Comes Theo- Ep. 89.
baldus , Princeps quidem justitia amator , & juris cismontani perissimus , ad
quem Episcopus Wintoniensis liberorum causam transmiserat , eo quod ad ipsum
res ista jure feudi pertinebat , accitis posterioribus Episcopis Gallie , consilio eorum ,
aliorumque sapientum , causa cognita , patre defuncto eos legitimos agnovit heredes ,
eisque obesse non debere censuit quicquid in fraudem eorum dolus artifex procura-
vit . Sic & ex consuetudine Galliarum præter naturam feudi , feminæ capaces feu-
di , & jurisdictionis , quæ ei cohæret , effectæ ; Innocentius III. in epistola decre-
tali ad cancellarium Parisiensem : Quia tamen juxta consuetudinem adprobata ,
quæ pro lege servatur in partibus Gallicanis , feminæ præcellentes in subditos suos
ordinariam jurisdictionem habere noscuntur , mandamus , &c. Unde consuetudina-
les justitias vocat Conradus de Fabaria : Tam feidis , quam consuetudinalibus
justiciis . Denique feuda Galliarum adeo moribus facta , fictaque sunt , ut census ,
& jura dominica , hodieque consuetudines dicantur , quod non alio jure , quam
consuetudine nitantur ; Goffridus Vindocinensis: Perversas quasdam exactions ,
sive consuetudines extorquere laborant . Robertus Montensis: Munitiones perdi-
dunt , quia malas consuetudines ipsi , & eorum intercessores diu ibi tenuerant .
Et consuetudines feudorum probarunt etiam ipsi Pontifices .

cap. dilecti, de
arbitr.
de casib.mon.
S.Gallæ c.8.
Lib.1. ep.2.
A. C. 1166.
cap. ceterum,
cap. novit , de
jud. cap. ex
transmisſa, c.
verum, de for.
comp. c. quæ
in ecclesia-
rum, de cor-
ſit. & aliis .

C A P U T . II.

Feuda patrimonialia in Gallia:

BENEFICIA, seu feuda ab initio fuere temporaria & precaria, ita ut dantis arbitrio revocari possent, & ipso jure morte accipientis finirentur; Hinc in calce hist. Flodoard.

Lib. 3. cap. 82. **C**an. 20. **B**eneficia, seu feuda ab initio fuere temporaria & precaria, ita ut dantis arbitrio revocari possent, & ipso jure morte accipientis finirentur; Hinc in calce hist. Flodoard.

Defuncto Tilpino Archiepiscopo tenuit D. Rex Carolus Rhemense episcopum in suo dominatu, & dedit villam Novilliacum in beneficio Anscheri Saxonii, qui nonas & decimas ad partem Rhemensis ecclesie de ipsa villa usque ad mortem suam persolvit. Ideo plerisque fisci vel ecclesiistarum prædiis militibus in beneficium datis, lex dicta, ut beneficiorum census & descriptio fieret, ne lapsu temporis interverterentur, & in alodem seu dominium perpetuum redigerentur; capitulare Caroli M. Ut non solum beneficia Episcoporum, vel abbatum, abbatissarum, atque Comitum, sive vassorum nostrorum, sed etiam fisci nostri describantur in breve, ut scire possumus quantum etiam de nostro in uniuscujusque legatione habeamus. Concilium Meldense sub Carolo Calvo: Quia maxime quod ad rem publicam pertinuit, aut præcepione in beneficio jure, aut in allodio absumptum habetur, videtur nobis uile & necessarium, ut fideles & strenuos missos ex utroque ordine per singulos comitatus regni vestri mittatis, qui omnia diligenter inbrevent, que tempore avi, ac patris vestri, vel in regio principaliter servitio, vel in vassallorum dominicorum beneficiis fuerunt. Jam a Ludovico Pio cœperunt feuda transire ad liberos, & plura ab eo constituta in ditiones perpetuas: In tantum largus, inquit Teghanus, ut antea nec in antiquis libris, nec in modernis temporibus auditum est, ut villas regias, que erant sui & avi & tritavi, fidelibus suis tradidit eas in possessiones sempiternas, & præcepta construxit, & annuli sui impressione cum subscriptione manu propria roboravit. Exin beneficia transire ad liberos, sed non sine speciali consensu Principis. Post præclum Fontaneticum victorem Carolum Calvum adiit Guillelmus, natus Bernardi Ducis Septimaniæ, ut se ei commendaret, idest fidem & hominum exhiberet, dum ei honores, idest beneficia, quæ pater in Burgundia habuit, transcriberet; Nithardus: Bernardus Dux Septimaniæ, quamquam a loco prædicti prælit plus minus leucas tres defuerit, neurii in hoc negotio supplerentur fuit; victoram autem ut Caroli esse didicit, filium suum Willemum ad illum direxit, & si honores quos idem in Burgundia habuit eidem donare vellet, ut se illi commendaret præcepit. Beneficia inter liberos divisit Uto Comes, expedito consensu Principis; Regino: Anno dominice incarnationis DCCCXL. Uto Comes obiit, qui permisso Regis, quicquid beneficii, aut præfecturarum habuit, quasi hereditatem inter filios divisit. Jam ætate Geraldii Comitis Aureliacensis, qui vixit temporibus Caroli Simplicis, res in eo erat, ut beneficia semel data vix revocarentur; Odo Cluniacensis de hoc Pio Comite: Neque hoc patiebatur, ut quilibet senior beneficia a suo vasso pro qualibet animi commotione posset auferre. Tandemque ruente secunda Regum stirpe, feuda omnino deserunt in perpetua dominia, & jure patrimonii cœperunt. Hinc cum saepius questio de formula fidelitatis occurreret, hac de re Guillelmus Dux Aquitanorum Fulbertum Carnotensem amicissimum, & rerum peritissimum consultuit, & ab eo formulam fidelitatis accepit per epistolam, quam Gratianus & Ivo uterque suo decreto intexuere. Ab eo tempore, cum feuda juris hereditarii essent, Stephano Comite Trecensi fatis functo sine liberis, Odo Comes Carnotensis, tanquam proximior, de hereditate contendit, infelici exitu; Glaber Redulphus: Nam cum obiisset Stephanus Comes Trecorum & Meldorum Heriberti

De gest. Lud. P. c. 19. **B**eneficia, seu feuda ab initio fuere temporaria & precaria, ita ut dantis arbitrio revocari possent, & ipso jure morte accipientis finirentur; Hinc in calce hist. Flodoard.

Lib. 3. **2. chron.** **B**eneficia, seu feuda ab initio fuere temporaria & precaria, ita ut dantis arbitrio revocari possent, & ipso jure morte accipientis finirentur; Hinc in calce hist. Flodoard.

*B*eneficia, seu feuda ab initio fuere temporaria & precaria, ita ut dantis arbitrio revocari possent, & ipso jure morte accipientis finirentur; Hinc in calce hist. Flodoard.

Lib. 1. de vit. S. Gerald. c. 17. **B**eneficia, seu feuda ab initio fuere temporaria & precaria, ita ut dantis arbitrio revocari possent, & ipso jure morte accipientis finirentur; Hinc in calce hist. Flodoard.

Fulbert. ep. 101. Gratian. c. de forma. 22. q. 5. Ivo. decr. p. 12. c. 76. **B**eneficia, seu feuda ab initio fuere temporaria & precaria, ita ut dantis arbitrio revocari possent, & ipso jure morte accipientis finirentur; Hinc in calce hist. Flodoard.

*B*eneficia, seu feuda ab initio fuere temporaria & precaria, ita ut dantis arbitrio revocari possent, & ipso jure morte accipientis finirentur; Hinc in calce hist. Flodoard.

Berti filius, ipsius Regis consobrinus, absque liberis, apparuit idem Odo contra Regis voluntatem universa quaque latifundia, in Regis videlicet dominium jure cessura. Nec non idem Odo audacius questus apud Robertum, quod sententia parium, se absente nec defenso castrum, quod jure hereditario vindicabat, adjudicatum esset Richardo Normanniæ Duci, ut liquet ex ejus epistola apud Fulbertum: *Hæc causa est cur tibi ad placitum non occurri; sed de te, domine mihi, valde miror, qui me tam præpropere, causa indiscussa, tuo beneficio judicabas indignum: nam si respiciatur ad conditionem generis, daret Dei gratia quod hereditabilis sim; si ad qualitatem beneficii quod mihi dedisti, constat quia non est de tuo fisco, sed de his quæ mihi per tuam gratiam ex majoribus meis hereditario jure contingunt.* E moribus jus ortum, ut proximiores agnati in feudis succederent, hoc jure Lietbertus Episcopus Cameracensis Hugonem, Galteri Cameracensis castellani defuncti nepotem, de castellatura investivit, quasi legitimum heredem, repulso quodam Joanne; atque adeo rogatus ab Imperatore, ut Joanni castellaturam hancce daret, constanter abnuit, quia, ut refert Baldricus Noviomensis: *Hugoni legitimo heredi secundum legem patriæ jam eam donaverat.* Hereditaria beneficia in Gallia agnovit Ivo Carnotensis, dum Nivardum militem absolvit a sacramentis prestitis Willelmo II. Regi Anglorum, utpote adversis Prioribus sacramentis: *Quæ fecerat ille, inquit, naturalibus & legitimis dominis suis, de quorum manibus suscepérat hereditaria sua beneficia.* Haud dispari fato labente imperio, feuda in Germania in hereditaria degenerarunt: & Conradus I. qui eodem anno cum Carolo Simplice vixit, primas de feudis perpetuis, & hereditariis leges condidit; de hac feudorum serie Nicolaus Cusanus: *Ordinabantur etiam tunc Principes, Duces, & Comites constituti debere tanquam officia publica imperiali iussione habentes ad nutum removibilia, rationem sui ministerii avario publico reddere: post hæc, quia senatorum filii, licet equestris prima forent, tamen ad senatum demum perveniebant, introductum fuit, ut parentibus rite in officio se habentibus, filii eodem officio non privarentur, ad illum finem, ut patres minus avaritia studerent, habentes de successione in officio certitudinem;* & etiam, ut eorum subjecti minus tunc gravarentur per patrem, quando & ipsi sui posteri praesesse deberent: tamen ut Imperiali celsitudini nulla incommoda detractoria dominiorum in futurum excrescente potestate officiatorum exorirentur, feudalia introducta sunt statuta, & de fide servanda strictissima juramenta, quæ per unumquemque vassallorum instituendorum praestari, & sub pena perditionis feudi inviolabiliter servari deberent. Feuda sui natura & Longobardorum moribus sunt masculina, & in his feminæ non succedunt, nisi aliud ab initio actum sit; quia feminæ faidam levare, idest militare non possunt, ut est in legibus Longobardorum. Tentarunt Reges feminas a feudis arcere masculorum in gratiam. Hugo Antissiodorensis Episcopus, Lamberti Comitis Cabillonensis filius, nihil vetante sacerdotio, comitatus investituram tulit a Roberto Rege, quod unus e masculis patri superstes foret; Glaber: *Fuit enim idem Hugo Episcopus Antissiodori, regensque comitatum patris ex imperio Regis, quoniam præter eum pater non habuit sobolem sexus masculini.* Degeneris tamen vitio saeculi adeo feuda a recta lege desciverunt, ut feminæ feudorum compotes factæ fuerint: eo usque, ut moribus nostris jurisdictionem, quæ feudis cohæret, per se exercere non erubuerint, ut modo observavi ex decretali Innocentii III.

Epist. 96.

Baldricus lib.
z.c.66. & 69.

Epist. 71.

de concord.
cath. lib. 3.
c. 28.

Lib.3. c.1.

cap. dilecti,
de arbitr.

CAPUT III.

*Feudum de camera, seu de caneava. Feudum guardia, seu
gastaldia. Officia feudalia.*

FEUDUM aliud proprium, aliud impro prium; proprium consistit in rebus solidis, non in mobilibus; impro prium constituitur in iis quae immobilibus adnumerantur, ut annona, spora, pensiones. Hujusce generis est feudum de camera quod dicitur, cum ex camera, id est arario vel arca domini vassallo solvitur stipendium certum: cujusmodi beneficia vigent in Anglia, ubi provinciae, vel comitatus cuiuspiam nomen, sine re militibus a Principe tribuitur, sub certa pensione annua fisco solvenda, ut resert Polydorus Vergilius. Cui accedit feudum, quod dicitur de caneava, cum ex cella vel penu domini vassallo præbentur annona feudi nomine; caneava enim, seu canava, est hospitium, metatum; Victor Uticensis: *Artabatur multitudo ad currendum, ut ubi canava erat preparata, laboriosa caperet mansionem.* Unde cellararios ecclesie, canevarios appellavit Innocentius III. Canevarios, & alios officiales ecclesie: id que genus feudi notum in Gallia, duas quadrigas vini annuas a Duce Normannorum feudi nomine tenuit Gulbertus miles; de quo Ordericus Vitalis: *Dux quadrigatas vini de Principe Normannorum in feudo tenebat singulis annis, ex quibus unum modium ad celebrandas missas peremittere concessit monachis.* Non alienum est feudum guardiae vel gastaldiae, id est quod datur pro actu vel gestione rerum domini, vel Principis, vel pro custodia arcis, vel territorii. Gastaldus, seu castaldus Longobardis est propriæ actor, vel procurator; sed vox trans lata ad Comites, seu prætores civitatum, qui sub Ducibus erant; Anastasius: *Et Longobardos pene trecentos cum eorum castaldione (lege * castaldo) intersecerunt.* Et alio loco: *Alia vero die, qua fuit secunda feria, vale faciens ei ipse Rex (Luitprandus Rex Longobardorum) misit in ejus obsequium Agiprandum Ducem, Ducem Clusinum nepotem suum, seu Jacipertum castaldum in ejus obsequium, & Ramingum castaldum Tuscanensem, &c.* Pandenulpho castaldo scribit Joannes VIII. Pontifex, quem & ipse alio loco, *Judicem Capuanum nominat, & Rainerii gastaldi Serana civitatis meminit Leo Ostiensis: & Urbanus II. defensoris nomine, Advocatum, sive castaldum & judicem intelligit.* Hoc genus feudi forte innuit Paulus Diaconus, cum scribit iussu Grimoaldi Longobardorum Regis in Italia, certas possessiones datas Alzeconi Duci Bulgarorum: *Ita tamen ut non Dux, sed gastaldus vocaretur, ipsumque Alzeconem, inquit, mutato dignitatis nomine de Duce, gastaldum vocitari precepit.* In hoc feudorum censu locandum feudum, quod pro guardia & custodia, id est pro ad vocatione & defensione ecclesiæ datur militibus; de quibus Lucius III. P. Praesenti decreto statuimus, eos sive advocati, sive patroni vel vice-domini, sive custodes vel guardias habentes, seu quocunque alio nomine censeantur, a gravaminibus ecclesiæ cessare. Et Bonifacius VIII. P. Sancimus universos & singulos, qui regalia, custodiæ sive guardiam, ad vocationis seu defensionis titulum in ecclesiæ, monasteriis, seu quibuslibet aliis pannis locis de novo usurpare oonantes, bona ecclesiæ, monasteriorum, aut locorum ipsorum vacantium usurpare presumunt, &c. His adde feudum soldatae, quod in nummaria pensitatione constituitur, sub lege fidei & operæ militaris: unde orta distinctio militum, & solidariorum seu servientum. Milites dicebantur justi nobiles, qui prædia te nebant ea lege, ut domino, vel Principi militarent. Solidarii & servientes, plebeji,

* Nulla correctione opus esse noravit hic Boëclerus, nam & hanc vocem scriptoribus in usu esse *Gastaldionis* sive *Castaldionis*, quod pluribus docet H. Speelm. gloss. lit. C. & G. itemque du Fresne.

heji, qui certo tot solidorum stipendio vice feudi merebant domino; de quibus Robertus Montensis: *Nolens vexare agrarios milites, capitales Barones suos cum 1160. paucis secum duxit, solidarios vero milites innumeros.* Et alio loco: *Rex vero 1161. Henricus obsecuit predictum castrum, & illico cepit, in quo erant xxxv. milites, & quater virginis servientes.* Et rursus: *Habentes paucos milites & servientes, 1177. per virtutem sanctæ crucis vicerunt innumerabilem exercitum paganorum.* Et Matthæus Paris. Tunc Rex Francorum (is erat Philippus A.) rem diu desideratam ^{1213.} intelligens, accinxit se ad pugnam, atque omnes suæ ditionis homines, Duces, videlicet Comites, & Barones, milites, & servientes cum equis & armis iussi in octavis pascha, sub nomine Culvertagii apud Rhotomagum, ita potenter convenire, ne crimine laesæ majestatis damnum exhereditationis incurrere viderentur. Servientes, nostri sergens, & id genus feudi serganteriam feudalem, quæ quandoque etiam in modico prædio constituebatur, sub lege militaris vel alterius servitii; Matthæus Paris. ex tabulis Joannis Regis Anglorum: *Nos non tenebimus custodiam heredis, vel terra alicujus, quam tenet de alio per servitium militare, occasione alicujus parve serganteria, quam tenet de nobis per servitium reddendi cultellos, vel sagittas, vel hujusmodi.* Et idem: *Sicut nuper de cletela, quæ vulgariter serganteria (lege serganteria) dicitur, materia pullulaverat pecuniam extorquendi.* Inter feuda impropria censemur & officia feudalia, ut Romæ prefecti urbis officium feudale est, & jure feudi hominio ligio, & investituræ obnoxium, ut est apud Innocentium III. Altera die post consecrationem domini Innocentii Papæ III. Petrus urbis prefectus, in consistorio Lateranensi palati publice juravit ei, & successoribus suis, atque Romanae ecclesiæ, fidelitatem contra omnem hominem, & recepit ab eo investituram praefecturæ permanentem; ac deinde fecit ei ligium hominum inter manus ipsius, qui donavit ei cuppam argenteam in signum gratia. Et in Gallia officium majoris senescalli in feudum datum Comiti Andegavensi; Robertus Montensis: *Henricus filius Regis Anglorum fecit homagium Regi Francorum socero suo, de Andegavensi comitatu, & de Cœnomanensi, & de ducatu Britanniæ, & concessit ei Rex Francorum ut esset senescallus Francie, quod pertinet ad feudum Andegavense.* Hanc senescalciam, vel ut antiquitus dicebatur, majoratum domus regia, Robertus Rex Francorum dedit Gausrido Grisogonelle, Comiti Andegavensi, propter adjutorium quod ei impedit contra Ottonem Imperatorem Alemannie. Hodieque officia connectibilis, & cancellarii in feudum personale dantur a Rege.

Lib. I. ep. 23.

C A P U T IV.

Feuda ecclesiastica.

GALLIARUM ecclesiæ munificentia Regum, maxime Pipini, Caroli M. & suorum, latifundiis, prædiis, & beneficiis dominicis auctæ, ut religionis dignitas opum præsidio se tueretur; Stephanus Leodiensis: *Postremo quantum religionis, potentiae, & honoris, Gallicis contulerint ecclesiæ, testantur libri sanctorum decreta patrum continentis, quos ipsi in synodis sua corroboraverunt auctoritate: testantur & ecclesiæ, quas cum diversi generis ornamentis, tum etiam prædiis & regalibus suis, castris scilicet, & comitatibus, telonis, monetis, & bannis cum jure civitatum concessis magnifice extulerunt, ne sancta Dei ecclesia hujus sæculi potentibus subjaceret, aut tyranpide eorum pavesceret; immo superbiorum colla Dei virtute superior calcaret: inde est quod nusquam gentium aquæs potentiae Pontifices inveniri queant, vel qui a regio comitatu, & opulentia parum differant. Sed & feuda quamplurima ecclesiæ accedere ex donationibus piis & eleemosynis privatorum; at frequentius, qui res suas ecclesiæ donabant,*

Tom. V. Par. II.

Lib. I. vit. S.
Modoald.
Trevir. c. 14.
apud Sur. 12.
mai.

Can. 51.

tit. I. c. i.

Epist. 6.

Ep. 284.

Epist. 39.

Epist. 24.

Ep. 28.

Epist. 129.

in vit. Robert.

Lib. 3. hist.
eccles. 1050.in chron.
Croyland.ep. 27. can. re-
prehensibile ,
23.q.8.

illico eas recipiebat precariae, aut beneficii & feudi nomine ad certum tempus, vel vita suæ, aut liberorum; concilium Turonense III. Nam & nobis visum est predictis heredibus hanc dare optionem, ut se voluissent traditiones parentum suorum consequi, de qua illi jam erant per legem exclusi, rectoribus ecclesiasticis se commendarent, & hereditatem illam in beneficium, unde se adjuvare ac sustentare possent, acciperent. Lex Bajuvariorum de eo qui fundum suum donavit ecclesiæ: Et post hec nullam habeat potestatem exinde quidquam auferre, nec ipse, nec posteri ejus, nisi defensor ecclesiæ illius per beneficium præstare voluerit. Ecclesiæ etiam feudis ad invidiam ditatae, eorum partes vicinis potentioribus subinfeudarunt advocatione & defensionis nomine, id est ut defensores sibi hoc præmio conciliarent, & per eos servitium militare domino & Principi debitum implerent, & hujusmodi feuda casamenta dixerunt; Fulbertus: Commendationem vestrorum militum, qui de nostro casamento beneficium tenent, salva fidelitate vestra. Ivo Carnotensis: Adjecimus etiam, ut quicquid haec tenet de casamento Carnotensis ecclesiæ, concessione possidentium, & presidentium per annum & diem quiete possederint, de cetero nostra concessionem quiete possideant. Et Bernardus Clarevallensis in epistola ad Comitem Theobaldum: Nostrum quoque, ac vestrum pariter Episcopum (Lingonensem intelligit) abundantiori, ut decet, honore suscipiatis, & de casamento, quod tenetis, hominum, quod debetis, reverenter ei & humiliter offeratis. Et inde beneficiarios ecclesiæ, casatos; Fulbertus in epistola ad Leuthericum Senonensem Archiepiscopum: Deinde vero quod Arnulphum casatum ecclesiæ nostræ tibi tuisque scripsisti injurium agre contra illum, & accepi, & fero. Ivo Carnotensis ad Philippum Regem: Præterea casati ecclesiæ, & reliqui milites pene omnes vel absunt, vel pro pace violata excommunicati sunt. Eosdem cataneos, quos & capitaneos dixit Ivo Carnotensis in epistola ad Gaufridum Vindocinensem Comitem: Præcipue hoc nobilitati debemus, qui & noster es parochianus, & ecclesiæ nostra cataneus. Porro & feudis ecclesiasticis alia sunt libera, quæ nec censum, nec servitium militare debent, sed obsequium precum pro salute Principis; alia non libera, quæ præstant militiam, vel censum, ut videre est ex indiculo Ludovici P. quem dedit Jacobus Sirmondus de monasteriis regni Francorum, quæ regi militiam, dona, vel solas orationes debent. Floriacensi monasterio feudi liberi lege, concessa a Roberto piscaria Ligeris fluminis; Helgaldus: Preterea patri Benedicto, & suis piscatoriam Ligeritii fluminis benignissimus adhibuit, scripto firmavit, & ex his nihil aliud, quam intercessionis illius quæsivit suffragia. Ejusdem classis fuere beneficia in dotem data cœnobio Uticensi ab ejus instauratoribus; Ordericus Vitalis: Locum etiam sepe nominatum communis consensu ita liberum tradiderunt ejus (Willelmi Duci Normannorum) tutelæ, ut nec aliis quibuslibet aliquam ad suetudinem, seu redditum, præter beneficia orationum, aliquando a monachis licet, vel hominibus eorum exigere. Ejusdem juris fuerunt res & beneficia in dotem transcripta monasterio Croylandensi in Anglia, a Bertulpho Rege Merciorum, ut liquet ex ejus præcepto apud Ingulphum: Et emancipo ab omni debito Regis, & omnis alterius domini, & hominis, cuiuscumque fuerit dignitatis, excellentiae, vel honoris, ut nihil amodo de sacri vestri monasterii Croyland monachis litteratis, & laicis, servis, aut tenantibus vestris exigere poterunt, præter orationes vestras, aut beneficia spiritualia. Alias moribus nostris Episcopi, & abbates regaliæ, id est feudorum nomine, servitium militare exantlarunt, per se, vel per suos homines, id est clientes; quod causam dedit edicto patrum, ne abbates per se militarent, sed per suos homines; concilium Suesionense: Abbates legitimi hostem non faciant (id est in exercitum non procedant) nisi tantum homines eorum transmittant. Ludovicum, & Carolum Reges stylo perstringit Nicolaus I. quod excusationes necterent non mitti Episcopos Romam ad synodus, ob occupationes bellicas in Normannos: & Odo Ferrariensis abbas apud

apud Lupum, se & homines suos crebris expeditionibus attritos queritur in epistola ad Ludovicum: *Namque, inquit, postquam vobis auxiliantibus impetrata licentia ab expeditione Aquitanica gravatus infirmitate redii, eadem pene semper attritus, necdum revalui, quæ res ne cum aliis ad conductum occurserem placitum prohibuit; nisi tamen homines nostros una cum Comite pagi, qui expeditio- Epist. 24.
nisi tamen homines nostros una cum Comite pagi, qui expeditio-
nisi tamen homines nostros una cum Comite pagi, qui expeditio-
nisi tamen homines nostros una cum Comite pagi, qui expeditio-*

*Et in altera epistola ad eundem: Homines nostri toto hoc fere biennio aut vobiscum, aut soli generalis expeditionis difficultatibus fatigati censu rei familiaris in hujusmodi servitio effuso onere paupertatis gravantur. Et Ivo Carnotensis Episcopus, a Philippo I. vocatus ad placitum cum militum manu, se absentiæ, vel sacra proscriptione militum excusavit, ut supra observavi: Præterea, inquit, vel pace violata excommunicati sunt, quos sine satisfactione reconciliare non valeo, & excommunicatos in hostem mittere non debo. Denique moribus Galliæ passim onus militiae tenuit Episcopos & abbates, ob luculenta feuda quibus prediti sunt: nec injuria Aurelianensis, & Altissiodorensis Episcopi feidis multati a Philippo Augusto, quod expeditioni regiæ se subduxissent, eo obtenuit, quod Rex in ea ipse non ageret; Rigordus: Cum omnes Barones & Episcopi vocati ad hunc exercitum convenissent apud Mardoniam, & misissent ad mandatum Regis homines suos, prout debebant, in expeditionem illam; Aurelianen. & Altissiodor. Episcopi cum militibus suis ad propria sunt reverti, dicentes, se non teneri ire vel mittere in exercitum, nisi quando Rex ipse personaliter proficiscitur; & cum nullo ad hoc privilegio se tueri possent, generali consuetudine contra eos faciente, petiit Rex ut hoc emendarent: 1209.
ipfis autem emendare nolentibus, Rex eorum legalia (lege regalia) confiscavit; scilicet ea tantum temporalia, quæ ab eo feudaliter tenebant, decimas, & alia spiritualia in pace dimittens. Hanc legem feudorum in Angliam invexit Guillelmus Normannus rerum potitus; Matthæus Paris. Rex Willielmus episcopatus quoque, & abbatias omnes, quæ baronias tenebant, & eatenus ab omni servitu- 1070.
te seculari libertatem habuerant, sub servitute statuit militari, inrotulans singu-
los episcopatus & abbatias pro voluntate sua, quod milites sibi, & successoribus suis hostilitatis tempore voluit a singulis exhiberi.*

C A P U T V.

Decimæ infeudatio.

CAROLUM Martellum decimarum infeudationis auctorem jactitant, & hanc ob rem clerici indignantes ejus memoriam atroci stylo damnarunt, & fabulam de angue concinnarunt; ut laicis talis ausi religionem incuterent. Sane Carolum Martellum bellis civilibus fisco exhausto, tum irruptione Sarracenorum in Gallias, res & prædia ecclesiæ militibus erogasse vice militaris stipendii in comperto est, ex Adrevaldo, & aliis; sed decimas ab eo infeudatas nulla est Adrevald. de fides. Cladem prædiariam ecclesiæ doluit Pipinus, sed cum morbo penitus mirac. S. Be- mederi, & res ecclesiæ a laicis avellere nequiret, ob iniuritatem temporum, ned. lib. i. & reipublicæ angustias; id effecit, ut laici prædia ecclesiæ precariæ nomine c. 24. tenerent, & ecclesiæ nonas, & decimas perfolverent, ac de singulis casis dena- rios duodecim; vetus capitulum, quod refertur apud Gratianum: *Et quoniam can. quia ju- res ecclesiæ, a quibus ablatae erant, restituere, propter concertationem, quam cum Waisaro Aquitanorum Principe habebat, non prevaluit, precarias fieri ab Epi- scopis exinde periit, & nonas, ac decimas ad restaurations terrarum, & de una- quaque casata duodecim denarios ad ecclesiæ, unde res erant beneficiæ, dari constituit, usque dum ipsæ res ad ecclesiæ revenirent. Cui suffragatur canon 46. concilii Turonensis III. & canon 10. concilii Valentini III. Carolo Calvo Re-* cap. ut super, de reb. eccl. al. S ij

ge, rebus labantibus discordia fratrum, decimis primum manus injecere laici; beneficij nomine, eaque labes occipit a decimis dominicis, seu regalibus, id est decimis fiscorum & regiorum praediorum. Nimirum Reges urgente bellica necessitate capellas in suis praediis constructas, & horum decimas laicis in beneficium addixere: qua occasione facile laici in decimas parochianas irruere; concilium Meldense: *Si capellas vestras presbyteris, aut viris ecclesiasticis dederitis, & dominicas decimas acceperint, sarta tecta ecclesie, & luminaria exinde competenter provideant, & presbyteri parochianas decimas accipiant, & populi necessitatibus debite invigilent: si autem laici capellas habuerint, a ratione, & auctoritate alienum habetur, ut ipsi decimas accipiant, & inde canes, aut genicarias suas pascant.* Hac lue in dies magis serpente, laici, feudi nomine, passim decimas occuparunt, & posteris transmisere; Ordericus Vitalis: *Avidi quippe possessores terrenorum caducis inbiant, de summis & eternis parum cogitant, adeoque quia plures vix aliquid pro spe superna, nisi temporale comodum viderint, agere tentant, decimas, quas dominus ab Israelitis per Moysen sibi ad usum sanctuarii, & Levitarum exegit, nostrates laici retentant, vel ministris ecclesiae, nisi magno redimantur precio, reddere affectant.* Immo invalescente procerum tyrannide, consulto his ecclesiarum Antistites decimarum partem in beneficium deder, ut partis danino reliquam tuerentur, ut Episcopus Racesburgensis Henrico Comiti Polaborum; de quo Helmoldus: *Porro decimas terrae recognovit Episcopo, quarum tamen medietatem recepit in beneficio, & factus est homo Episcopi.* Eandem laicarum decimarum originem indigetat Fridericus I. in oratione habita in concilio Principum, apud Arnoldum Lubecensem: *Scimus autem decimas, & oblationes a Deo sacerdotibus & levitis primitus deputatas, sed cum tempore Christianitatis ab adversariis infestarentur ecclesia, easdem decimas præpotentes & nobiles viri ab ecclesiis in beneficio stabili acceperunt, ut ipsi defensores ecclesiarum fierent, que per se obtinere non valerent.* Quorundam conjectura fuit decimas primum in Saxonia plebi tributi nomine indictas, in stipendia militum, ut vectigalis acerbitas religione nominis leniretur, & exinde manasse feudales decimas; sed Albertus Krantzius in priorem sententiam magis concedit: *Ferunt indictas populo decimas de more Christicolarum, non provenisse Pontifici primum, sed regiis prefectis, ut inde stipendia militibus & sumptus facerent crebrarum in eam gentem expeditionum; tributorum nomen horrebat libertati asuetus populus, sed decimarum exactionem recusare non poterant: interpretantur annales hinc ortum, ut multarum hodie decimarum exactiones sint in manibus laicorum; ego aliam huic rei causam accessisse conjicio: cum non satis fiderent Pontifices sua jura ab laicis Principibus tueri, dedisse arbitror partem decimarum Principibus in manum per speciem feudi & beneficij, malentes amittere dimidium quam totum; inde factum ut a Principibus transirent in ministeriales, qui nunc militares appellantur.* Decimas etiam laicis propinavit ambitio, & gratia Antislitum. Lysiardum Parisiensem archidiaconum hoc nomine notat Fulbertus, quod decimas & oblationes altarium, stipem pauperum, Episcopo inconsulto, saeculari militia traduceret. Decimarum quoque infeudationes laicas propagavit sacræ in Sarracenos expeditionis necessitas sub Philippo Augusto, cuius adornanda & instruenda gratia militibus permisum, ut decimas e praediis ditionis suæ suos in usus converterent quoad bello mererent, constitutione Philippi apud Rigordum: *Qui alicujus terræ magnam justitiam habet, ejusdem terre decimam habebit: miles crucem non habens, domino suo habenti eam, cuius erit homo ligius, dabit de suo proprio mobili decimam & de feudo quod ab ipso tenebit: si autem ab eo nullum tenebit feendum, de suo proprio mobili decimam domino suo ligio dabit.*

* Ad explicandam vocabulum *geniciarum* annotat Bœclerus leg. Alemann. tit. 80. V. Speelm. gloss. voc. *Genecium* pro *gynæcum*, & voc. *Genecialia* *anoilla*.

dabit. Laici decimorum incubatores, usurpationis velanda gratia, persuasum voluerunt decimam sibi beneficij nomine concessam a Romano Pontifice, ob tuitionem Romanæ ecclesia; Matthæus Paris. Item in regno Francie multæ decimæ militibus ab apostolicis patribus concessæ creduntur, ut ipsi Romanam ecclesiæ tueantur, vel constat ab eis debitum suffragium esse denegatum, nec etiam constat eorum suffragium exercitui domini Pape fuisse adhuc contributum. Sed fabulam * expungit religio Romanorum Pontificum, reclamant tot decreta Gregorii VII. Innocentii II. Eugenii III. & concilii Lateranensis, de decimis a laicis non possidentis.

in Henr. III.
1240.c. prohibemus,
de decim,

C A P U T VI.

Retroseuda.

MAJORES, id est Duces & Comites, prædia & latifundia a Principe accepere feudi nomine, sub onere fidei & militiae: tum eorum partem minoribus subinfeudarunt, sub eadem lege, ut commodius servitio militari sufficerent: hoc pacto vassili dominici, seu regales, habuere & vassos suos, seu vassallos, & casatos; capitulare Caroli M. *De vassis dominicis, qui adhuc intra causam serviant, & tamen beneficia habere noscuntur, statutum est, ut quicumque ex eis cum domino Imperatore domi remanserit, vassallos suos casatos secum non reineat; sed cum Comite, cuius pagenses sunt, ire permittat.* Lex Alemanno- rum: *Qualicumque persona sit, aut vassus Ducis, aut Comitis. Episcopis, abbatis, & abbatissis sui fuere & vassi; capitulare Caroli M. Ut vassi nostri, & vassi Episcoporum, abbatum, abbatissarum, & Comitum, qui anno presente in hoste non fuerunt, heribannum reuadient.* Concilium Cabillon. II. Nullus vassus abbatissa, claustra ancillarum Dei ingrediatur. Nec non labente regno maiores Duces, & Comites, vassos regios bello & armis in fidem suam aderunt; Odo Cluniacensis scriptor vitæ S. Geraldii Comitis Aureliacensis: *Nam reipublica statu jam nimis turbata, regales vassos insolentia Marchionum sibi subjugaverat.* Subvassallorum, præter militare servitium, onus fuit, ut domino in judicio feudali assessorum vice fungerentur; unde pares dicti, quasi dignitate pares inter se, ut supra observatum ex capitularibus, & Baldrico. Vicissim domini superioris fuit subvassallum tueri & defendere, & si forte deliqueret in Principem, judicio eum sistere. Arvernensis comitatus fuit subfeudum ducatus Aquitanæ. Eustachio Comite Arvernensi bello petito a Ludovico Crasso, pro Comite intercessit Guillelmus Dux Aquitanorum, & sui esse muneric clientum apud Regem sistere, obtulatus est: *Non dedignetur, inquit ille apud Sugerium, regia majestatis celstudo Ducis Aquitaniae servitium suscipere, jus suum & conservare, quia sicut iustitia exigit servitium, sic & iustum exigit dominium: Alvernensis Comes quia Alverniam a me, quam ego a vobis habeo, habet, si quid commisit curia vestra, vestro habeo imperio representare.* Subfeudo ob delictum subbeneficiarii in fiscum redacto, feudum a Principe debet alienari in privatum intra annum & diem; quia culpa subvassalli deterior vassalli conditio fieri non potuit, ut in edicto Joannis Regis Anglorum apud Matthæum Paris. *Nos autem non tenebimus terras eorum, qui convicti fuerint de feloniam, nisi per unum annum, & unum diem, & tunc reddantur terra dominis feudorum.* Lege feudorum vassallus vassalli regii, est vassallus regius: subvassallorum tamen in Gallia hæc fuit infania, ut in dominum feudi demissi vix Principem agnoscerent. D. Ludovico in secunda expeditione Saracenica obsequium renuit Joinville, senescallos Campaniæ, alias regi devotissimus, quod ab eo ditionem suam immediate non teneret, sed a Comite Campaniæ.

Lib. 3. c. 73.

tit. 36. c. 5.

Can. 63.

Lib. I. de vit.
S. Gerald. c. 32.Capitular. lib.
2. cap. 71.
Baldr. lib. 3.
c. 75.
in Ludovic.
Crass. idem
cont. Aim.
lib. 5. c. 49.

A. C. 1215;

* Non fabulam, sed rem ipsam narrare, multisque aliis exemplis astruere, notat Boëclerus hic.

C A P U T VII.

Investitura feudi.

FEUDUM sine investitura non constituitur. Investitura est solemnis feudi cef-sio & confirmatio: investitura non transfert possessionem, sed tribuit jus in can. viis, apprehendendi possessionem; unde Joannes VIII. P. *Majus fuit*, inquit, pos-sessionem dare, quam sit investitaram concedere. Et Guillelmus Tyrius: *Sed lib. 13. de bell. facr. c. ult.*

O statim predictarum urbium cum omnibus pertinentiis earum D. Imperator in-vestitaram ei concessit, spondens fitimissime quod estate proxime futura eas auctore domino comprehensas corporaliter tradat. Solemnis feudi investitura fit per certa symbola, puta per traditionem gladii, vexilli, hastæ, sceptri, anuli: investitura regni feudatarii per gladium; provinciarum per vexillum, vel sceptrum. De regno Daciae seu Daniae certantibus Petro, & Gunotone germanis, lis sopita a Federico I. & ex pactione Petrus de regno investitus per gladium, Gunoto certis provinciis ducatus nomine per vexillum: *Est enim consuetudo curia, in-quit Otto Frisingensis, ut regna per gladium, provincia per vexillum a Principe tradantur, vel recipientur.* Quod & carmine expressit Guntherus:

Lib. 2. de gest.
Frid. cap. 5.
Ligur. 19.
ubi Conr. Rit-
tersh. V. cap.
v. Notar. pag.
36.

*Ergo ubi vexillo partem quam diximus ille;
Hic autem gladio regnum suscepit ab ipso
Hunc etenim longo servatum tempore morem
Curia nostra tenet, posito diademeate Petrus
Regali dextra tulit alti Principis ensim.*

Lib. 7. annal.
Boior.

A. C. 1185.

A. C. 1192.

A. C. 1181.

in Rich. II.

A. C. 1390.

Lib. 12. de
rosolymitanus,
bell. sacr. c. 4.

Bohemiae & Moraviae investitaram a Rudolpho Habsburgico accepit Ottocarus, sex & triginta signorum symbolo; Aventinus: *Ottocarus*, inquit, *trajecto Istro, cum pluribus regio luxu Comitibus in castra extra Viennam processit, ibique co-erulea tunica, quam Teutones Camelon vocant, O in suggestu confidenti, genu ponit, in verba ejus jurat, ab eodem Bojemiam, atque Moravos cum XXXVI. signis in fidem accipit.* Investitaram regni etiam per coronam, per pileum, per crucem, vel anulum factam observo. Investitaram regni Hiberniae ab Ur-bano III. P. impetravit Henricus II. Rex Anglorum uni ex liberis, quem vellet, per coronam textilem auro & pennis pavonis, ut narrat Rogerus Hovede-nus. Et Richardus II. injuria detentus apud Henricum V. Imperatorem regnum Angliae dimisit, & de eo Imperatorem investitivit per pileum, rursusque ejusdem regni investitaram recepit ab Imperatore per duplum crucem auream; teste ipso Hovedeno. Ludovicum juniores filium, per anulum regno investitivit Ludovicus in Lud. Crass. Crassus, ut refert Sugerius. Varie & investitura ducatus facta legitur per sceptrum, vel per virgam, & pileum. Ducatu Apuliae Boamundus adhuc sanguinenitus a patre investitus per sceptum aureum; Robertus Montensis: *Joanna uxor Wilhelmi Regis Siciliae, filia regis Henrici Regis Anglorum peperit ei fi-lium primogenitum, quem vocaverunt Boamundum, qui cum a baptismate rever-teretur pater investivit eum ducatu Apuliae per aureum sceptrum, quod in manu gerebat.* Per virgam, & pileum ducatu Aquitaniae investitus Joannes Dux Lan-clastriae a Richardo II. Anglorum Rege in parlamento Londinensi, auctore Thoma Walsingam. Occurrat & investitura per vexillum, vel per gladium: Joscellinum de comitatu Edessano per vexillum investit Balduinus II. Rex Hier-

osolymitanus, Willelmo Tyrio. Septem Comites per tot vexilla investitos a Frider. II. in

in Tusciam movens, maximum conventum apud sanctum Genesium habuit, ubi Baronibus terra, septem comitatus cum tot vexillis concessit. Per gladium a Joanne Rege Anglorum investiti die solemnis inaugurationis sua, Willelmus Marescallus comitatu de Strigil, & Gaufridus comitatu Essexia; Rogerus Hove- ^{in Joanne} *denuo: Eodem die coronationis sua Joannes Rex accinxit Willelmum Marescal-* ^{1199.} *lum gladio comitatus de Strigil, & Gaufridum filium Petri gladio comitatus de Essex, qui licet antea vocati essent Comites, & administrationem suorum comitatuum habuissent, tamen non erant accincti gladio comitatus, & ipsi illa die servierunt ad mensam Regis accincti gladiis. Per gladium etiam comitatu Lincolnensi investitus Gillebertus de Gant a Ludovico VIII. in Regem Anglorum elato; Matthæus Parif. Veniente ibidem ad Ludovicum Gileberto de Gant, comitatus Lincolniae ipsum gladio donavit. Per sceptrum etiam Landramnus beneficii, seu feidis Flori patrui sui, vice-Comitis Andegavensis investitus a Theodoberto Rege; Faustus auctor vite sancti Mauri apud Surium: Rex vero præ jan. 14.*

gaudio lacrymas fundebat, congaudens devotioni animi ejus, vocansque ad se nepotem ipsius Flori, nomine Landramnum, dedit per sceptrum regale, quod manu gestabat, quemque Florus patruus ejus ex regali possederat dono. Diu moribus obtinuit investitura episcopatum per virgam, & anulum: sed tandem Henricus V. Imperator post longas velitationes, remissa hujuscemodi investitura, ex pacto sibi exceptit regalium investituram per sceptrum, ut consentiunt Sigebertus, & Robertus Montensis, abbas Urspergensis, & Otto Frisingensis. Nota est investitura præbendarum per anulum aureum, in libris decretalium, vel per librum; Bernardus Clarevallensis: Sicut enim in exterioribus diversa sunt signa, & varie sunt investitura, secundum ea de quibus investimur; verbi gratia, investitur canonicus per librum, abbas per baculum, Episcopus per baculum & anulum simul. Per librum etiam solemnis investitura officiorum ecclesiasticorum; Ivo Carnotensis: Nuper cum in capitulo nostro quædam officia secundum ecclesiæ consuetudinem dispensarem, & porrecto libro investituram subdecania Fulconi clericio strenuo, & in agendis causis ecclesiasticis valde necessario, facere vellem. Eodem signo concepta & investitura ecclesiarum; idem Ivo: Et per librum Ep. 286. ipsam ecclesiam fratri Guillemo Beccensi abbati dedimus. Singularis fuit investitura cancellariae per traditionem sigilli, ut liquet ex decretali epistola Inno-centii III. Solemnius fuit per baculum investitura abbatum, ut modo obser-vavi ex Bernardo Clarevallensi: sed & usu recepta fuit per funem campanæ; de investitura abbatis Flavimiacensis Innocentius III. Exinde ad ecclesiam pariter accendentibus, Episcopus in sede abbatis illum constitutus, per funem campanæ, sicut moris est, investivit. Porro, ut ad nos redeamus, quibus modis investitu-ra feudi contrahitur, eisdem & dissolvitur: ut investitura ducatus sit per vexillum, & refutatio seu renunciatio per vexillum; Otto Frisingensis: Henricus major natu ducatum Bajoarie per septem vexilla resignavit, quibus minori tra-ditis, ille duobus vexillis marchiam orientalem cum comitatibus ad eam ex antiquo pertinentibus reddidit, &c.

Sigebert. III.
Rob. 1123.
Ursperg. in
Henr.V.
Frising. 7.
chron. 16.
ferm. in cœna
dom. de Ba-
ptista.
Ep. 182.
c. ut nostrum,
de appell. In-
nocent. III.
lib.1. ep.403.
Lib.2.ep.335.
Lib.2. de gest.
Frid.cap.32.

C A P U T VIII.

Hominium.

INVESTITURAM feudi sequitur fides, idest jusjurandum fidelitatis & hominum, ^{v.Hier. Bign.} quod feudo natura sua inest; sic dictum quod ejus vinculo, beneficiarii prin-cipalis domini homines, idest clientes fiant. Hominii formula nota est per ne-xarum & complosarum manuum porrectionem, & osculum domini: hoc ritu ^{ad form. Mar-} ^{culphi lib.1.c.} ^{18.p.479.&c.} ^{40. pag. 543.}

- Lib. 4. c. 64. Pipino Regi se in fidem dedit Tassilo Dux Bajoariorum ; Aimoinus : Illuc (id est Compendium) & Tassilo Dux Bajoariorum cum primoribus gentis sua venit, & more Francico in manus Regis in vassaticum manibus suis semetipsum commendavit, &c. Sic & Boamundus Alexio Constantinopolitano Imperatori per manus fidem exhibuit, vassallorum in morem ; Willelmus Tyrius : Factus est dominus Boamundus Imperatoris homo, fidelitate manualiter exhibita, & jumento praefito corporaliter, quale solent fideles dominis suis exhibere. Hoc & modo Baldricus fidem hominumque praestitit Roberto abbatii Uticensi ; Ordericus Vitalis : Tunc Baldricus, inquit, Roberto abbatii junctis manibus fidelitatem fecit & subjectionem, justitiamque de se suisque hominibus promisit. Unde feudatarii recte homines per manum & sacramentum dicuntur ; Ivo Carnotensis : Igitur, inquit, quamvis mei homines essent, & per manum, & per sacramentum, furiose & clamose sedem meam circumdederunt. Sacramentum fidelitatis praefito, cuius formulam omitto, quod satis vulgata sit ex epistola Fulberti, liberis feudorum, & decretalium, vassallum ad osculum admittit dominus : osculo Willelmmum Pium Ducem Aquitanie exceptit Rodulfus Rex post acceptam fidem ; Frodoardus : Tandem Willelmus transiens ad Rodulphum jam noctu pervenit, & equo desiliens ad Regem equo insidentem pedibus accessit, quem postquam Rex osculatus est utique discessum. Baronum Angliae fidem osculo subarravit Rex Joannes ; de quo Matthæus Paris. Deinde cepit homagia de omnibus hominibus libere tenentibus, & etiam duodecim annorum pueris totius regni, quos omnes post fidelitatem factam in osculum pacis recepit, ac dimisit. Similiter Richardus II. apud Frossardum : Et bailoquent par foy, & homage leurs mains jointes, ainsi comme il appartient le Roy en la bouche. Eodem osculi symbolo in fidem & hominum Ducis Lanclastriæ coiere Barones Aquitanie ; teste Frossardo : Si firent la feaute & hommage audit Duc, & lui recognurent toute amour, service, & obeissance, & ainsi le lui jurerent, & le baiserent tous en la bouche. Solemne fuit, ut majores Duces & Comites hominii obsequium praestarent in concilio generali Galliarum, ut de Tassilone produnt annales Francorum : Et Rex Pipinus tenuit placitum suum in Compendio cum Francis, ibique Tassilo venit Dux Bajoariorum in vassatico (lege in vassaticum) se commendans per manus. De Aimerico vice-Cornite Toarcii, gesta Ludovici VIII. Statimque Rege in Franciam remeante, & parlamentum Parisis convocante, in vigilia beatæ Mariæ Magdalena, vice-Comes Toarcii Parisos veniens coram legato, & Regis Angliae nunciis presentibus, homagium Regi fecit. Saltem majestatis tuenda gratia procerum hominio condicte solemnis dies in natali Christi. Ludovico VIII. hominii fidem sancivit Savaricus de Maloleone, miles Petavienis ; gesta ejusdem Ludovici VIII. Savaricus vero de manibus Anglorum sic evadens, & pluries infidelitatem eorum expertus, Regi Franciæ Ludovico se submisit, etique in natali Domini homagium suum fecit. A proceribus Britonum hominia in ecclesia exegit Gaufridus Henrici II. Regis Anglorum filius, ob jurisjurandi religionem ; Robertus Montensis : Gaufridus filius Regis Anglorum, mense majo venit Rhedonis, & Stephanus Rhedenensis, & Ansbertus Aletensis Episcopi, & Robertus abbas sancti Michaelis de Monte, & aliae religiosæ personæ receperunt eum cum summa veneratione in ecclesia sancti Petri, ibi accepit homagia Baronum Britannix. Solet ad domum domini plerunque investitura peti, & hominum offerri, nisi pactione, vel consuetudine aliud juris sit : ut Episcopus Carnotensis ex consuetudine, non alibi securitatem (id est hominum quia vassalli fidem securam facit) Comiti Trecensi a se praestandum contendebat, quam in civitate Carnotensi, cuius nomine hominum debebatur ; Ivo Carnotensis Stephano Palatino Comiti : De cetero, inquit, de securitate pro qua me invitasti, ut eam vobis Mellis facerem, non est mihi consilium, ut eam vobis alibi faciam, nisi in civitate pro qua, & de qua vobis eam debo ; nec
- Lib. 2. de bell. sacr. cap. 15.
- Lib. 3. histor. eccles.
- Ep. 182.
- Fulbert. ep. 101.
- in chron. 924.
- A. C. 1209.
- vol. 3. ch. 87.
- vol. 3. ch. 293.
- A. C. 757.
- idem Reg. lib. 2. chron. & alii.
- Gest. Lud. VIII.
- A. C. 1170.
- Epist. 49.

nec decet tam recta opinionis hominem, ut aliquid a me exigatis contra consuetudinem propter suscitandi odii occasionem; non enim adeo sum cupidus aut timidus, ut me vel hoc, vel illud ducat in aliud, quam habet ratio & consuetudo: ego enim perquisitis ecclesie scriptis, consultis etiam antiquioribus ecclesie clericis, nullo modo inventre potui aliquem antecessorum meorum canonice promotum, hanc securitatem fecisse antecessoribus vestris, nisi in civitate. Et precepto Friderici I. Imperatoris Duci Austriae hoc datum, ne pro conducendis feidis Imperatorrem adire debeat extra Austriam; Fridericus I. Henrico Duci Austriae apud Cuspinianum: Nec pro conducendis feidis requirere, seu accedere debet imperium extra metas Austriae, verum in terra Austriae sibi debent sua feuda conferri per imperium & locari; quod si sibi denegaretur, ab imperio requirat, exigat literarie tria vice, quo facto juste possidebit sua feuda sine offensa imperii, ac si ea corporaliter conduxisset. Moribus nostris etiam investitura & hominum fit coram paribus: hoc modo hominio defunctus Balduinus Comes Flandrensis apud Philippum A. Rigordus: Eodem anno, mense junio, Balduinus Comes Flandria facit hominum Regi Philippo apud Compendium, astantibus Guillelmo Rhenensi Archiepiscopo, & M. Campanie Comitissa & multis aliis. Philippo Valesio hominum & fidem praestitit Eduardus III. Rex Anglorum, ducatus Aquitaniæ nomine, coram paribus Galliæ, ut & Comes Flandrensis pro Artefice comitatu Carolo VI. ut scribir Frossardus. Hominio nonnunquam præter jusjudentia vol. 1. c. 25. & randum accesserunt & fidejussores, dubiæ fidei vincula; de Henrici junioris fiducia vol. 2. c. 112. de sibi cavit Henricus II. Rex Anglorum ejus parens, hominio & fidejussoria cautione; teste Guillelmo Neubrigensi. Hominium porro aliud ligium, aliud Lib. 2. cap. 36. non ligium: ligium est, quod Regi, aut Imperatori nullo medio debetur; Aliud Lib. 5. c. 54. moini continuator: Unde Rex cum magno exercitu Normanniam aggrediens manu forti eam cepit, quare Henrico filio Comitis Andegavorum redditit, & eum pro eadem terra in hominem ligium accepit. Et Albertus Argentinensis: Quam in chron. vis autem iidem Principes Aquilonis ipsum Francum ipsis gravem exosum habent, quum tamen omnes quasi ejus essent vassalli: nisi ab Imperatore moverentur, cujus essent homines ligii, invadendi eum cum honore occasionem aliquam non habebant. Quo jure in Clementina, pastoralis, Rex Siciliæ Romanae ecclesiæ homo ligius & vassallus asseritur. Hominium ligium ligantiam dixere, quia vassalli fidem alligat adversus omnes, nemine excepto; Robertus Montensis: Rex Scotiae pacificatus est cum Rege Anglie hoc modo: facit homagium & ligantiam de omni terra sua, ut proprio domino. Cui lucem affert Guillelmus Neubrigensis: Occurrit ei Rex Scotorum cum universis regni sui nobilibus, qui omnes in ecclesia beatissimi Apostolorum Principis, Regi Anglorum tanquam principati domino hominum cum ligantia, idest solemnis cautione standi cum eo, & pro eo contra omnes homines Rege proprio præcipiente fecerunt. Et Matthæus Paris. de Henrico III. Rege Anglorum: Gastoniam contulit Eduardo primogenito filio suo, tamen sibi retinuit principale dominium, scilicet ligantiam. Alii fidei alligationem; Anselmus Cantuariensis in epistola ad Ernulfum priorem Cantuariensem: Si quis exigit ab aliquo monacho ecclesiæ vestra sacramentum, aut fiducia alligationem. Et in epistola ad Gundulfum: Nullæ minæ, nulla promissio, nulla astutia a religione vestra extorqueat, aut homagium, aut jusjurandum, aut fidei alligationem. Hominium ligium majori demissione quam non ligium præstat; nimis flexis genibus, ab inermi & discincto: in hunc modum hominii fidem luit Othocarus Dux Bohemiae apud Rodulphum Habsburgicum; de quo Albertus Argentinensis: Rex autem longus & gracilis statura, valde aquilum habens nasum, induitus grisea rusticali tunica, cum alto galero, in communione strata sedens, Othocarum iudicatum pretiosissime, genuflexum, more regio invenerit de feudis. Et in summa genuum flexio symbolum adorationis Principum; Corippus de laudibus Justini: Tom. V. Par. II.

*Ter gazis suspexit Avar, ter poplite flexo
Pronus adoravit, terraque affixus adhaesit.*

Singulari privilegio Dux Austriæ fidem & clientelam apud Imperatorem profittetur, equo ineuctus, & ducali pileo ornatus, ut est in supra laudato Friderici I. diplome apud Cuspinianum: *Dux Austriæ principali induitus veste, supposito pileo ducali circumdato seruo pimoto, baculum habens in manibus, equo infidens, & insuper more dlorum Princepum imperii conducere ab imperio feuda sue debet.* Etsi vero hominum ligium supremo dumtaxat Principi deberetur; tamen Duces & Comites, regalium infani arcipes, hominio ligio vassallos sibi

Robert. Mont. obstringere non dubitarunt. Raymundum Comitem Tolosanum in hominem ligium adegit Henricus II. Rex Anglorum, ut Dux Aquitaniae, quo nomine intensum habuit Regem Francorum, ut liquet ex epistola legatorum Regis Angliae, quæ est apud Petrum Blesensem: *Addebat, inquit, etiam se firmissimum habuisse propositum expugnandi vos, antequam Carnotum filius vester adventasset, quod in corona sue dispendium Comitem S. Egidiæ in ligium hominem receperitis.* Ducem Britanniæ in hominem ligium afferuit Dux Normanniæ;

Hove. Epist. 153. Rogerus Hovedenus, ex conventis pacis Philippi Augusti cum Richardo: *Et insuper concessit & charta sua confirmavit, quod ducatus Britannia in perpetuum pertineat ad dominatum Ducis Normanniæ, & ut Dux Britannia semper sit homo Ducis Normanniæ, & ei respondeat sicut ligio domino suo.* Et Joannes Ca-

A. C. 1191. stellanus Cameracensis dicitur ligius miles Balduini Flandrensis Comitis apud Lib. 3. c. 66. Baldricum: *Joannes igitur castellatura, quam injuste usurpaverat privatus, ipsius Comitem Balduinum, cuius ligius miles erat, dereliquit, & ad Imperatorem Romanorum H. se contulit.* Guidonem de Malovicino in Sarraenicam expeditionem profectum, cum lecta suorum ligie fidei militum manu, testis est Joinville. Semel labefactato feudorum jure, etiam Regi hominum praestitere Duce

& Comites, exceptis his a quibus alia feuda tenerent: tale hominum admissit Philippus A. a Balduino Comite Flandrensi, excepto Episcopo Leodensi, & Imperatore, Hannoniæ nomine, ut patet ex formula ejus hominii apud Innocentium III. *Ego Bald. Comes Fland. & Hainen. notum facio universis presentibus pariter & futuris, quod ego concessi & juravi domino meo ligio Philippo, illustri Regi Francie, quod omnibus diebus vita mea bona fide, & sine*

Elione ipsum iuvabo contra omnes homines, qui possunt vivere & mori, praterquam de terra Hainen. contra dominum meum Episcopum Leodicensem, si ipse vellet inquietare Regem Francie, vel Rex Francie eum; sive contra dominum Imperatorem, de eadem terra, &c.

CAPUT IX.

Servitium feudi. Barnum. Retrobannum.

FEUDE a militia & bellicosis gentibus orta, constituantur sub lege fidei & servitii militaris. Agros infestis grassatoribus beneficii nomine dedit Henricus I. Imperator, ea conditione, ut imperii fines a Barbaris tuerentur; Witichindus: *Rex quippe Henricus, cum esset fatis severus extraneis, in omnibus causis erat clemens civibus; unde quemcumque videbat surum aut latronum manus fortis, & bellis aptum, a debita pena ei parcerat, collocans in suburbano Messaburiorum, & datis agris, atque armis, jussit civibus quidem parere, in Barbaros autem in quantum auderent latrocinia exercerent.* Hac lege a Philippo Augusto ad militiam in Anglos evocati omnes Duce, Comites, & milites

Lib. 2. Sigeber. ad A.C. 922.

Galliarum, qui feuda tenebant; Matthæus Paris. *Tunc Rex Francorum rem diu desideratam intelligens accinxit se ad pugnam, atque omnes sua ditionis homines, Duces videlicet, Comites, & Barones, milites, & servientes cum equis & armis jussit in octavis pascha, sub nomine Culvertagii apud Rhomagum ita potenter convenire, ne crimine lese majestatis damnum exhereditationis incurrere viderentur, vulgariter sub nomine felonis.* Unde & servitium pro feudo ipso acceptum; Adamus Bremenis: *Castræ autem, & servitia ejus ab hostibus direpta sunt.* Et Helmoldus: *Comitiam ejus, urbes, & servitia Henricus de Batuvide beneficio Adelberti asecutus est.* Feuda porro distinxit modus servitii: feuda scutiferorum fuere, quæ deberent servitium scuti, vel censum pro redemptione servitii, quem scutagium dixerent. Feuda loricæ, fiefs de Haubert, quæ deberent servitium loricæ; Matthæus Paris. *Ex precepto Henrici I. Anglorum Regis, militibus, qui per loris terras suas defendunt, terras dominicarum carucarum suarum quietas ab omnibus geldis, & omni proprio dono meo concedo.* Et Robertus Montensis: *Sumptis sexaginta solidis Andegavensibus in Normannia de feudo uniuscujusque loricae.* Vassallorum onus est, cum delectus imperatur, ut in militiam proficiscantur per se, vel per vicarium idoneum, vel certum censum domino pensent, quod heribannum veteres dixerent, a Germanica voce *Here*, qua significatur exercitus: posteriores in hunc diem bannum, retrobannum. Bannum est edictum, delectus militum, qui tenent feuda obnoxia nobili armorum servitio. Retrobannum, delectus eorum, qui tenent libera seu franca, ut locuntur, feuda speciali servitio immunita, vel plebeiorum, quibus suppetunt minora feuda sub lege certæ pensionis pecuniae; auctor anonymus de recuperatione terra sanctæ: *Si vero dominus Rex, senior quo potest fungens consilio, judicat omnium debentium armorum servitium auxilium sibi non sufficere; potest vocare retrobannum; videlicet primo auxilium franca feuda tenentium;* & si sufficiat, debet esse contentus; si non sufficiat, vocare debet quatinus secundum verum & rectum judicium sibi deest, & non ultra, auxilium populi, idest omnium feuda non franca tenentium. Olim beneficiariis tempus legitimum servitii fuit per quadraginta dies, seu noctes, ut Gallorum mos fuit numerandi dies per noctes; capitulare Ludovici Augusti: *Postquam Comes, & pagenses de qualunque expeditione hostili reversi fuerint, ex eo die super XL. noctes sit bannus recessus.* Ex quo libatum est capitulare Caroli Calvi. Post quadraginta dies missio postulata: id temporis emensus Henricus Comes Campaniæ in obsidione urbis Avenionensis, missionem petiit a Ludovico VIII. Francorum Rege; Matthæus Paris. *Ubi venit ad eum Henricus Comes Campaniensis, cum jam quadraginta dies in obsidione peregisset, petens de consuetudine Gallicana licentiam ad propria redeundi.* Quo jure usi & Comites Galliarum, postquam quadraginta diebus excubassent in obsidione Andegaviæ; idem Matthæus Paris. *Qui omnes impetrata licentia a Rege Francorum, completis in obsidione Andegaviæ quadraginta diebus excubiis, reversi sunt in patriam suam.* Et quæ fuit lex principalium vassallorum, ut Principi tenerentur quadraginta dierum servitio, eadem fuit subvassallorum in dominum. Fidem & servitium tot dierum Henrico II. Regi Angliae & ejus liberis spopondit Raymundus Comes Tolosanus; Rogerus Hovedenus: *Deinde venit Rex Angliae pater, & Rex filius ejus cum eo, usque ad Limoges, & Raimundus Comes de sancto Egidio venit illuc ad eos, & devenerit ibi homo utriusque, Regis Angliae, & Richardi Comitis Pictavie, de Tolosa tenenda de eis jure hereditario, per servitium veniendi ad eos ad summonitionem eorum, & moram faciendi cum eis in servitio eorum per quadraginta dies sine aliquo custamento eorum; sed si illi voluerint eum habere diutius in servitio suo, illi invenient ei expensas suas rationabiles.* Hodie servitium banni quadraginta diebus intra regni limites, tribus mensibus extra regnum finitur. Apud Germanos, Dux Austriae jure præcipuo usus est, ut Imperatori militarem operam non

Histor. eccl. lib. 4. cap. 9.
Lib. 1. c. 55.

A. C. 1110.

A. C. 1160.

Hier. Bignon ad lib. 1. form. Marc. c. 40. pag. 541. & ad vet. form. p. 31. pag. 607.

ad 4. c. 84.

tit. 31. c. 33.

A. C. 1226.

A. C. 1230.

1173. idem Robert. Montens. 1174.

deberet ultra mensem, idque nonnisi in expeditione adversus Hungaros olim Germaniaæ infestissimos hostes, ut est in diplomate Friderici I. apud Cuspinianum: *Primo quidem, quod Dux Austria nec quibusvis subsidii & servitii renetur, nec esse debet obnoxius sacro Romano imperio, nec cuiquam alteri, nisi ea de sui arbitrii libertate fecerit; eo excepto dumtaxat, quod imperio servire tenebitur in Hungariam duodecim viris armatis per mensem unum sub expensis propriis, in ejus rei evidentiam, ut Princeps imperii agnoscatur.*

C A P U T X.

Feudorum conditio militaris. Franca feuda. Ruptarii.

Lib. 2. ep. 3.

A.C. 1187.

Lib. 5. ep. 27.

A. C. 1161.

Lib. 4.
de casib. monaster. S. Calli
e. 8.Lib. 1. de gest.
Frid. cap. 35.Lib. 5. hist.
eccles.

FEUDA natura sua & lege patria sunt militaria, idest militari ordini adscripta; ita ut in paganos non cadant: unde in libris feudorum clerci & monachi in feudo non succedunt, quod definit esse miles saceruli, qui factus est miles Christi & itidem & naturales filii a successione feudorum repelluntur, tanquam degeneres, & nobilitatis expertes; quam ob causam Gregorius VII. P. in epistola ad Guillelmum Comitem Pictaviensem: *Ex hoc, inquit, nobilitas generis valde corruptitur, cum proles non de legitima conjugii permixtione generatur.* Ex constitutione Friderici I. nefarii presbyterorum filii, ut rusticorum, cingulo militari uti vetantur, apud abbatem Urspergensem: *De filiis quoque presbyterorum, diaconorum, rusticorum, statuimus ne cingulum militare aliquatenus assument, & qui jam assumperunt per judicem provincie a militia pellantur.* Ob id etiam feuda honores vocitarunt, ut honorem Credonensem; Goffridus Vindocinensis: *Deus qui permisit vos honorem Credonensem habere.* Et honorem Ambasæ; Robertus Montensis: *Caput autem sui honoris, scilicet Ambasiam, tenebat de Rege Henrico.* Nempe quod feudorum comites essent soli nobiles, quos labens ætas honoratos nuncupavit: ut Massilienses olim senatores suos αὐτούς, honoratos; teste Strabone. Ruente ævo feudis obrepserunt etiam plebeji & municipales, prædia monasterii S. Galli a ministris ejusdem in modum beneficiorum occupata deplorat alias Burkardus: *In hac pestilentia fideles hujus ecclesia inter se possessiones nostras dividebant; ministeriales, optimos mansus curiarum nostrarum eligebant, cellararii ecclesie jura villicationis in modum beneficiorum habere contendebant, & contra consuetudinem quidam ex ipsis more nobilium gladium cingebant.* Hanc laborem feudis maxime arcesserunt variae Francorum in Syriam expeditiones, quarum causa Duces, Comites, & alii milites feuda, & ditiones distrahere coacti, ea in plebejos, & clericos, seu ecclesiastis alienarunt, ut facilius emptorem invenirent, idque suadentibus edictis Romanorum Pontificum ejus ævi, qui nihil non tentarunt belli sacri promovendi studio, & conniventia etiam nostrorum Principum; quo spectat epistola Eugenii III.

apud Ottudem Frisingensem: *Liccat eis etiam terras, sive ceteras possessiones suas, postquam commoniti propinquui, sive domini ad quorum feudum pertinent, pecuniam commodare aut neluerint, aut non valuerint, ecclesiis, vel personis ecclesiasticis, vel aliis quoque fidelibus libere sine ulla reclamatione impignorare.* Hoc pacto feudorum jure labefactato, ne ordinum status omnino everteretur, & plebeji se pro equitibus gererent, placuit feudorum nomine his censum imponi, idiotismo, *droit de francs-fiefs*, quem in perpetuum ignobilis argumentum fisco inferrent. Plebejos, ruptarios dixerunt, quod rei rusticæ & proscindendo, seu rumpendo ruri operam darent, & rupturas, novalia, idest agros de novo excolendos datos sub certo censu ærario, vel annonario, quem campartum, quasi campi partum, sive fœtum dixerunt; Ordericus Vitalis: *Concesserunt etiam totius villa*

la herbagium absque ullius participatione quietum, terram quoque tam in man-
sulis, quam in rupturis totus parochia hominibus ibidem hospitatis excolendam,
reservato sibi tantummodo campato. Quo loco sciendum ruptarios alios esse a
rutariis, qui una cum Berbensoñibus damnati in concilio Lateranensi sub Ale-
xandro III. hi enim nomen factionis accepere a ruta, sive rota, quæ est turma Lib. 2. c. 27. &c.
equestris, Guillelmo Neubrigensi: ex quo monemur, male scripsisse Matthæum lib. 5. c. 13.
Paris. Brebanciis, & ruptariis, pro rutariis.

A. C. 1173.

C A P U T X I.

Jurisdictione feudalæ.

IN Gallia ut feuda, ita & jurisdictiones quæ feudis cohærent, patrimonii ju-
 re tenentur. Cum feudis plerumque a Principe concessa jurisdictione in colo-
 nos, vel a beneficiariis usucpta, occasione feudi possessionis; ac tandem feudis
 desinentibus in ditiones perpetuas, facile jurisdictione in fata feudorum concessit,
 unde fere semper in veteribus monumentis feuda & jurisdictiones conjunguntur;
 Cistercienses stylo perstringit Alexander III. P. Fidelitates & hominia be-
 nigne suscipiunt, justitiarias & tributarias tenent. Dico fere semper: nam
 feudum natura sua nihil commune habet cum jurisdictione, nec alodium, ut
 in constitutione Friderici apud Rademicum: *Ad hæc qui allodium suum vendi-*
derit, districtum & jurisdictionem Imperatoris vendere non præsumat, & si fe-
cerit non valeat. Primis temporibus domini feudales jurisdictionem ipsi per se
 exercuerunt, & colonis jus dixerunt; de Geraldo Comite Aureliacensi testatur Odo
 Cluniacensis: *In crastinum vero Mallensibus undique ad seniorem confluentibus*
jubet reum adduci. De Carolo Flandriae Comite, Gualterus Tarvanensis: *In*
quibus omnibus huic ordinem sapienter observabat, ut si quando clerici, vel mona-
chi religiosi, necessitate aliqua cogente, in curia ejus causas agere haberent, eo-
rum ante alia & querelas audiret, & causas terminaret, & sic demum ad alia
se tractanda converteret. Immo & moribus Galliæ feminæ ipsæ feudalis juris-
 dictionis compotes juri dicundo operam dedere; Innocentius III. P. Juxta con-
 suetudinem approbatam, que pro lege servatur in partibus Gallicis, feminæ
 præcellentes in subditos suos ordinariam jurisdictionem habere noscuntur. Hoc ju-
 re meretriculam, quæ consueverat cum clero, intra territorum suum, tonso
 capillo in speciem coronæ clericæ deturpasse fertur Matrona Gallica; Jacobus
 a Vitriaco: *Quedam autem nobilis mulier in villa, quam habebat, frequenter*
admonuit presbyterum, ut suam relinquoret concubinam; quo renuente & respon-
dente, quid ad vos de sacerdotibus? ipsa respondit, contra vos nullam possum
exercere justitiam, verum tamen omnes hujus villa, qui non sunt clerici, ad mean
spectant jurisdictionem: jubens autem sacerdotis ad se adduci concubinam, fecit
ei fieri amplam coronam dicens; quia non vis relinquere sacerdotem, volo te or-
dinare in sacerdotissam. Labente avo, domini juris dicundi officio per vicarios
 defuncti sunt: verum quia ob penuriam peritorum plerique clericos eligebant in
 judices, id vetuere patres Christianæ reipublicæ; concilium Londonense habitum
 anno salutis MCII. sub Anselmo Cantuariensi Archiepiscopo, apud Willelmum
 Malmesburensem: *Nec quilibet clericus sint secularium prepositi, vel procurato-*
res, aut judices sanguinis. Concilium Lateranense sub Alexandro III. Sed nec
 procuratores villarum, aut jurisdictiones etiam saculares sub aliquibus Principibus,
 & secularibus viris, ut justitiarii eorum fiant, quisquam clericorum exercere præ-
 sumat. Alexander III. Cantuariensi Archiepiscopo: *Jubemus etiam sub inter-*
minatione anathematis, ne quis sacerdos officium habeat vice-Comitis, aut prapo-

Lib. 2. occid.
histor. c. 8.Lib. 1. de gest.
Pontif. Angl.
c. 1. de posta-
land.cap. clericis ne
cleric. vel mo-
nach. sacer.

Epist. 132. *siti sacerularis.* Hinc ad tribunal Romanum rejectus quidam clericus , quod jurisdictionem pro Comite Flandrensi exercuisset; de quo Stephanus Tornacensis : *Jurisdictionem civilem usque ad rigorem, quam imperium mixtum quidam appellant, sub potestate Comitis Flandrensis procuratorio nomine diu exercuit; ubi ex officio qualitercumque suscepto tenebatur, & innocentes absoluere, & noxios condemnare: neminem tamen, ut ipse confitetur, ad effusionem sanguinis ore proprio condemnavit; sed confessos aut convictos de criminis Commune Ambianensi, ad quam judicium sanguinis spectat, secundum quod meruisse reus, judicandos expofuit & plectendos.* Malo ævi fidere judices ecclesiastici jurisdictionem regiam & feudalem fere prorsus in potestatem suam redegere, obtenu religionis jurandis, quo instrumenta omnia sanctiebantur: sed temporibus D. Ludovici proceres Gallæ in vindicias regiae, suæque jurisdictionis coierunt, & hac de re libellos obtestationis publice ediderunt; testes sunt Matthæus Paris. & Matthæus Westmonasteriensis.

A. C. 1247.

C A P U T XII.

Judicium de fendo.

Si quæstio fuerit inter majores vassos de feudo regali, puta ducatu, vel comitatu, cognitio est Principis, adhibitis paribus: id juris, moribus Gallæ receptum agnovit Honorius III. in epistola decretali ad Ludovicum VIII. Francorum Regem, cuius sententia hæc est: defuncto sine liberis Campaniæ Comite, cum Alisia Henrici II. Campaniæ Comitis nata, nupta Hugoni de Lusiniano Regi Cypri, de successione patrui contenderet, & re in judicium deduxta apud Ludovicum VIII. adversus Reginam exciperetur de labo natalium, jurisdictionis regiae esse litem de successione ultro confessus Pontifex: sed a Ludovico petiit, ut judicium de successione suspenderet, quoad quæstio natalium apud fedem pontificiam finem sortiretur. Et ante Joanne Anglorum Rege proscripto judicio parium Gallæ, & universis ejus feidis cismarinis in fiscum redactis, ob nefariam cædem Arturi ex fratre nepotis, partes suas interposuit Innocentius III. tanquam vindex perjurii, & violatae pacis, cognitione feudi Regi integra relicta, ut liquet ex ejus decretali epistola. Hinc mota quæstione inter Richardum Anglorum Regem, & dominum Virsonis Bituricensem, non jure Virsonis domi-
cap. novit, de Lib. 5. Philipp. ~~aus~~ in jus vocatus apud Richardum, omisso Rege; Guillelmus Brito:

*Perstat, seque alias Richardus vertit ad artes,
Provocat in causam dominum Virsonis, eumque
Ordine perverso judex effectus, & actor,
Convenit injusta coram se lite super re
Ad Regis de jure forum spectante Philippi.*

Si quæstio sit de feudo inter dominum & vassallum, lis judicio parium ventilanda. Cum esset lis de feudo inter Hugonem & Episcopum Cameracensem, Lib. 3. cap. 75. ea judicio parium definita, ut narrat Baldricus: unde malæ frugis nota aspersa Henrico III. Anglorum Regi, quod Guillelmu[m] de Ros feidis multas fuit sine judicio parium, ob servitium, et si per inopiam, non impletum; teste Matthæo Paris. Quid si de feudo controversia sit inter duos convassallos? quæstio pertinet ad dominum feudi, constitutione Friderici, de qua Guntherus:

A. C. 1242.

Lib. 8. ligur.

Inter vassallos unius forte patroni

Quæ-

*Questio de feudo quoties agitatur eodem,
Quo feudi domino gaudent, hoc judice certent.*

Idem moribus Galliæ; qua de causa militibus a quodam in jus vocatis apud Trecensem Episcopum de feudo, quod non tenebant ab ecclesia Trecensi, sed a nobili quodam laico, merito militibus illis, laicus dominus feudi inhibuit, ne de sacerdotali feudo responderent coram Trecensi Episcopo, quod & Alexander III. Pontifex consultus hac de re approbavit. Non alio jure quæstio de feudo, quæ agitabatur inter Rotrocum Comitem, & Hugonem vice-Comitem Carnotensem, & Ivonem dominum Curvævillæ subvassallum vice-Comitis, ab Ivone Carnotensi Episcopo rejecta ad Comitissam Carnotensem, ut dominiam feudi. Rotrocius Comes munitionem, seu castrum posuerat in fundo Carnotensis diœcesis, quem sui juris ac tuitionis esse contendebat; hac de re questi vice-Comes & Hugo Curvævillæ munitionem in fundo tuitionis suæ excitatam; res perlata ad Ivonem Carnotensem Episcopum obtenuit pacis & securitatis impensæ militibus transmarinis, re disceptata, lis redditæ foro Comitissæ Carnotensis, de cuius feudo agebatur: & cum in ejus foro pronunciatum esset secundum Rotrocum Comitem, & rursus ex rescripto Urbani II. lis redintegraretur apud Carnotensem Episcopum, ut ædictatum medio tempore restitueretur, idest deponeretur, auctoritate rei judicatae defensus Rotrocius, quod judicio Comitissæ, quæ erat domina feudi, munitio ei addicta foret: quæ omnia colliguntur ex epistolis Ivonis ep. 168.169. & Carnotensis. Eodemque jure quæstio de hereditate, quæ ferdis constabat, merito translata ad Comitem Theobaldum, utpote dominum feudi, & juris cismontani peritissimum, ut jam observatum ex Joanne Saresberiensi.

in c. ex trans-
missa, de foro
comp.

173.

Ep. 89.

C A P U T XIII.

Jurisdictio temporalis ecclesiistarum.

ECCLESIARUM & monasteriorum quieti omni modo prospectum: hujus causa concilium Arelatense IV. Turonense III. Moguntinum I. Suezionense II. & synodus Joannis IX. P. consentientem legem fecere: *Ne a Comitibus malla & placita sacerdotalia habeantur in ecclesiis, vel atriis ecclesiistarum, vel mansionibus presbyterorum.* His accessere Regum præcepta: *Ne judex publicus vietas ecclesiistarum ad causas audiendas, vel freda (idest indicti genus) exigenda, presumat ingredi,* ut observatum ex Marculfi formula. Hac ratione exactis ab ecclesiis & prædiis ecclesiistarum judicibus publicis, suos judices eis habere permisum, mandata eis jurisdictione in colonos & servos: hanc exercuere advocati, & vice-domini ecclesiistarum, ut monasterio Laurishamensi in Germania a Comitatu jurisdictione soluto, beneficio Conradi II. suis judex tributus ad vocatus monasterii, quem abbas elegisset; chronicon Laurishamense: *Hic itaque Conradus II. Rex rogatu prefati Reginaldi abbatis tradidit S. Nazario omnem suum regale jus in mancipiis, in Gannita, ea scilicet ratione, ut nullus Comes, vice-Comes, aut alia qualibet judicaria persona in eisdem mancipiis aliquam deinceps habeat sui juris exercendi potestatem, sive ad placitum suum constringendi, seu bannum persolvendi, nisi predictus abbas, siue successores, & quem ipsi advocatum elegerint.* Eadem temporali jurisdictione in res & homines Hirsaugiensis monasterii perfunctus advocatus ipsius, privilegio Henrici IV. apud Trithemium: *Sin autem aptum & utilem advocatione undecumque sibi placuerit eligant; hic denique abbate petente a Rege accipiat legitimum bannum, & Hirsaug. ter in anno, si necesse fuerit, aut in ipsam cellam, aut ubicumque, vel quando*

c. 22.

Can. 39.

Can. 40.

c. 10.

c. 1. de Imm.

eccles.

Lib. 1. form. 3.

in chronic.
Hirsaug.

abbatii placherit invitatus ab illo veniat, & ibi placitum iustum pro causis & necessitatibus monasterii rite peragat; nullum autem servitium aliud jus, aut beneficium sibi pro hoc concedi recognoscatur, nisi tertium bannum, & consuetudinariam iustitiam, & legem quam ceteri advocati in aliis liberis monasteriis habent: super fures proterviam, & censuales, & cetera talia, & in illis trium placentorum diebus, in unoquoque unum malthum de frumento, & unum frisingum, & unum solum de vino, & cetera ad hoc pertinentia. Fuldensi monasterio fuit

Lib. 2. ep. 514. & advocatus juri dicundo inter colonos praefectus; traditiones Fulenses: Tunc Centurio Sigifrid, qui advocatus noster fuit, & una fratres nostri cum eo, placitum constituerunt, &c. Exstant & tabulae Henrici Comitis Palatini pro monasterio Lacensi apud Miraeum, quarum praecipuae leges haec sunt: *Advocatus ne alium sibi, nisi abbatis ordinarium judicem subroget, in cognitione causarum; neve ad causas audiendas veniat, nisi a monachis invitatus.* Hoc jure, & cœnobio sancti Martini de Campis apud Parisios temporale suppetit forum in suos homines, ex tabulis Ludovici junioris, quæ inter privilegia Martiniana censentur: *Scilicet quod nos vel heredes nostri numquam beati Martini homines vel hospites capiemus, nisi in praesenti forefacto fuerint deprehensi; & si nos vel homines nostri querelam adversus eos aliquam habuerimus, in curiam beati Martini ibimus, & iustitiam per manum prioris, vel monachorum inde suscipiemus.*

in cap. Roma-
na, de appell.
in 6. Appellationes ab Episcopis in his, quæ sunt temporalis jurisdictionis, ad Metro-
politanum deferri voluit Bonifacius VIII. Pontifex, sed minime id servatur in
Gallia.

C A P U T XIV.

Relevamentum feudi.

MORTUO vassallo heres ejus, nisi intra annum & diem feudum relevaret, idest investituræ restorationem petierit a domino, feendum amittit, con- Lib. 8. ligur. stitutione Friderici I. Guntherus:

*Successor feudi totum si forte per annum,
Atque diem, tacto prime jam tempore pubis
Sive dolo, seu desidia, seu mente superba
Spreverit a domino feudalia poscere jura
Perdat, & hæc dominus proprios assumat in usus.*

Moribus Galliarum, cessante vassallo, si non petatur investitura intra quadraginta dies, dominus statim ipso jure feendum non vindicat jure commissi; sed jure pignoris feudalium manum injicit, & interim fructus suos facit: sic Juliacensi Duce investituram non petente subfeudi Viarsonis nomine, Dux Bituricensis, dominus investitum non petente subfeudi Viarsonis nomine, Dux Bituricensis, dominus feudi possessionem arripuit, & fructus lucrificit; teste Frossardo. Nec dispare ratione libertos ecclesiarum intra annum ordinationis novi Pontificis professionem repetere, & chartulam manumissionis suæ edere oportuit, testationis causa: quo vol. 3. c. 98. pertinet can. 9. concilii Toletani VI. & can. 4. concilii Cæsaraugustani III. c. longinquita- te, 12. qu. 2. Moribus feudo ad suos heredes translato, non debetur redemptio feudi, sed iusta relevatio, idest renovatio investituræ. In constitutione Henrici I. Anglorum A. C. 110. Regis apud Mattheum Paris. Si quis Baronum meorum, Comitum, vel aliorum, qui de me tenent, mortuus fuerit, heres suus non redimet terram suam, sed iusta & legitima relevazione relevabit eam: similiter, & homines Baronum meorum legitima & iusta relevazione relevabunt terras suas de dominis suis. Feudo vendito,

vendito, debetur domino pretii pars pro redemptione feudi: ea est quinta, & quinta quinta, *d̄rit de quint & requiri*: quod præstationis genus, *προτιμήσεως* in novella Leonis XIII. nostris relevium: idque, nisi dominus malit uti jure *προτιμήσεως*. Mutato morte vassallo debetur *avanciūs*, seu redemptio feudi, ea est redditus unius anni, vel certa summa, aut arbitraria.

C A P U T X V.

Alienatio, & divisio feuni.

NOVELLA Constantini Porphyrogennetæ *περὶ σπαθωτικῶν*, prædia militaria, quæ feudis comparantur, nullo modo potuere a militibus alienari. Ex constitutionibus Lotharii III. & Friderici I. feudum alienari non potest, invito domino, alioquin irrita est venditio, feendumque committitur; *Güntherus*.

Lib.8. ligur.

Si quis habens feudum pretio seu vendere totum,

Seu pro parte velit, dominique licentia desit,

Seu dare, seu vadīo supponere cogitur illud,

Qui dedit amittet, non qui suscepit habebit.

Et paulo post:

Hec magnus fieri vetuit Lutherius, at nos

Facta retractari volumus, facienda caveri.

Ex eisdem constitutionibus non possunt feuda donari, etiam ex pia causa, sine consensu domini, ne servitium militiae pereat. Moribus Galliæ idem juris evanuit, ut supra ex variis Orderici locis probavi, in dissertatione de jure amortizationis: quibus adde quod scripsit auctor anonymus vita Burchardi Comitis, in suppl. an-
Ermenfridum militem donasse prædia Fossateni monasterio, non sine consensu *προτιμήσεως*. Burchardi Comitis domini principalis: *Deprecatus est itaque eum, quatinus vil- lam, quam de ejus beneficio tenebat, quæ Licias appellatur, ecclesie Fossateni daret, ita ut etiam prædium sua possessionis, quod Ajureum dicitur, spontanea voluntate simul tribueret.* Nonnumquam tamen ex pacto, vel beneficio, libera feudi alienatio a domino principali concessa, favore piaæ causæ; ut factum ab eodem Burchardo Comite, pro Fossateni coenobio meminit ejus vita auctor: *Statuit denique decretum, ut quicunque fidelium suorum ex suis castris vellet aliquam partem terrarum ecclesie Fossateni tribuere, liberam haberet licentiam dandi absque iussione suorum successorum, quicquid animo libuisset.* Sed hodie aliter usu venit, ut feuda vendi, & alienari omnino possint sine voluntate domini, quia feuda desciverunt a sui natura, & patrimonii jure censentur: sed domino volenti debentur *προτιμήσεως*; non assentienti, integrum est jus *προτιμήσεως*: nec non eo jure quo utimur feudum ecclesiæ vendi potest, sed cum sua causa; quo casu ne quid domino principali desideretur, quod ecclesia sit immor talis, militiæque inhabilis, cogitur ecclesia præstare hominem, a quo debita ob sequia exhibeantur, quoque mortuo fidelitas redintegretur. Ex constitutione Con radi, dominus sine vassalli voluntate feudum alienare non potest, quod tem peratum moribus Mediolanensium, quibus permitta alienatio in parem vel major em: hac ratione cum Joannes Rex Anglorum regnum Innocentio III. Romano Pontifici veftigale fecisset; hoc auditio Philippus Augustus palam edixit coram Walone legato Pontificio, minime potuisse Regem id facere sine consensu Baronum: *Nullus, inquit ille apud Matthæum Westmonasterensem, Rex, vel Princeps potest dare regnum suum sine assensu Baronum suorum, qui regnum it-*

Tom.V. Par.II.

*lud tenentur defendere; & si Papa hunc errorem tueri decreverit, perniciosissimum regnis omnibus dat exemplum. Sic & Aquitania pactione pacis Bretiniacensi Anglis dedita, plures Aquitanorum procerum vix Anglum in dominum agnoverunt, quod Rex imperium abdicare, & vassallos invitatos a se alienare potis non fuisse; teste Frossardo: quod juvatur argumento legis, *legatus, ff. de officio praefidis.* Inter pares etiam consociatio, & communitas vassallorum contrahi potest, quemadmodum pacti sunt Humbertus Delphinus Viennensis, & Comes Sabaudiae, ut mutuas de vassallis controversias dirimerent; Albertus Argentinensis: *Humbertus frater ejus dominium Delphinatus nanciscens, ita Aymoni Comiti reformatum, quod pro majori cautela quilibet eorum vassalus alterius est effectus, sic que inter eos brigae cessavit.* Moribus Galliarum etiam majora feuda, puta ducatus & comitatus divisionem non ferunt: eodem jure utitur Germania, constitutione Friderici; Guntherus:*

*Marchia, seu Comitis possessio, sive ducatus
Integra permaneat, feudalia cetera multis
Participanda patent, domino dum quisque fidele
Spondeat obsequium, iurandaque foedera prestat.*

Lib. 2. de gest. Frid. c. 5. Quod & soluta oratione expressit Otto Friisingensis. Sic Austriae ducatu*i* propria lex dicta ne divisionem patiatur, ex decreto Friderici I. apud Cuspinianum: *Inter Duces Austriae, qui senior fuerit dominum habeat dictae terrae, ad cuius etiam seniorem filium jure hereditario deducatur; ita tamen quod ab ejusdem sanguinis stipite non recedat, nec ducatus Austriae ullo umquam tempore divisionis alicuius recipiat sectionem.* Majora inquam feuda dividi non possunt, nisi accedente consensu Principis: sic consensu Imperatoris, Luneburgensis ditio absissa e ducatu Brunsuicensi, iudicio familie eradicata inter Albertum Ducem Brunsuicensem, & Joannem fratrem; Paulus Langius: *Hic, inquit, cum fratre Joanne patriam partitus est ditionem, cum Casaris consensu, ut dominium Luneburgense retineret Joannes, Brunsuicense remaneret sibi; & ita fecerunt: verum arma indivisa mutuo, & per posteros usque in praesens servaverunt.*

in chron. Citz.

C A P U T XVI.

Commissum, & reversio feudi.

*F*EUDUM committitur ob feloniam, id est perfidiam, puta ob fugam ad hostes. Vassallos amisit Comes Joppensis, quod a Fulcone Rege Hierosolymano transiisset ad hostes regni: *Hec videntes, inquit Willelmus Tyrius, quidam de fidelibus ejus, relinquentes que ab eo habebant beneficia, meliores partes secuti ad dominum Regem se contulerunt.* Ob defectionem feidis multatus Lib. 14. de bell. facr. c. 16. Comes de Baslevilla, a Guillelmo Rege Siciliae; Robertus Montensis: *Guillelmus Rex Siciliae exhereditavit etiam Comitem de Baslevilla, cognatum suum, quia ab ipso desicerat.* Feudum etiam committitur ob desertionem domini, vel Principis in acie, & militare servitium non impletum; Ordericus Vitalis: *Certum est, quod quisquis dominum suum in mortis periculo sponte deserit aliumque pro aviditate lucri appetit, seu militare servitium, quod ultro pro defensione regni exhibere debet, Regi suo venale facit, eumque propriis spoliare dominiis contendit, iudicio rationis & aequitatis ut proditor judicabitur, & hereditariis rebus merito nudatus extorris effugabitur.* Feudum & committitur ob contumaciam, & injuriam in dominum, vel Principem; & hoc est quod scriptit Sugenius,

rius ; lege Salica , idest moribus Francorum , feudum ob injuriam amitti : *Affl.* In vit. Ludov. stunt equidem qui magnificis exhorrent suppliciis , multo etiam & sumptuoso ser- *Craffi.* vitio ad partes Bituricensium dominum Ludovicum transmeare ea in parte , qua confinia Lemovicensium autem , ad castrum videlicet sancte Severae nobilissimum , & hereditaria militia possessione famosum , pedite multo populosum dominum , & illius virum nobilem Heinbaldum ad exsequendum justitiam cogere , aut jure pro injuria castrum lege Salica amittere . Carolo Flandrensi Comite per prodictionem quorundam optimatum nefarie trucidato , Guillelmus Comes , Alardi Warnesti- mensis feudis manum injectit , ob receptatum unum ex percussoribus ; de quo Gualterus Tarvanensis : Unde & idem dominus Guillelmus hominum Alardi in vit. Carol. guerpivit , & eo diffiduciato totum feudum ejus saisisvit . Feudum etiam com- Com. Fland. mittitur ob malas consuetudines , idest novos census indicatos ; Robertus Mon- c. 37. tensis : Willelmus Talavacius Comes Sagiensis , & filius ejus Joannes , & item A. C. 1167. Joannes nepos ejus , filius Guidonis primogeniti sui , Comitis Pontivi , concesse- runt Regi Henrico castrum Alenceum , & Roccam Mabirit , cum eis quæ ad ipsa castella pertinent . Et forsitan ideo predictas munitiones perdiderunt , quia ma- las consuetudines ipsi , & eorum intercessores diu ibi tenuerant . Feudum eccl- esasticum ex constitutione Conradi non committitur in perpetuum ob noxam can. si Episco- Episcopi , vel abbatis , sed in ejus vitam : quia , ut suadent canones , delictum pum. 16. q. 6. prælati non debet nocere ecclesiæ : sic decreto Friderici I. Halberstadensis , & Bremensis Episcopi feudis regalibus multati in vitæ tempus , quod Friderico de- fuissent in expeditione Italica ; Guntherus :

Lib. 2. ligur.

Quin & Pontices Halberstadenfis , & ille
Sub quo Brema fuit , tali regalia jura
Amisere nota , persone scilicet ipse ,
Non tamen ecclesiæ , neque enim quod pastor inique
Gesserit , ecclesiæ fas est in damna refundi .

Cujus rei testem habemus & Frisingensem . Feudi porro commissum , exher- dationem vocitavit posterior ætas , quod ademptionis feudi eadem fere sint cau- ßæ , quæ exheredationis ; Rogerus Hovedenus : Willelmus Comes de Moretunio exheredatus est de tota terra sua , quam habuit in Anglia . Matthæus Westmo- nasteriensis : Eodem anno Rex Anglorum Henricus exheredavit Gulihelmum Pe- A. C. 1155. uerel , causa beneficii , quod Ranulfo Comiti Cestrensi fuerat propinatum . Sub- feudo fisco commisso , id intra annum Princeps dimittere debet , ne culpa vas- falli domino feudi fraudi sit , ut in edicto Joannis Regis Anglorum apud Mat- thæum Parif. Nos autem non tenebimus terras eorum , qui convicti fuerint de fe- lonia , nisi per unum annum & unum diem , & tunc reddantur terre dominis feudorum . Majora feuda , puta ducatus & comitatus , lege feudorum redeunt ad Principem deficientibus masculis heredibus : hoc jure , morte Friderici Mosella- norum Ducus sine heredibus masculis , ducatus ad Imperatorem reversus ; Sige- A. C. 1034. bertus : Friderico Mosellorum Duce mortuo , quia mares filios non habebat , quibus ducatus competenteret , Gothelo Dux , impetrato ab imperatore etiam Mosel- lanorum ducatu , in Lotharingia potentius principatur .

F I N I S.

ANTONII DADINI
ALTESERRÆ
U. J. PROFESSORIS
ET DECANI
UNIVERSITATIS TOLOSANÆ,
IN LIBROS
CLEMENTINARUM
COMMENTARII.
ACCESSERE
SEX PRÆLECTIONES
SOLEMNES
Habita pro instaurandis Scholis.

БИБЛІОТЕКА
ЕЯЯНСТА
Університетської
Музеї
Санкт-Петербурга
Софії
Карелії
Ізабелла
Ізабелла
Ізабелла

107373 159

ILLUSTRISSIMO VIRO DOMINO
DOMINO CLAUDIO
LE PELLETIER
PATRICIO ET COMITI CONSISTORIANO.

VIR ILLUSTRISSIME,



Revem commentarium in clementinas, nuper dictatum & expositum in scholis Tolosanis, in lucem edituro, non alium a te patronum & defensorem eligere cordi fuit. Quia litteras & literatos amas, ab iisdem te observari & coli quibuscumque studiis dignissimum est. Handquam mihi propositum est laudes tuas persequi hoc loco, quas nec capit modus epistole. Satis mihi erit compendio multa complecti. Variis muneribus functus in republica, praefidis in senatu, praepositi in urbe regia, Comitis in consistorio Principis, ubique te majoribus dignum probasti. Maximum in senatu tui desiderium reliquisti, in urbe aeterna meritorum monumenta, oblivioni tui nominis opposita mole, quae civitatis decus & securitas est. Tot dotibus agnitus te sibi vindicavit, & consiliis ascivit Rex Christianissimus, quo jure metalla auri & argenti, quae ubique nascuntur, sunt Principis; non senatui, & urbi, sed reipublicae te natum esse intelligens. Vivat maximus Princeps in longos annos, teque, quo cœpisti, successu rerum fruatur. Crescat in dies gloria restituti apud nos juris civilis, ad invidiam usque Romanorum. Scient posteri te unum e judicibus datis a Principe, non minimam huic negotio operam contulisse. Interim dum juris civilis studium fervescit, ne videatur contemni jus canonicum, hanc operam in clementinas institui, in qua & elementa rei beneficiariae & vestigia praxis forensis, qua utimur, satis diligenter observavi. Eo magis placuit lectum opus, quod versatur circa concilium Gallicanum, Viennense scilicet, quod est

opus Clementis V. summi Pontificis, natione Galli & Aquitani. Jam olim illud glossis illustravit Joannes Andreas, unus e principibus juris canonici, jussu Joannis XXII. Pontificis Galli & conterranei mei, idest Cadurci. Quamvis ego me longe, imparens sentiam, tamen non dubitavi eodem ex agro spicas legere. Post messem supereft spicilegium. Istud qualecumque sit, ea qua praestas humanitatis laude, queso suscipe, & auctorem jam paene octogenarium, in tui obsequio extrema spirantem, inter clientulos admittere dignare.

VIR ILLUSTRISSIME

Addictissimus & devotissimus

ANT. DADINUS ALTESERRA

U. J. Professor, & Decanus Universitatis Tolosanae;

Tolose 25. Martii 1680.

INDIA



161

INDICULUS

CLEMENTINARUM

quæ in hoc Opere commentariis illustrantur.

LIBER I.

TIT. II. De rescriptis .	§. In quibus .	177
C LEMENTINA abbates . pag. 167		
Clem. Etsi principalis .	168	
Clem. Auditor .	169	
Clem. Gratiae .	ibid.	
Clem. Litteras .	ibid.	
TIT. III. De electione & electi potestate .		
Clem. Cum rationi .	170	
Clem. Ne Romani .	ibid.	
§. Eo tamen proviso .	171	
§. Sane .	ibid.	
§. Porro .	ibid.	
§. Ceterum .	172	
§. Verum .	ibid.	
Clem. Causam .	ibid.	
Clem. Constitutionem .	173	
Clem. In plerisque .	174	
Clem. Quod circa .	ibid.	
Clem. Statutum .	ibid.	
Clem. Cum concessa .	175	
TIT. IV. De renuntiatione .		
Clem. Cum illusio .	ibid.	
TIT. V. De supplenda negligentia pralatorum .		
Clem. Quia regulares .	176	
§. Præmissa .	177	
TIT. VI. De etate qualitate & ordine præficiendorum .		
Clem. Cum ecclesiæ .	ibid.	
Clem. Ut ii qui .	ibid.	
Clem. Generalem .	178	
TIT. VII. De officio vicarii .		
Clem. un. Quæ de ecclesiis .	ibid.	
TIT. VIII. De officio & po- testate judicis delegati .		
Clem. un. Judices .	179	
TIT. IX. De officio ordinarii .		
Clem. Ut clericorum .	ibid.	
Clem. Etsi ab apostolicæ .	ibid.	
TIT. X. De procuratoribus .		
Clem. Instrumento .	180	
Clem. Non potest .	ibid.	
Clem. Religiosus .	ibid.	
Clem. Procuratorem .	ibid.	
TIT. XI. De in integrum restitutione .		
Clem. un. Ab ecclesia .	181	

LIBER II.

TIT. I. *De iudiciis.*

CLEMINTINA *Dudum.*

181

Clem. Dispensatioam.

182

Clem. Judai.

ibid.

Clem. Testibus.

ibid.

TIT. II. *De foro competenti.*

Clem. un. Quamvis.

ibid.

TIT. VIII. *De testibus.*

Clem. Judai.

ibid.

Clem. Testibus.

ibid.

TIT. III. *De causa possessionis
et proprietatis.*

Clem. un. Causa.

183

Clem. un. Romani.

186

TIT. IX. *De jurejurando.*TIT. IV. *De dolo et con-
tumacia.*

Clem. un. Si ante.

ibid.

TIT. XI. *De sententia et re
judicata.*

Clem. Ut calumniis.

187

Clem. Pastoralis.

ibid.

TIT. V. *Ut lite pendente nihil
innovetur.*

Clem. Si duobus.

ibid.

Clem. Cum lite.

184

TIT. XII. *De appellationibus.*

Clem. Si a judicibus.

188

Clem. Quamvis.

ibid.

§. Quod si iudex.

ibid.

Clem. Sicut.

189

Clem. Quamdiu.

ibid.

Clem. Appellant.

ibid.

Clem. Si appellationem.

190

Clem. Cum a repulsione.

ibid.

TIT. VII. *De probationibus.*

Clem. un. Litteris.

185

LIBER III.

TIT. I. *De vita et honestate
clericorum.*

CLEMENTINA *Diacestanis.*

Clem. Si juxta.

ibid.

Clem. Quoniam.

190

TIT. III. *De concessione prebenda
et ecclesiae non vacantis.*TIT. II. *De prebendis.*

Clem. Si dignitatem.

192

Clem. Si juxta.

ibid.

Clem. Per litteras.

ibid.

Clem. Si plures.

ibid.

Clem. Si Romanus.

193

Clem. Monasteriorum.

ibid.

Clem. Si de beneficio.

ibid.

Clem. Si una.

195

TIT. V.

I N D I C U L U S

463

TIT. V. De rerum permutatione.		§. Statuimus	205
Clem. un. Ne concessione .	196	§. Illas quoque	ibid.
TIT. VI. De testamentis & ultimis voluntatibus .		§. Ipsos autem	ibid.
Clem. un. Religiosis .	ibid.	§. Si qui vero	ibid.
TIT. VII. De sepulturis .		TIT. XI. De religiosis domibus , ut Episcopo sint subjectae .	
Clem. Eos qui .	ibid.	Clem. Cum de quibusdam	ibid.
Clem. Dudum .	197	Clem. Quia contingit	206
§. In ecclesiis .	ibid.	§. Ut autem	ibid.
§. Statuimus .	ibid.	§. Premissa	ibid.
§. Hujusmodi .	ibid.	§. ult. Ceterum	207
TIT. VIII. De decimis, primiis & oblationibus .		TIT. XII. De jure patronatus .	
Clem. Religiosi .	198	Clem. Ut constitutio	ibid.
Clem. Si beneficiorum .	ibid.	Clem. Plures	ibid.
TIT. IX. De regularibus , & transiuntibus ad religionem .		TIT. XIII. De censibus , exacti- nibus , & procurationibus .	
Clem. Ut professores .	199	Clem. Cum sit	208
Clem. Eos qui .	ibid.	Clem. Ad nostrum	ibid.
TIT. X. De statu monachorum vel canonicorum regularium .		Clem. Præsenti	ibid.
Clem. Ne in agro .	199	TIT. XIV. De celebrazione missarum , & aliis divinis officiis .	
§. Statuimus .	200	Clem. Gravi	ibid.
§. Verum .	201	Clem. Dignum	209
§. Sane .	ibid.	TIT. XV. De baptismo & ejus effectu .	
§. Regula .	ibid.	Clem. un. Præsenti .	ibid.
§. Porro .	202	TIT. XVI. De reliquiis & veneratione sanctorum .	
§. Si quis autem .	ibid.	Clem. un. Si dominum .	ibid.
§. Si qui vero .	ibid.	TIT. XVII. De immunitate ecclesiistarum .	
§. Quia vero .	ibid.	Clem. un. Quoniam .	ibid.
§. Ad hæc .	203		
§. Ceterum .	ibid.		
§. Sane prioratus .	ibid.		
§. Ad ampliationem .	204		
§. ult. Premissa .	ibid.		
Clem. Attendentes .	ibid.		
§. Visitatores .	ibid.		

LIBER IV.

TIT. I. De consanguinitate & affinitate.

CLEMENTINA unic. Eos qui.

pag. 210

LIBER V.

TIT. I. De magistris, & ne
aliquid exigatur pro licentia
docendi.**C**LEMENTINA. Inter. 210
Clem. Cum sit. 211TIT. II. De Judeis &
Saracenis.

Clem. un. Cedit. ibid.

TIT. III. De Hereticis.

Clem. Multorum.
§. Sane quia. 212
§. Porro. ibid.
§. Verum. ibid.
Clem. Nolentes.
Clem. Ad nostrum. 213

TIT. IV. De homicidio voluntario vel casuali.

Clem. un. Si furiosus. ibid.

TIT. V. De usuris.

Clem. un. Ex gravi.
§. Ceterum. 214
§. Sane. ibid.TIT. VI. De excessibus
prælatorum.

Clem. un. Frequens. ibid.

TIT. VII. De privilegiis &
excessibus privilegiatorumClem. Religiosi. 216
§. Quibus, ibid.§. Sane.
Clem. Archiepiscopo.ibid.
ibid.

TIT. VIII. De paenit.


Clem. Si quis. 217
§. Sane.
Clem. Multorum.
Clem. Cupientes.
§. Sane. 218TIT. IX. De paenitentiis
& remissionibus.Clem. Cum secundum.
Clem. Abusionebus.
§. Ad hæc.TIT. X. de sententia excommunicationis, suspensionis
& interdicti.Clem. Ex frequentibus.
Clem. Gravis.
Clem. Cum ex eo. 219
Clem. Si summus Pontifex. ibid.TIT. XI. De verborum
significatione.Clem. Exivi.
§. Cum autem.
§. Dubitaverunt.
§. Cum vero.
§. Praterea.
§. Deinde.
§. Porro.
§. Proinde.
§. Cumque annui.
§. Ex talibus.
§. Verum etiam.
§. Cumque.ibid.
ibid.
ibid.
ibid.
220
ibid.
ibid.
ibid.
ibid.
ibid.
ibid.
ibid.
221
ibid.

I N D I C U L U S

165

§. Cumque dicti ordinis.	ibid.	§. Ex premissis.	ibid.
§. Licet vero.	ibid.	§. Demum quia.	ibid.
§. Rursus cum predictus.	ibid.	§. Verum si.	ibid.
§. Hinc est.	ibid.	§. In destituzione.	ibid.
§. Quamvis.	ibid.	§. Cæterum.	223
§. Circa equorum.	222	Clem. Sæpe.	ibid.

ANTONII



ANTONII DADINI
 ALTESERÆ
 IN LIBROS
 CLEMENTINARUM
 COMMENTARII.

IN LIBRUM I.

TIT. II. *De rescriptis.*

Clementina Abbates .



BBATES & alii prælati regulares , quibuslibet administratio-
 nibus præsidentes , quos patres abbates vocat cap. ult. *de*
regularib. occasione prioratum seu aliorum locorum eisdem
 subditorum , nullum per litteras apostolicas possunt conve-
 nire , nisi coram judge , apud quem prioratum & locorum
 ipsorum prioribus hoc liceret : nec occasione locorum ad
 mensam pertinentium aliud in ipsis super hoc licet , quam
 si loca præfatae speciales sub eis gubernatores haberent . Si
 quis autem aliud præsumperit , damnatur in expensas &
 interesse , id est in id omne quod rei interest alibi conveniri . Hæc constitutio lata
 est , quia per abbates & prælatos majores in causis prioratum & aliorum mem-
 brorum subditorum adversarii conveniebantur apud judices delegatos a sede apo-
 stolica , rei distingendi causa ; cap. statutum , *de rescript.* in 6. In actionibus
 in personam reus convenientius est ubi domicilium habet ; L. *haeres absens* , §.
proinde , ff. *de judic.* L. 2. C. *de jurisdict.* In actionibus in rem reus , id est po-
 ssessor , convenientius est ubi domicilium habet , vel ubi res posita est ; L. ult. C,

ubi in rem actio, L. ult. C. *de prescript. long. temp.* Abbates vel alii prelati regulares maiores in causis prioratum subditorum, vel membrorum eorumdem, non possunt per litteras apostolicas convenire adversarios apud judices delegatos a sede apostolica, quia hoc plerumque fit adversarii distingendi & vocandi causa; sed apud judices competentes locorum, ne detur occasio vexationi: sic venditor ab emptore conventus, ut eum evictionis nomine defendat, non potest uti prescriptione seu privilegio fori sui; sed sequi debet forum emptoris; *L. venditor*, *ff. de judic.* L. i. C. *ubi in rem act.*

Clem. *Etsi principalis.*

EX constitutione Bonifacii VIII. causae non possunt mandari a sede apostolica, vel legatis ipsius, nisi personis dignitate praeditis, vel personatum continentibus, vel cathedralium ecclesiarum canonicis; cap. *statutum*, hoc tit. in 6. Quæsitus est, an officiales Episcopi valeat delegari a sede apostolica. Ratio dubitandi esse videbatur, quod officialis Episcopi non habet dignitatem per se, quia non exercet propriam jurisdictionem, sed mandatam ab Episcopo: unde ab officiali non appellatur ad ipsum Episcopum, sed ad Metropolitanum, ne ab eodem ad se ipsum appelletur, quia unum est forum Episcopi & officialis; cap. *referente*, *de præbend.* cap. *Romana*, §. 1. *de appell.* in 6. Tamen officialis principalis Episcopi potest dari judex a sede apostolica, ex hac constitutus se causam impulsivam, idest auctorem fuisse, non silet Jo. Andreas hic: & ante hanc constit. officialis Episcopi solebat delegari a sede apostolica; cap. *insinuante*, *de offic. delegat.* cap. *dilecti filii*, *de appellat.* Quia officialis principalis Episcopi habet dignitatem: unde missus dominicus dicitur; cap. 2. *de regular.* cap. 1. *de frigid.* & *malefic.* Sed quid dicendum in officiali seu vicario capituli, episcopali sede vacante? videtur non posse delegari a Pontifice, cum non possit dici vicarius Episcopi qui non existit; clem. ult. *infr. de procur.* Tamen officialis Episcopi appellatione continetur etiam vicarius capituli, sede vacante, cum sit officialis, seu administrator jurisdictionis episcopalnis; cap. *unic.* *de major.* & *obed.* in 6. Idemque dicendum de officiali Episcopi electi & confirmati nondum consecrati, quia electus confirmatus nondum consecratus exercet ea omnia quæ sunt jurisdictionis; cap. *transmissam*, *de elect.* Prior etiam conventionalis, quamvis non consuevit ad prioratum per electionem assumi, potest judex delegari a sede apostolica, vel ipsius legato, ex hac constit. quia prioratus conventionalis est dignitas; cap. *nisi essent*, *de præbend.* Oltrad. cons. 257. Marcus part. 1. decis. 1244. Prioratus conventionalis natura sua est electivus, non collativus, quia prior conventionalis est vice abbatis; clem. *ne in agro*, §. *ceterum*, *infr. de stat. monach.* cap. *cum in ecclesiis*, *de major.* & *obed.* Tamen de consuetudine confertur, ut hic, &c. d. clem. *ne in agro*, §. *ceterum*. Officialis tamen foraneus Episcopi, vel religiosus monasterii prior claustral, non potest delegari a sede apostolica, ex hac constitutione.. Officialis foraneus Episcopi est qui est foris, extra civitatem: officialis Episcopi, in certa parte diocesis; cap. *Romana*, *de offic. ordin.* in 6. Idem de decano rurali, qui in parte diocesis gerit vices Episcopi; can. *nullus*, 16. qu. 7. cap. 1. *ne prælat. vic. suas.* Ratio dubitandi erat in priore claustral, quod prior claustral est vice abbatis, & habet administrationem jurisdictionis regularis, absente abbe; cap. *cum ad monasterium*, versic. *prior*, *de stat. monach.* Sed prior claustral non est dignitas, revocatur ad nutum abbatis, dicto cap. *cum ad monasterium*, §. *tales*. Idem de sacrista, custode, vel camerario monasterii, qui sunt nuda officia, ut ait Jo. Andreas hic. Ante hanc constitutionem prior claustral solebat delegari; cap. *licet*, *de præbend.* cap. *ex tenore*, *de concess. præbend.* Quia nondum determinatae erant qualitates personarum, quibus debeant causæ delegari a sede

sede apostolica. Sed hoc immutatum constit. Innocentii IV. quæ non extat, & quæ transfusa est in constit. Bonifacii VIII.

Clem. *Auditio.*

AUDITORES in curia Romana vocantur auditores sacri palati, quibus causarum cognitio demandatur a summo Pontifice, vel vicecancellario. Auditor in curia datus a sede apostolica in causa beneficiali, ubi causa cognita pronuntiavit alicui beneficium deberi, potest conferre eidem beneficium, cui ante debitum pronuntiavit, ut evitetur circuitus. Ratio dubitandi esse videbatur, quod iudex datus, ubi pronuntiavit beneficium illi deberi, functus est officio suo; L. *judec posteaquam*, ff. de re judic. cap. in litteris, de off. deleg. Statim definit esse iudex, nec potest exequi sententiam suam: sed ejus est, qui judicem dedit, exequi sententiam judicis a se dati; L. a divo Pio, in princ. eod. tit. de re judic. Auditor datus a sede apostolica audit tantum partes, & refert ad summum Pontificem; cap. *dilectus*, in antiqua infr. hoc tit. cap. *super questionum*, de offic. deleg. Iudex datus in causa præsentationis, non potest præsentatum clericum instituere in fraudem Episcopi, vel archidiaconi, ad quos institutio pertinet; cap. *super eo*, de offic. deleg. Procurator non potest excedere terminos mandati; L. 5. ff. *mandat*. L. *si procurator*, L. *maritus*, C. *de procurator*. Sed hoc jure iudex delegatus a sede apostolica potest exequi sententiam suam; cap. *significati*, cap. *querenti*, eod. tit. de off. del. can. quisquis, 2. qu. 6. quia habet quasi ordinariam jurisdictionem, exemplo judicis dati a Principe; L. a *judice*, C. *de judic.* Iudex datus a Pontifice, posteaquam pronuntiavit alicui beneficium deberi, sine alio mandato speciali potest conferre beneficium, cui debitum pronuntiavit, vitandi circuitu causa, quia rerum expediendarum causa circuitus vitandus est; L. *dominus*, ff. de condic. indebit. L. 3. §. ult. de don. int. vir. & uxor.

Clem. *Gratia.*

MANDATO apostolico seu gratia, ut provideatur de dignitate vel beneficio curato nondum vacante, renuntiassè videtur, qui ante adiectionem eiusdem aliud beneficium pacifice assecutus est, quod de jure simul cum dignitate vel beneficio in vim dictæ gratiae debito retinere non posset, licet illud resignaverit, aut resignare paratus sit. Ratio est, quia eiusmodi mandata, seu gratia de providendo conceduntur pro pauperibus clericis, & assecutione pacifica cujuscumque beneficii, quasi tacita remissione extinguuntur. Unde si pauper clericus, qui mandatum impetravit, ut ei per ordinarium provideretur de beneficio, antequam ei providereretur aliud beneficium assecutus sit; ordinarius non tenetur ei providere in vim mandati, cum cessest causa mandati; cap. *si pauper*, de præbend. in 6. Maxime cum mandatum concessum est in forma pauperum; cap. *cum secundum*, de præbend. Mandatum de providendo solvitur assecutione cujuscumque beneficii, licet illud resignaverit, vel resignare paratus sit, quia gratia seipso extincta non restituitur, ut obligatio semel extincta non reviviscit; L. *qui res*, §. aream, ff. de solut.

Clem. *Litteras.*

RESCRIPTUM de conferendo beneficio quamprimum vacaturo non extenditur ad beneficium post datam rescripti creatum, ex hac constit. quia mandata de providendo sunt odiosa, & non extenduntur de casu ad casum; cap. *quamvis*, de præbend. in 6. Sic rescriptum ad lites non porrigitur ad lites futuras

Tom.V. Par.III.

& nondum natas, cap. ult. *de rescript.* cap. *dispendia*, eod. tit. in 6. *Tra-*
ctatus futuri temporis non pertinet ad officium judicis, L. i. §. 2. ff. de usur.

TIT. III. *De electione & electi potestate.*

Clem. *Cum rationi.*

RELEGIOSUS in abbatem alterius religionis, vel habitus, idest alterius ordinis, qui habitu discernitur, eligi non potest, ex hac constit. & cap. *nullus*, eod. tit. in 6. Ratio subjungitur, quia rationi non congruit homines disparis professionis in eisdem monasteriis sociari: quod desumptum est ex can. *in nona*, 16. qu. 7. Beneficia regularia non possunt conferri religiosis professis alterius monasterii, vel ordinis, quia idem non potest habere locum in diversis monasteriis, quorum unum non dependeat ab alio: & hoc, nisi ex dispensatione summi Pontificis, cap. *cum singula*, §. *prohibemus*, *de proband.* in 6. Hodie ex conc. Trid. sess. 14. *de reform.* cap. 10. statutum est, ut regularia beneficia, per obitum, aut resignationem vacantia, religiosis tantum illius ordinis, vel iis, qui habitum omnino fuscipere, & professionem emittere teneantur, non aliis, conferantur. Beneficia regularia non possunt conferri religiosis alterius ordinis, nisi rite fuerint illum ordinem profissi, d. cap. *nullus*. Quod si electio vel collatio aliter fiat, ipso jure est nulla & irrita, ex hac constit. & d. cap. *nullus*. Ex hoc tamen monachus vel religiosus non prohibetur eligi in Episcopum cuiuslibet secularis vel regularis ecclesiae, ex hac constit. & d. cap. *nullus*, cap. *cum olim*, *de privileg.* can. *de monachis*, 16. qu. 1. can. *statutum*, 18. qu. 1.

Clem. *Ne Romani.*

OLIM electio Romani Pontificis fiebat a clero & plebe, can. *ego Ludovicus*, 63. dist. Sed tandem schismatis vitandi causa electio ejus devoluta est ad collegium Cardinalium, ex constit. Nicolai II. in conc. Lateranensi, can. *in nomine Domini*, 23. dist. Hoc jure electio Gregorii VII. facta est per solos Cardinales, ut patet ex decreto electionis ipsius apud Platinam, & similiter electio Alexandri III. ex Radevico de gesl. Friderici, lib. 2. cap. 50. Et ut tolleretur deinceps materia schismatis, in concilio Lateranensi habitu sub ipso Alexander III. statutum est, ne electio Romani Pontificis valeat, nisi facta sit saltem consensu duarum partium totius collegii Cardinalium, *c'est les deux tiers*, cap. *licet*, hoc tit. Ex constit. etiam Gregorii X. alia quædam statuta sunt circa electionem Romani Pontificis, cap. *ubi periculum*, hoc tit. in 6. Sed quia irrepit opinio quorumdam, quod constit. Gregorii X. lata pro electione Romani Pontificis per cœtum Cardinalium Romanæ ecclesiae, modificari, idest modum recipere, corrigi, vel immutari, aut quid ei detrahi, vel addi, sive dispensari circa ipsam, vel aliquam ejus partem, aut ei renuntiari, vacante sede pontificia, potuit; Clemens V. ex hac constit. lata in conc. Viennensi de fratribus consilio, & concilii sententia, hanc sententiam damnavit optima ratione, quia lex superioris per inferiorem tolli non potest, can. *inferior*, 21. dist. can. *cum inferior*, *de major.* & obed. L. ult. C. *de legib.* Immo sede vacante nihil innovandum, cap. *novit*, *ne sede vac. aliqu. innov.* Et concilium non potest tollere decreta Pontificis, can. *cuncta per mundum*, 9. qu. 3. Cœtus Cardinalium non potest tollere, immutare, vel corriger constitutiones pontificias, sede vacante, nisi quatenus in jure expressum est, idest constit. prædicta Gregorii X. ex hac constit. gloss. in cap. unic. verb. *sede vacante, de schismatico*, in 6.

§. E.

§. *Eo tamen proviso.*

VACANTE sede pontificia officia curiae exirant morte Pontificis, prater camerarii, & majoris poenitentiarii officia. Officia curiae exirant morte Pontificis, quia habent potestatem delegatam, qua exirat morte mandantis, cap. *licet*, supr. *de offic. delegat.* L. & *quia*, ff. *de jurisdict.* Officia camerarii & poenitentiarii non exirant sede vacante morte Pontificis: officium camerarii scilicet, ut consulatur temporalibus ecclesiae. Olim camerarii officium fuit temporalia idest stipes pauperibus erogare, ut notat Joannes vetus glossator in can. 1. 8. qu. 1. Hodie est majus officium, quod praest ærario cameræ apostolicae, & habet auditores, etiam sede vacante, ut notat Joannes Andreas hic. Tamen sede vacante Cardinales nihil recipiunt de camera, & omnia reservantur futuro successori, cap. *ubi periculum*, §. *provisionis*, hoc tit. in 6. Pœnitentiarii officium non definit morte Pontificis, ut consulatur periculo animarum. Sede vacante cœtus Cardinalium non potest instituere novos officiales curiae. Tamen sede vacante camerarius & major pœnitentiarius, vel aliqui alii ex minoribus pœnitentiariis, quorum officium non exirat morte Pontificis, si morte vel alio casu, puta valetudine, vel furore superveniente, deficiant, cœtus Cardinalium ad tempus vacantiæ potest in locum deficientium alias subrogare, vel plures etiam in locum unius, quoad pœnitentiarios, si hoc eidem cœtui concorditer idest communi consenserit visum fuerit. Ait, concorditer, quia unius dissensus potest hoc impedire: & hoc speciale est, nec pertinet ad beneficia conferenda. Collegium Cardinalium sede vacante nihil recipit de camera Papæ, sed ea omnia servantur futuro successori, d. cap. *ubi periculum*. Non potest conferre beneficia ecclesiastica ad provisionem Pontificis spectantia, quia collatio benefiorum est in fructu, & reservatur futuro successori; Selva *de benefic.* part. 2. qu. 2. num. 10. Marcus tom. 1. qu. 93.

§. *Sane.*

SI Romanus Pontifex moriatur extra civitatem, idest extra urbem, electio successoris celebranda est in civitate, in qua defunctus erat tempore mortis cum curia, ne mora fiat electioni; & absentes Cardinales non sunt vocandi, sed expectandi tantum per decem dies, cap. *ubi periculum*, §. *hoc sacro*, hoc tit. in 6. Alias electio Episcopi facienda est vocatis omnibus, qui habent jus eligendi, de provincia, cap. *oram dilecto*, *de elect.* Quod si Episcopus moriatur extra civitatem, in qua erat cum curia, electio successoris celebranda est in civitate, in cuius districtu seu territorio Pontifex mortuus fuerit. Et hoc casu districtus seu territorii nomine diœcesis intelligenda est, quandoque territorium pro diœcesi, can. *si quis Episcorum*, 16. qu. 5.

§. *Porro.*

ELECTIO Romani Pontificis celebranda est per Cardinales inclusos in conclave, cap. *ubi periculum*, §. *in eodem*, hoc tit. in 6. Quod si Cardinales omnes simul, vel successive, idest variis temporibus exierint de conclave, ex causa valetudinis, vel infirmitatis, vel alia justa causa, compellendi sunt reinterrare quamprimum idem conclave, sub penitus constitutionis Gregorii X. Cardinales autem conclave reintantes, debent ad electionem procedere secundum statum, idest locum, in quo erant in conclave eo tempore quo e conclave exierunt, ne mutetur status conclave, & per hoc locus detur discordia.

§. Ceterum.

HOC speciale est ita electione summi Pontificis, quod Cardinales excommunicati, suspensi vel interdicti, non repelluntur ab electione, ut tollatur omnis occasio discordiae & schismatis, ex hoc §. Alias in electione Episcopi vel alterius prelati suspensi & excommunicati non possunt eligere, neque elegi; cap. cum inter R. seniorem, cap. illa quotidiana, de elect. cap. cum dilectus, de confuetud. cap. ult. de cleric. excomm. ministr.

§. Verum.

ELECTI, quorum electionis confirmatio pertinet ad sedem apostolicam, cap. cupientes, hoc tit. in 6. & alii qui ex quacumque causa ad sedem apostolicam venire, vel mittere compelluntur, ad ipsam, cum vacat, ac si non vacaret, venire, vel mittere tenentur, ne mora fiat confirmationi electionis, propter spem quod electio brevi fiet, & ecclesia diu non vacabit. Casum adversarium fortunam spectari neque civile, neque naturale est; L. inter stipulanten, §. sacram, de V.O.

Clem. Causam.

CAUSA electionis, postulationis, seu provisionis, per appellationem ad sedem apostolicam emissam, tunc ad eandem sedem devoluta censetur, cum in appellati, aut ejus procuratoris in ipsa causa specialiter constituti, praesentia interposita fuerit, aut eorum alteri intra mensem ab interpositione ipsius, vel post mensem, quamprimum commode fieri poterit, legitime intimata, porrecto scilicet libello authenticō appellationis, & ejus copia seu exemplo tradito. Etiam in judiciis ecclesiasticis appellatio interponitur per libellum; can. synodum, 17. dist. can. Lotharius, 31. qu. 2. Quod si appellatus absit, appellatio devolvitur ad sedem apostolicam, intimato libello appellationis ad domum, in qua appellatus communiter domicilium habuit, idest majore parte anni, ubi domicilium quis habet, ubi quis larem rerumque suarum summam constituit; L. 4. L. ejus qui, §. 1. & 2. ff. ad municipal. L. cives, C. de incol. lib. 10. Citatio fit ad faciem, idest ad personam, si reus adsit; vel ad domum, si reus non adsit, neque procuratorem domi reliquit; L. scire oportet, §. 1. ff. de excus. L. 5. §. etsi forte, quod vi aut clam. Quod si domus in remotis existat, libelli appellationis intimatio fieri debet in ecclesia cathedrali, in cuius civitate vel dioecesi constitut beneficium, ut hic, & clem. quarevis, de for. compet. Ait, in ecclesia, idest in valvis ecclesiae; & ita intelligendum in cap. ex tue, de cleric. non resident. Et nihilominus utroque casu in ecclesia vel beneficio, de quo agitur, appellatio publicanda est: & si quandocumque petatur, copia appellato fieri debet libelli appellationis, quia ibi domicilium habere videtur, ubi residere debet officii causa; d. cap. ex tue. Quod si propter appellati metum aut potentiam libellus appellationis appellato tuto intimari nequeat, appellatio in loco aliquo publico solemniter publicanda, ad hoc ut ad appellati, seu ejus procuratoris notitiam possit verisimiliter pervenire, ut hic, & cap. constitutis, supr. de testib. L. de pupillo, §. si quis ipsi pretori, ff. de oper. nov. nuntiat. Intimatio appellationis aliter facta non valet, nec causam devolvit ad sedem apostolicam, ex hac constit.

Clem.

Clem. *Constitutionem.*

EX constitutione Gregorii, si quis electioni, postulationi, vel provisioni se opponat, opponendo contra formam electionis, vel contra personam eligentium, vel electi, sive provisi, & ob id ab electione, postulatione, vel provisione appellaverit, appellans in instrumento publico, vel litteris appellationis, omnia nominatim exprimere debet quæ intendit objicere in formam electionis, vel personas eligentium, vel electi, praestito juramento calumniæ coram personis authenticis, idest idoneis testibus: alioqui non potest objicere aliqua, quæ non fuerint expressa in hujusmodi instrumento vel litteris, nisi aliquid postea forte emerserit de novo; cap. *ut circa*, hoc tit. in 6. cap. *is qui*, cap. *qui contra*, eod. tit. Sed ex hac constit. prædictum capitulum locum non habet, quando, quæ opponuntur contra formam electionis, vel personam eligentium, vel electi, directe respiciunt jus ecclesiæ, vel personæ opponentis: sed tantum ubi per competitorem vel oppositorem appellantem in formam electionis, aut personas eligentium, vel electi defectus, puta defectus scientiæ vel artatis; vel personæ, puta defectus natalium, irregularitas, vel crima opposuntur. Ceterum cum appellans in libello appellationis omittit debitam circumstantiarum specificationem, circa defectum in forma electionis, vel crima eligentium, vel electi, non est postmodum super his audiendus in prosecutione appellationis, etiam si hujusmodi circumstantias, vel probationem earum juratus afferat ad se de novo pervenisse. Sententia lata in causa appellationis, postulationis, vel provisionis, non retractatur obtentu probationum de novo inventarum, ut sententia non retractatur obtentu instrumentorum de novo repertorum; L. *Imperatores*, ff. *de re judic.* L. *admonendi*, de jurejur. L. *cum de hoc, de except. rei judic.* Tamen sententia vel judicium in causis Episcoporum instauratur auctoritate sedis apostolicæ; can. *Osius*, 6. qu. 4. Quod si is cuius interest, puta competitor, ab electione, postulatione, vel provisione appellaverit, opponendo defectus, vel crima contra electum, forma prædictæ constitutionis omissa, eo appellationem prosequente, alius superveniens non appellans contra appellatum in eadem causa principaliter, idest tamquam actor principalis, admitti non debet pro interesse communi, eodem articulos, seu eadem capita, idest defectus & crima prosequendi causa, licet appellanti possit assistere, ne colludat, quia collusio semper coercenda est; L. *si perlusorio*, ff. *de appellat.* cap. *audivimus*, de collusione deteg. Non tamen propterea persecutio proprii interesse ei deneganda, idest actio de eo quod ejus interest. Insuper si is, qui appellavit ab electione, postulatione, vel provisione, idest collatione beneficii, omissa appellatione, per querelam simplicem agat, ab electione, postulatione, & aliis extrajudicialibus actibus, intra decem dies appellare licet: post decendum appellare non licet; sed licet eam impugnare per legitimam contradictionem, idest per querelam; cap. *concertationi*, cap. *a collatione*, de *appellat.* in 6. Regulariter appellare non licet, nisi a judice. Ab actibus exttajudicialibus appellare non licet; L. *scire aportet*, ff. *de excus. tutor.* Hoc speciale est, quod ab electione, postulatione, & provisione licet appellare intra decem dies: post decendum appellatio non admittitur, sed tantum querela. Igitur si is qui appellavit, omissa appellatione, per querelam simplicem agat, repellitur ab objectibus in appellatione sua expressis, idest non auditur super objectis in causa appellationis, nisi constet ipsum servasse formam prædictæ constitutionis, nisi in casibus exceptis in prædicta constitutione. Qui appellavit ab electione, postulatione, vel provisione beneficii, omissa forma constitutionis præmissæ, licet repellatur ab objectis propositis vel proponendis, contra formam electionis, vel personas eligentium, vel electi, & a probatione eorumdem: tamen hoc non infirmat probationem super his factam confessione ad-

versarii, vel aliis legitimis modis, puta per instrumenta, cap. *cum dilectus, de fid. instrum.*

Clem. *In plerisque.*

NE MO cujuscumque dignitatis sit, puta Patriarcha, Primas, vel Metropolitanus, vel legatus sedis apostolicae, sine speciali mandato sedis apostolicae, potest providere de pastore ecclesie cathedrali carenti clero & populo Christiano; nullusque religiosus potest licentiarri a suo praelato, ut consentiat electioni de se factae, sine assensu superioris, & si consenserit electioni de se factae si ne assensu superioris, talis electio ipso jure nulla est, cap. *quorumdam*, cap. *si religiosus*, hoc tit. in 6. Sic & monachus non potest ordinari sine testimonio & consensu abbatis, can. 1. 58. dist. can. *monachi*, 16. qu. 1. Hoc constitutum est maxime propter religiosos, qui plerumque importunis precibus & per ambitionem captant tales episcopatus in regionibus barbaricis, ut possint dicere, *laqueus contritus*, idest ut solvantur vinculo religionis, ut notat Jo. Andreas hic. Quod si licentiatus etiam a superiori electioni consenserit, & in Episcopum consecratus fuerit, episcopali caret honore; sed in peccatum ambitionis, praelato regulari ita manet subditus, ut nullus eidem in religione sua vel extra ad gradus honoris vel administrationis cuiuslibet pateat ascensus. Simile statuitur in mendicantibus transeuntibus ad religionem non mendicantium, Clem. *ut professores*, infr. *de regulari.*

Clem. *Quod circa.*

RELIGIOSI mendicantes electioni, postulationi, vel provisioni de se factae in discordia ad aliquam praelaturam extra administrationem sui ordinis, consentire non possunt, etiam accedente licentia magistri, aut ministri, vel prioris generalis. Non-mendicantes consentire non possunt electioni factae a minori parte numero, etiam accedente consensu pralatorum suorum, cap. *quorumdam*, hoc tit. in 6. Quod dictum est in d. cap. *quorumdam*, de discordia, vel minoritate numeri, intelligendum esse declaratur de discordia & minoritate numeri, quae in facto, idest in re ipsa, non in fictione vel juris effectu consistit, ex hac constit. quia jus canonicum odit fictiones; maxime in electione regularium, quae est minus favorabilis: quia ecclesia fundata est in ordine seculari. Cum queritur an electio regularium facta sit in discordia, vel a minore numero, discordia vel minoritas numeri intelligitur, quae consistit in facto, non in fictione vel juris effectu: puta si totum capitulum constet ex decem & duobus, & decem unum elegerint, & alii duo alterum, electio regularis non dicitur facta a toto capitulo, quod illi duo sint suspensi, excommunicati, irregulares, & videantur non esse de capitulo: quia in electione regularis non spectatur fictio vel juris effectus, sed factum tantum. Jus canonicum odit subtilitatem juris civilis, cap. 1. *de dol. & contumac.*

Clem. *Statutum.*

VACANTE ecclesia cathedrali, vel collegiata, res vel fructus interim obvenientes non acquiruntur capitulo, sed reservantur futuro successori, cap. *quia s'ape*, cap. *charitatem* †, & seq. hoc tit. in 6. Eodem jure sede vacante emolummentum jurisdictionis & sigilli curiae ecclesiasticae & secularis, idest temporalis, quia forte Episcopus, vel abbas habebant jurisdictionem temporalem, cap. *referente, de delict. pueror. cap. dilectus, de offic. ordinari. cap. si duabus, de appellat.* non acquiritur capitulo, sed reservatur futuro successori, deductis sumptibus,

† in lib. meo
non inveni
cap. *charita-
tem.*

ptibus, ex hoc cap. idest deducto salario officialis, qui exercet jurisdictionem, vel qui tenet sigillum, vel sumptu electionis, qui expendendus est de bonis ecclesiarum, cap. *ut praterita, de elect.* Sede vacante capitulum succedit in jurisdictione, quoad exercitium, sed non succedit in emolumento jurisdictionis, vel sigilli, quia fructus suos non facit; L. *a tutoribus*, §. ult. ff. *de adm. tutor.* Eadem ratione capitulum non succedit in collatione beneficiorum, cap. *illa, ne sede vacante*, cap. un. eod. tit. in 6. cap. *i. de instit.* eod. quia collatio beneficiorum est in fructu, & reservatur futuro successori, nisi Romanus Pontifex iure preventionis utatur. Hoc verum est in collatione libera: nam capitulum sede vacante succedit in collatione necessaria, puta in institutione quae fit ad presentationem patroni, vel in collatione quae fit ex cœla permutationis, vel in collatione quae fit graduatis nominatis, vel simplicibus suis mensibus, cap. *cum olim, de major.* Et obed. cap. *i. de instit.* in 6. Sede vacante fructus obvenientes interim non adquiruntur capitulo, sed reservantur successori, ne dulcedine commodi fructuum mora fiat electioni, & diutius vacet ecclesia. Eadem ratione fructus minoris ecclesiarum vacantes non adquiruntur capitulo, sed reservantur successori, cap. *presenti, de offic. ordin.* in 6. Res vel fructus obvenientes sede vacante, non adquiruntur capitulo, sed reservantur futuro successori, non obstante qualibet contraria consuetudine. Cæterum si sede vacante jurisdictione & ejus emolumentum devolvatur ad singulas personas ratione dignitatis, ex consuetudine, vel privilegio, vel titulo speciali, non est locus huic constitutioni. Ratio diversitatis est, quia consuetudo nihil operatur quoad capitulum, quia periculum est in capitulo, ne diutius trahatur vacatio ecclesiarum propter commodum fructuum: sed consuetudo valet quoad singulas personas, quia abest periculum moræ electionis, quod unus non possit morari electionem.

Clem. *Cum concessa.*

REPLICIOSUS non potest consentire electioni de se factæ, sine licentia superioris, cap. *si religiosus*, hoc tit. in 6. Et concessio licentia superioris facta religioso, si forte electionem de ipso fieri contigerit, est nulla & irrita, quia viam parat vitio ambitionis, ex hac constit. Licentia superioris accedere debet electioni jam factæ, non interponi electioni facienda, ne detur via ambitioni: & hoc est de mente dicti cap. *si religiosus*, ubi licentia superioris requiri memoratur electione facta.

TIT. IV. *De renuntiatione.*

Clem. *Cum illusio.*

RENUNTIATIO beneficii debet fieri in manibus collatoris, alioquin non vallet, cap. *admonet*, cap. *quod in dubiis*, cap. *ni si cum pridem*, cap. *ult. de renuntiat. can. denique*, 6. qu. 3. can. *Gonfaldus*, 17. qu. 2. can. *abbas*, 18. qu. 2. Et renuntiatione beneficii debet fieri vel per se vel per procuratorem specialiter constitutum: alioquin est nulla & irrita, ut hic & cap. *cum olim*, §. *quia vero, de offic. delegat.* Mandatum seu procuratorum generale, vel procuratorum in albo non sufficit. Renuntiatione beneficii est genus alienationis, quæ indiget speciali mandato; L. *mandato*, L. *procurator totorum*, ff. *de procur.* Renuntiatione seu cessio beneficii debet fieri per se, vel per procuratorem sponte & libere constitutum: alioqui renuntiatione vi vel metu extorta nulla est, cap. *super hoc, de renunt. cap. ad audientiam, de his quæ vi metusve caus. fiant.* Licet per ordinarium admissa fuerit, clem. *multorum, de pæn.* Renuntiatione seu cessio beneficii

potest revocari re integra: puta si facta sit coram ordinario, potest revocari, donec admissa sit ab ordinario, ex hac constitut. beneficium vacat statim post admissam seu acceptatam renuntiationem, & non licet penitentie; cap. *ex transmissa, de renuntiat.* can. *quam periculosum,* 7. qu. 1. Resignatio vero beneficii, quæ sit coram summo Pontifice, potest revocari etiam post supplicationem praesentatam Papæ, id est signatam per verbum fiat, vel *concessum ut petitur*, & registratam, usque ad consensum praestitum, & extensem: quia admissio resignationis, seu signatura gratiae, habet tacitam conditionem, si resignans in eadem voluntate perseveraverit; & ob id consensus praestitus per procuratorem retrotrahitur ad diem datæ supplicationis, & provisio sub tali die expeditur. Renuntiatione, inquam, seu cessio beneficii, potest revocari re integra, & revocatio vallet, dummodo re integra intimata seu notificata sit collatori, in cuius manibus cessio facta est, vel procuratori constituto ad cedendum, ex hac constit. Et ita revocatio procuratoris ad lites, nisi intimata sit adversario, & ipsi procuratori; L. *si procuratorem,* ff. *de procur.* L. *si mandasse,* ff. *mandat.* cap. *mandato, de procur.* Cessio beneficii facta coram ordinario, non potest revocari post admissam renuntiationem, ne illusio fiat collatori, quia illusio maxime vitanda est in personis ecclesiasticis. Hac ratione postulantes non possunt recedere a postulatione semel praesentata summo Pontifici; cap. *bona memoria,* 2. *de postulat. prælat.* Illusio semper vitanda est; can. *quod interrogasti,* 27. dist. Renuntiant etiam non licet penitentie post admissam renuntiationem, quia variatio vitiosa est in personis ecclesiasticis, ex hac constitut. ut in patrono ecclesiastico; cap. *cum autem, de jur. patronat.* In electione variare non licet publicato scrutinio; cap. *publicato, de elect.* cap. *nulli,* eod. tit. in 6. can. *dilectissimi,* 8. qu. 2. In laicis etiam inconstantia reprobatur; L. *in cause,* ff. *de procurator.*

TIT. V. *De supplenda neglig. prælator.*

Clem. *Quia regulares.*

Ubi collatio prioratum ecclesiarum, administrationum vel quorumlibet beneficiorum ecclesiasticorum pertinet ad prælatos regulares, si prælati regulares hujusmodi beneficia non conferant intra tempus Lateranensis concilii, id est intra semestre tempus a die vacationis, collatio devolvitur ad Episcopum dicæsanum, ut ea conferat: in non exemptis tanquam ordinarius; in exemptis tanquam delegatus sedis apostolice, ex hac constit. & cap. *cum singula, de præbend.* in 6. Alia sunt quæ dicæsanus facit tanquam ordinarius, alia tanquam sedis apostolicae delegatus a canone; cap. *irrefragabilis,* §. *ceterum, de offic. ordinari.* cap. *ad abolendam,* in fin. *de heretic.* cap. *super eo, de cognat. spiritual.* clem. *quia contingit, de religios. domib.* Et hac constitut. inducitur jus novum. Ante eam, cessante ordinario regulari in conferendis beneficiis, collatio devolvitur tantum ad Episcopum in non exemptis; in exemptis ad sedem apostolicam; cap. *sicut,* hoc tit. dicto cap. *cum singula.* A collatore regulari collatio devolvitur ad Episcopum cum sua causa & onere. Episcopus jure devoluto conferendo beneficia, quæ consueverant regi per clericos sacerdtales, tenetur ea conferre clericis sacerdtales; alia vero quæ regularibus conferri solent, tenetur ea conferre regularibus ejusdem monasterii, ex hac constit. quia beneficia sacerdtales sunt conferenda sacerdtales, regularia regularibus; cap. *cum de beneficio,* cap. *cum singula,* §. *prohibemus, de præbend.* in 6. Episcopus in non exemptis sua, in exemptis apostolica auctoritate cavere debet, ne prælati regulares hujusmodi beneficia, quorum collatio ad eos pertinet, applicent mensis suis, pensionesve novas imponant, aut veteres augeant, vel ne ipsis de novo imposi-

ta;

ta, vel auctæ solvantur. Novus census ecclesiis imponi, vel antiquus augeri non potest; cap. *prohibemus*, cap. *significavit*, de *censib.* cap. *tua nos*, de *jure-jur.* Sed si locus sit uniendi hujusmodi beneficia, vel mensæ abbatis, vel alii loco, unio fieri debet per ordinarium; clem. ne in agro, §. ad hæc, infr. de stat. monach.

§. *Premissa.*

QUOD dictum est, a prælato regulari collationem devolvi ad Episcopum diocesanum, intelligendum est de prioratibus, ecclesiis, administrationibus, & beneficiis, quæ non sunt de mensa ipsius prælati, sed specialiter conferri consueverunt suo rectori, priori, vel administratori. Et Episcopus jure devoluto conferendo hujusmodi prioratus, non confert in perpetuum, sed confert ea ad tempus. Beneficia regularia non conferantur in perpetuum, sed ad tempus: ea sunt amovibilia ad nutum abbatis, & priores possunt libere ad claustrum revocari, cum oportuerit, ex hac constit. & cap. *cum ad monasterium*, de *stat. monach.* Unde dicuntur obedientiæ, dicto cap. *cum ad monasterium*, & manuata beneficia; cap. *cum olim*, de *V. S.* Nec conferantur a Pontifice in perpetuum: tamen ex consuetudine in Gallia non admuntur sine causa.

§. *In quibus.*

LICET prioratus & beneficia regularia non conferantur in perpetuum, sed ad tempus; tamen in his locum habet quod statutum est de rebus ecclesiis vacantium per ordinarium non occupandis; cap. *præsenti*, de *offic. ordin.* in 6. Et hujusmodi beneficia regularia, etiæ non conferantur in titulum, nec habeant curam animarum, inducunt incompatibilitatem, nec duo beneficia regularia unius monacho conferri possunt, cum non possit habere locum in diversis monasteriis; cap. *cum singula*, §. *prohibemus*, de *præbend.* in 6.

TIT. VI. *De ætar. qualit. & ordin. præfic.*Clem. *Cum ecclesiæ.*

IN promovendis ad dignitates & alia beneficia ecclesiastica requiritur ætas, scientia, & morum gravitas, puta in Episcopis ætas xxx. annorum; in aliis dignitatibus & beneficiis curatis ætas xxv. annorum; cap. *cum in cunctis*, de *elect.* cap. *licet canon*, eod. tit. in 6. Et hæc sunt statuta canonica, quæ Episcopi tenentur per se servare, & a subditis servari facere super promovendis ad qualibet beneficia ecclesiastica, ex hac constitut.

Clem. *Ut ii qui.*

CANONICI in cathedralibus vel collegiatis, sacerdibus vel regularibus ecclesiis, non constituti in sacris ordinibus, saltem in subdiaconatu, non habent vocem in capitulo, etiam de consensu fratrum, ex initio hujus constit. & conc. Trid. sess. 22. de reform. cap. 4. Quod optima ratione statutum est, ut canonicci commoneantur ad suscipiendos ordines, ac ne in ecclesia videantur homines disparis ordinis, ut in monasteriis ne videantur homines disparis professionis. Clerici sacerdles non debent habere locum vel vocem in claustro vel capitulo; cap. *ea que*, de *stat. monach.* In una eademque ecclesia indecorum est videri homines disparis professionis: Non arabis in bove & astno, can. in nova, 16. qu.

7. Tamen canonici non existentes in sacris, non carent stallo in choro, & per hoc præbendam & domum optare possunt, si ecclesiæ statutum vel consuetudo non obstat, ut notat Jo. Andreas hic. Qui vero in ecclesiis cathedralibus, vel collegiatis obtinent dignitates, personatus, officia, vel præbendas, quibus annexus est certus ordo, puta sacerdotalis, diaconalis, vel subdiaconalis. Aliæ sunt præbendæ sacerdotales, aliæ non sacerdotales ; cap. *cui de non sacerdotali*, cap. *ei cui, de præbend.* in 6. Non promotis intra annum ad ordinem vox admittitur in capitulo, & dimidia pars distributionum subtrahitur, non obstante qualibet consuetudine vel statuto, ex hac constit. & conc. Trident. loco modo laudato, licet altera pars dimidiæ ad sustentationem eorum non sufficiat, quia sibi imputare debent, cum susceptione ordinis hanc poenam evitare possint ; cap. *quæ sepe, de elect.* in 6. Et dimidia substracta ad crescere ceteris interessentibus ; cap. *unic. de cleric. non resid.* in 6. Obtinentes beneficia curam animarum habentia, si intra annum promoti non fuerint ad presbyteratum, justo impedimento cessante, ipso jure privantur beneficio ; cap. *licet canon*, cap. *commissa, de elect.* in 6.

Clem. Generalem.

OLIM ordines non conferebantur, nisi maturiori ætate & longis interstitiis. Subdiaconus non fiebat ante xviii. annum, diaconus ante xxii. presbyter. ^{† sub dist. 27.} ter ante xxx. can. *de his*, ^{non adest can.} † 27. dist. can. *placuit*, 77. dist. can. i. 2. 4. 78. dist. *de his*. Sed quia hi canones desierant esse in usu, & ex generali observantia ecclesiæ, subdiaconatus solebat conferri anno ætatis xviii. diaconatus xx. presbyteratus xxv. Clemens V. voluit, quod de consuetudine erat, transfire in jus, & subdiaconatum libere, idest sine dispensatione, conferri anno ætatis xviii. diaconatum xx. presbyteratum xxv. ex hac constit. Et satis est quod annus sit incepitus vel uno die. In ordinibus annus incepitus pro completo habetur ; cap. *cum in cunctis, §. inferiora, de elect.* Sicut in honoribus ; L. *ad rem publicam*, ff. *de muner. & honor. gloss. in L. si cui legetur, ff. de legat.* i. L. *non putabam, de condit. & dem.* Hodie ex conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 12. Subdiaconatus non confertur ante xxii. annum, diaconatus ante xxii. presbyteratus ante xxv. annum, ut ante.

TIT. VII. De officio vicarii.

Clem. unic. Quæ de ecclesiis.

QUOD scriptum est in cap. *de multa, de præbend.* beneficia curam animarum habentia amitti a deptione alterius similis, locum habet in vicariis perpetuis, ex hac constit. quia vicaria perpetua est beneficium ecclesiasticum ; cap. *postulasti, de rescript.* cap. *ad hæc*, hoc tit. cap. *G. perpetuus, de fide instr.* cap. *unic. de capell. monach.* in 6. Et habet curam animarum. Actualis cura animarum transfertur in vicarium perpetuum, & habitu tantum residet penes rectorem, seu priorem ; cap. *extirpandi, §. qui vero, de præbend.* clem. i. *infr. de jure patron.* Navarr. consil. 21. *de cleric. non resid.* Quost dictum est in cap. *licet canon, de elect.* in 6. de rectoribus parochialium ecclesiarum promovendis ad sacerdotium intra annum, æque locum habet in vicariis perpetuis, quia his incumbit cura animarum : item quod scriptum est in cap. *cum in cunctis, §. inferiora, de elect.* de ætate xxv. annorum in promovendis ad beneficia curam animarum habentia, æque locum habet in vicariis perpetuis, ex hac constit. quia habent curam animarum quoad exercitium.

TIT.

TIT. VIII. *De offic. delegati.*Clem. unic. *Judices.*

JUDEX datus ab ordinario non potest subdelegare, nisi datus sit a Principe; *L. a judge, C. de judic. L. unic. C. qui pro sua jurisd. quia judex datus a Principe habet quasi ordinariam jurisdictionem.* Judex datus a sede apostolica in causa civili super receptione testium, idest inquisitione seu examinatione testium, vel executor datus super providendo alicui de beneficio, si per inquisitionem soleat eos vitæ laudabilis, & honestæ conversationis repererit, potest aliis demandare vices suas. Ratio dubitandi erat, quod judex datus super inquisitione testium, vel provisione seu collatione beneficii, non potest alium subdelegare, quia ejus industria & fides electa est, cap. ult. hoc tit. Inquisitio & examinatione testium requirit diligentem inspectionem, an testes sint idonei: provisio beneficii æque, an persona sit idonea, quia mandatum de providendo habet tacitam inspectionem, an persona sit idonea; cap. *cum dilecta, de rescript.* Sed facile ista conciliantur. Judex datus a sede apostolica super inquisitione, vel provisione, potest vices suas alii demandare, si eum idoneum repererit, quia nominatim ei non est injunctum, ut personaliter rem exequatur: sed si ei injunctum est, ut personaliter negotium exequatur, ut in casu dicti cap. ult. tunc delegatus non potest alium subdelegare, quia ejus industria & fides electa est. In criminalibus delegatus a Principe non potest delegare totius causæ cognitionem: certos tamen causæ articulos delegare non prohibitur; *L. solent, s. de offic. procons.*

TIT. IX. *De offic. ordinarii.*Clem. *Ut clericorum.*

EPISCOPI correctioni clericorum diligenter intendere debent, ne spe impunitatis praetextu privilegii, quia scilicet habent suos judices, enormia committant, & metu poenæ a suis arceantur insolentiis, idest audacia peccandi, & alii exemplo deterriti, in officio contineantur: *Insolenzia est tumor & elatio animi.* Cornel. Nepos in Agesilao: *Tantum absuit ab insolentia gloria.* Ambros. i. ad Cor. 14. *In mulierum enim insolentia etiam mariti notantur.*

Clem. ult. *Etsi ab apostolica.*

COLLATIO beneficii facta a sede apostolica tacito quolibet vel modico beneficio, est nulla, nisi sit nominatim facta de motu proprio; cap. *si motu proprio, de præbend. in 6.* Æque collatio beneficii facta a legato apostolico, non valet nisi facta mentione prioris beneficii, ut hic, & cap. ult. *de offic. legat.* in 6. Tamen collatio beneficii facta a quolibet alio collatore, vel jure proprio, vel jure devoluto, valet, non facta mentione prioris beneficii, ex hoc cap. Ratio diversitatis est, quod collatio legati est extraordinaria, & ideo restringenda. Collatio ordinarii est favoribilis, proinde amplianda, quia jure communis collatio omnium beneficiorum pertinet ad Episcopum diocesanum; can. *omnes basilice, 16. qu. 7.*

TIT. X. *De procuratoribus.*Clem. *Instrumento.*

LICET nemo invitū detur procurātor; L. filius, §. invitū, ff. de procur. L. invitū, C. eod. tamen qui sciens recepit instrumentum vel litteras, idest procuratorium, quo procurator constitutus est, & ei cautum debito modo, idest de rato habendo, vel judicato solvendo, nulla facta protestatione quod non recepit mandatum animo acceptandi, sed tantum deliberandi, cogitur defendere absētem in omnibus causis, ad quas pertinet prædictum instrumentum, seu litterae, quia qui sciens recipit mandatum, videtur acceptare, ut hic, & cap. licet, hoc tit. in 6. Traditione instrumenti debiti facta a domino, presumitur mandatum exigendi debiti; L. ult. C. de pact. convent.

Clem. *Non potest.*

PROCURATOR non potest excedere terminos mandati; L. 5. ff. mandat. L. si procurator, C. hoc tit. Procurator constitutus ad agendum & defendendum & jurandum de calunnia, & generaliter ad alia omnia quæ speciale mandatum requirunt, non potest opponere crimina vel defectus in personam electi, vel ejus cui provisio est facta vel facienda, nisi aliud, idest speciale super hoc mandatum habeat, cum tali generali mandato non veniant graviora vel majora expressis in procuratorio, ex hac constit. Procurator datus ad agendum & defendendum, & generaliter ad omnia, et si speciale mandatum requirant, ex vi generalis mandati non potest admitti ad ea quæ speciale mandatum requirunt; cap. qui ad agendum, hoc tit. in 6.

Clem. *Religiosus.*

RELEGIOSUS non potest constitui procurator per alium religiosum sui vel alterius monasterii, sine prælati sui licentia, ex hac constit. & can. monachi 2. 16. qu. 1. cap. 1. supra, de postuland. quia monachus habet vocem funestam, can. placuit, 2. qu. 7. Religiosus, inquam, non potest constitui procurator, nisi pro suo consorte in eadem lite, ut hic: puta cum monachus denuntiat, vel accusat abbatem; cap. ex parte, cap. olim de accusat. Ita religiosus non potest alium procuratorem constitueri, vel substituere, etiam si per constituentem hoc ei fuerit specialiter commissum, idest concessum, scilicet sine prælati sui licentia.

Clem. *Procuratorem.*

PROCURATOR constitutus revocatur morte constituentis re integra, secus re non integra; L. si defunctus, ff. hoc tit. Procurator constitutus a prælato vel rectore ecclesiae revocatur morte constituentis, ex hac constit. Ratio dubitandi erat, quod ecclesia non moritur; can. liberti, 12. qu. 2. cap. si gratio, de rescript. in 6. Unde procurator datus nomine ecclesiae videtur non revocari morte prælati. Sed tamen procurator constitutus a prælato, vel rectore ecclesiae revocatur morte constituentis, quia vacante ecclesia procurator datus a defuncto non potest agere, fide vacante nihil est innovandum; cap. 1. & ult. ne sed. vac. Ideo procurator constitutus revocatur morte prælati, vel rectoris, etiam quoad negotia cœpta, vel in quibus lis jam contestata est ante mortem constituentis.

TIT.

TIT. XI. *De integr. restitutione.*Clem. unic. *Ab ecclesia.*

ECCLÉSIA jure minoris utitur, & si læsa sit, in integrum restituitur; cap. r. de *in integr. restit.* exemplo reipublicæ; L. 3. C. de *jur. reip. lib. II.* Ecclesia restituitur, si probet se læsam in lapsu temporis: puta quia probationes non produxit intra tempus statutum, vel pretium non obtulit emptori intra tempus retractus gentilitii, idest intra annum & diem; cap. *constitutus*, hoc tit. vel intra decendum non appellavit; cap. ult. eod. tit. in integrum restitui potest aduersus lapsum temporis, & tempus restitutionis finitur intra quadriennium continuum a die læsionis. Et hoc distat ecclesia a minore, quod minori quadriennium currit a die impleti xxv. anni; L. ult. C. de *temp. in integr. restit.* ecclesiæ vero tempus restitutionis currit statim a die læsionis, quia ecclesia semper est minor, & tempus restitutionis ei currit a die læsionis, quasi definit esse minor ab eo die. Ubi ecclesia restituitur aduersus lapsum temporis, in quo læsa est, non restituitur, nisi ad tantum tempus, quantum se læsam probavit, quia exemplo minoris ecclesia non restituitur, nisi quatenus læsa est; L. *quod si minor*, §. 2. ff. *de minor.*

I N L I B R U M II.

TIT. I. *De judiciis.*Clem. *Dudum.*

JURE communi citatio debet fieri ad personam, vel ad domum; L. *scire oportet*, ff. *de excus. tutor. clem. causam, de elect. constit.* Bonifacii VIII. que est in extravag. *rem non novam, de dol.* Et contumac. inter communes citatio facta auctoritate apostolica de personis quibuscumque, idest cujuscumque dignitatis, aut præminentia, ac etiam undecumque ad instar edicti in albo prætoris præpositi, etiam extra dies solemnies, in quibus Romani Pontifices processiones generales facere consueverunt: die Jovis hebdomadæ sanctæ, die ascensionis dominica, & die dedicationis basilicæ BB. Petri & Pauli. Processus est processio solemnis seu pompa & traductio magistratum in initis honorum; L. *nam et imperator*, ff. *de don. int. vir. et uxori*. L. 2. C. de *consulib. nov. Justin. 105.* vocat *προσόδες*, Theoph. in §. item *si quis*, inst. *de rer. divis. προσόδεις.* Extra dies solemnies, inquam, in quibus processiones generales indi- cuntur, ipso Papa mandante specialiter & ex certa scientia, in audience publica apostolicarum litterarum, vel in papali palatio, postmodum majoris ecclesiæ valvis loci in quo Rom. Pontifex cum curia residebit, affigenda, sic valet & arctat citatos post lapsum terminum competentem, quem citationi ipsi apponi convenit, acsi ad eos personaliter pervenisset. Quia vero statutum ex justa causa edictum propter malitiam temporis nonnullis durius videbatur, ex hac constit. idem statutum de modo citandi restringitur tantum ad illos, qui faciunt, vel impediunt quoquo modo, per se, vel per alios, ne citatio ad eos perveniat, vel quorum domicilium vel locus non potest tuto vel libere adiri, ex hac constitut.

cui congruit cap. *quoniam*, §. *porro*, ut *lit.* non *contestat*. Neque obstat, quod grave est dicere, quod dicatur quis contumax, si non adsit iudicio ex tali citatione, quæ facile potest non pervenire ad notitiam ejus, sicut dicitur de citatione quæ fit voce præconis, quia vox præconis paucis innotescit; auth. *qui semel*, **C.** *quomodo* & *quando* *judex*.

Clem. Dispendiosam.

IN causis electionum & matrimonii hoc speciale est, quod ob contumaciam rei lite non contestata testes audiuntur, & sententia fertur; cap. *quoniam*, §. *porro*, ut *lit.* non *contestat*. Jure novo in causis electionum, postulationum & provisionum quorumcumque beneficiorum, in causis matrimonii & super decimis & usuris, potest procedi simpliciter, & de plano sine strepitu & figura iudicii, ex hac constit. maxime in causis electionum, ne diutius ecclesia vacet; in causis matrimonii, ne detur occasio fornicationi; d. cap. *quoniam*, §. *porro*. Et in decimis & usuris, propter periculum excommunicationis. In causis summa viis citatio requiritur, sed libellus citationis, vel litis contestatio non requiritur; clem. *sæpe coningit*, infr. de *V.S.*

TIT. II. De foro competenti.

Clem. Quamvis.

SICUT judex non potest jus dicere extra territorium; L. ult. ff. *de jurisdict.* L. *duumvirum*, C. *de decur.* cap. *novit*, *de offic. legati*; Episcopus pariter non potest jus dicere, vel episcopalia defungi extra dioecesim suam; can. *placuit*, & seq. 7. qu. 1. cap. *cum nullus*, *de temp. ordin.* in 6. Et quod dicitur init. hujus constit. ex sacris canonibus generaliter interdictum, ne quis Episcopus jurisdictionem exerceat in aliena dioecesi: tamen Episcopi vi pulsii suis sedibus, in aliena dioecesi in qua commorantur, in civitate scilicet vel loco insigni suis ecclesiis viciniori, potest jurisdictionem suam exercere in suos expulsores, vel eorum consiliarios & fautores, dummodo ipsi in personam, vel ad domum citati fuerint, si hoc tuto fieri possit, vel publice in ecclesia cathedrali loci vel domicilii eorumdem, quæ est forma citationis; clem. *causam*, supr. *de elect.* Quod si ita citari non possint, licet eis eosdem citare diebus dominicis, vel festivis, in conventu populi, in ecclesiis civitatum vel locorum insignium. Eisdem etiam Episcopis licet jurisdictionem exercere contra subditos in aliena dioecesi, ita ut subditi non trahantur ultra duas dietas a fine dioecesis suæ, quod est de jure; cap. *nonnulli*, *de rescript.* petita scilicet licentia ab ordinario, etiam non obtenta; ad hoc, ne ordinarius spretus videatur: & per hujusmodi actus jurisdictionis factos in aliena dioecesi ab Episcopis pulsii suis sedibus, ex transcurso temporis nullum præjudicium infertur dioecesanis Episcopis, quia cum hoc fiat auctoritate canonis, nihil potest imputari dioecesanis Episcopis: ergo nec contra ipsos præscribi, ut notat Joannes Andreas. Neque obstat quod jurisdictione adquiritur ex consuetudine præscripta; L. ult. C. *de emancip. lib.* quia hujusmodi actus jurisdictionis sunt jure familiaritatis, nec pariunt possessionem, & non inducunt præscriptionem; L. *qui jure familiaritatis*, ff. *de adgu. possess.* Hæc clementina edita est, quia in concilio Viennensi erant multi Episcopi Italici suis sedibus pulsii, quos inter fuere Archiep. Mediolanensis, & Episcopus Vicentinus, ut refert Joannes Andreas hic.

TIT.

TIT. III. *De caus. possess. & proprietatis.*Clem. *Causa.*

JURE civili petitorum non potest cumulari simul cum possessorio: prius agenda & terminanda est causa possessionis, quam proprietatis; L. *ordinarii*, C. *de rei vindic.* L. *incerti*, C. *de interdict.* L. *momentariae*, C. *unde vi.* Hoc iure possessorum potest cumulari cum petitorio apud eundem judicem; cap. *pastoralis*, *de caus. possess. & propriet.* In causa beneficiali per appellationem ad sedem apostolicam devoluta, tam appellanti, quam appellato licet nedum petitorum, sed & possessorum intentare, ex hac constit. idest, si prius in prima instantia actum sit petitorio, in causa appellationis licet agere petitorio & possessorio, & in odium spoliantis suspenso petitorio potest procedi in possessorio, ex hac ipsa constit. quia in causis beneficialibus simpliciter & de plano proceditur, fine strepitu & figura judicii; clem. *dispendiosam*, supr. *de judic.* Et hoc speciale est in causa appellationis in beneficialibus: alias si appelletur ab interlocutoria vel quopiam gravamine ante sententiam, judex cognoscit tantum de causa, seu articulo, super quo appellatum est; clem. *appellant*, infr. *de appellat.*

TIT. IV. *De dolo & contumacia.*Clem. *Si ante.*

SI quis ab interlocutoria, vel a gravamine appelleat ante definitivam sententiam, & judex appellationi non deferens, eo citato, vel non citato, ulterius procedens, quia non tenetur deferre frustratoriae appellationi; cap. *eum qui*, hoc tit. in 6. contra ipsum etiam absentem sententiam definitivam promulget; poterit idem appellans a secunda sententia intra debitum tempus, idest intra decendum appellare, nisi prior appellatio esset manifeste frivola: sed melius est sententiam latam post appellationem cassari per viam attentati; cap. *bonae memoriae*, *de appellat.* cap. *non solum*, eodem tit. in 6. cap. *veritatis*, hoc tit. L. un. ff. *si quis jus dicent. non obtemperav.*

TIT. V. *Ut lite pendente nihil innovetur.*Clem. *Si duobus.*

EX consuetudine antiqua a jure approbata, beneficia vacantia in curia referuntur collationi summi Pontificis; cap. 2. *de prebend.* in 6. Si duobus in curia super beneficio litigantibus contingat utrumque mori in curia, collatio hujusmodi beneficii pertinet ad Rom. Pontificem; si extra curiam, ad ordinarium. Quod si unum in curia, alterum extra curiam mori contingat, si moriens in curia beneficium possidebat, collatio pertinet ad Rom. Pontificem; si vero alter extra curiam defunctus beneficium possidebat, collatio pertinet ad ordinarium: neutro autem beneficium possidente, Rom. Pontifex præfertur in collatione beneficii, propter auctoritatis prærogativam, ut in casu cap. *si a sede, de prebend.* in 6. Si vero alter tantum, sive possessor, sive petitor decedat in curia, vel extra curiam, si superstes vel alius cuius intersit causam persequatur, cum interim beneficium, litigiosum scilicet, conferri non possit pendente lite,

ex eventu penderet ad quem collatio pertineat. Nam si pronuntietur beneficium pertinuisse ad defunctum, pertinebit ad Pontificem, si ille in curia vita functus sit; vel ad ordinarium, si extra curiam. Quod si illud ad neutrum pertinuisse constiterit, collatio pertinebit ad ordinarium, salvo tamen jure Rom. Pontificis, ad quem de plenitudine potestatis pertinet plena & libera collatio omnium dignitatum & beneficiorum ecclesiasticorum, ex hac constit. & dicto cap. 2. *de præbend.* in 6. Per præventionem scilicet, quia Rom. Pontifex concurrevit cum omnibus ordinariis, & jure præventionis habet collationem omnium beneficiorum; cap. *si a sede, de præbend.* in 6. cap. *quia diversitatem, de concess. præbend.* Pontifex confert beneficia duobus modis: vel jure præventionis, ex quo declaratus est ordinarius ordinariorum; cap. *antiqua, de privileg.* cap. *si Papa, eod. tit.* in 6. vel confert beneficia jure devoluto, ex quo cessante ordinario in conferendo ultra sex menses, collatio devoluta est ad eum; cap. *nulla, de concess. præbend.* cap. *sicut, de supplend. neglig. prelat.*

Clem. *Cum lite.*

LITE pendente nihil est innovandum, ex hac constit. & cap. i. & per totum hunc tit. Inde pendente lite privilegium de re litigiosa tacita veritate impetratum non valet; cap. *causam, 2. de testib.* cap. *dudum, de privileg.* nov. Justin. 113. cap. 1. Lis pendere dicitur lite contestata coram competenti judice, cap. *ex parte, 2. de V. S.* vel libello Principi oblato, quia libelli oblationem litis contestatae; L. 1. C. *quand. libelli Princip.* vel etiam per nudam citationem coram competenti judice, quæ ad partem pervenit, vel per eam factum est, quominus ad ejus notitiam perveniret, ex hac constit. Et attentata nedum post litem contestatam, immo post solam citationem idoneam revocantur per viam attentati; cap. *cum M. in fin. de constitut.* cap. *ad dissolvendum, de de spons.* *impub.* cap. *olim, de accusat.* cap. *non solum, de appellat.* in 6. Dummodo citatio facta sit per libellum, in quo expressa sint omnia, per quæ reus convenitus possit instrui, super quibus iudicio convenitur, idest lis pendere dicitur per citationem factam *expressis causis agendi.* Præventio jurisdictionis sit per solam citationem: iudicium constituitur per litem contestatam; cap. *gratum, de offic.* deleg. cap. *propositi, de for. compet.* Inde litis contestatio est initium litis; L. *amplius, ff. rem rat. haber.*

TIT. VI. *De sequestratione posseff. & fructuum:*

Clem. *Ad compescendas.*

SI una sententia definitiva super beneficio lata fuerit apud sedem apostolicam, per auditores curiæ, scilicet judices datos a sede apostolica, a quibus appellatur in possessorio & petitorio, & possessor victus appellaverit; interim pendente appellatione beneficium ipsum, etiamsi sit dignitas vel personatus habens curam animarum, a possesso, dum tamen non sit triennalis ante pacificus possessor, idest ante litem, per ordinarium apud idoneam personam sequestro deponitur, quæ interim beneficii curam gerens, & deductis oneribus fructuum rationem reddet illi, qui in causa appellationis vicerit. Ratio dubitandi erat, quod si possessor victus appellaverit sententia lata in possessorio vel petitorio, videbatur non esse locum sequestro, quia appellatio suspendit iudicatum: & ita pendente appellatione, qui appellavit, manet possessor. Si possessor victus appellaverit, fructus quidem sequestro deponuntur; L. *ab executione, C. quorum appell.* non recip. Sed hoc interpretandum est, si fructus populitentur ab adversario; L. *Imperatores,*

ratores, §. ult. de appell. & ita intelligendum est cap. ult. hoc tit. Sed hoc jure hoc specialiter introductum est in causis beneficialibus, ad compescendam malitiam litigantium, ne possessor vietus frustandi & morandi causa appellat, ut item diutius trahat, ut tueatur possessionem suam, & ne diutius ecclesia vacet: & hoc locum habet, si possessor ante item per triennium pacifice non possederit beneficium, quia triennialis pacificus possessor tutus est possessione triennii, ex hac constitut. unde desumpta est formula decreti *de pacificis possessoribus*. Si quis autem sequestrationem hujusmodi impedire, vel fructus sequestratos quoquo modo occupare præsumperit, excommunicationis sententiam incurrit ipso facto, a qua non absolvitur, nisi amoto prius impedimento de restituendis fructibus: immo si idem fuerit unus e litigantibus, cadit a jure beneficii, ex hac constitut.

TIT. VII. *De probationibus.*

Clem. *Litteris.*

LITTERÆ apostolicæ, quibus Rom. Pontifex narrat se dignitates aut beneficia quælibet collationi suæ reservasse, aut resignationem beneficij alicujus recepisse, vel aliquem excommunicasse, seu suspendisse, vel aliquem capellatum, vel familiarem suum fuisse, super narratis fidem plenariam faciunt, ex hac constit. Nec obstat quod enuntiatio non probat, nec creditur referenti, nisi constet de relato; auth. *si quis in aliquo, C. de edend.* quia assertioni Pontificis statur, propter fidem & auctoritatem Romani Pontificis, qui non præsumitur errare in his quæ narrat de facto proprio. Alias si summus Pontifex in aliquo instrumento narret aliquam ecclesiam ad jus & proprietatem Romanæ ecclesiæ pertinere, per hæc verba non probatur exemptio, nisi de exemptione aliter constet; cap. *si Papa, de privileg. in 6.* Ut si Pontifex in litteris excommunicatum salutet, vel ei communicet litteris, verbo, vel osculo, non propter hoc eum absolvit; cap. *si aliquando, de sentent. excommunic. clem. si summus, eod. tit.* Hodie hæc clem. sublata est per concord. cap. *de sublata clem. litteris*, ex quo verbis enuntiativis Papæ non statur in præjudicium tertii. Et hoc jure utimur.

TIT. VIII. *De testibus.*

Clem. *Judæi.*

SICUT Judæi & Sarraceni testes non audiuntur adversus Christianos, cap. *Judæi*, hoc tit. tamen Christiani testes audiuntur adversus Judæos & Saracenos, non obstantibus quibuscumque privilegiis Regum & Principum, quia iuri contraria, & Christianæ religioni contraria sunt & adverba; dicto cap. *Judæi*. Quod si Judæi & Sarraceni talibus privilegiis utantur, Christiani ab eorum communione per censuram ecclesiasticam abstinent compelluntur, ex hac constit. in qua Pontifex hortatur de revocandis hujusmodi privilegiis.

Clem. *Testibus.*

TESTIBUS rite receptis post didicita testificata, & publicatas attestations, non possunt alii, vel iidem super eisdem vel contrariis directo articulis iterum audiri in causa principali, idest in prima instantia, vel in causa appellacionis, ne detur occasio subornationi testium, ex hac constit. cap. *fraternitatis*, cap. *intimavit*, hoc tit. L. eos, §. *si quis autem, C. de appellat.* L. per hanc, C.

Tom.V. Par.III.

A a

de tempor. appellat. nisi ad declarationem eorum quæ obscurius deposuere; cap. cum clamor, hoc tit. L. heredes palam, ff. qui test. fac.

TIT. IX. *De jurejurando.*

Clem. *Romanii.*

ELECTIO Imperatoris pertinet ad septem electores Principes Germanicos, cap. *venerabilem, de elect.* Electio, confirmatio, necnon uncti consecratio & coronatio pertinet ad Romanum Pontificem, ita ut post consecrationem & coronationem teneatur praestare Pontifici juramentum fidelitatis ut filius, advocatus & defensor ecclesiae Romanæ, juxta formam can. *tibi domino*, 63. dist. ut exponitur in hac constitutione, quæ lata est hac occasione, quod cum Henricus VII. Luceburgensis, a se in coronatione praestitum Pontifici vel legatis ejus negaret juramentum fidelitatis, declaravit juramentum fidelitatis ab eo fuisse praestitum juxta formam can. *tibi Domino*, & libri pontificalis, & tale censeri debere: & hujusmodi juramentum inde confessis patentibus litteris ante coronationem regio magno sigillo, & post coronationem Imperiali aurea bulla munitis, in archivo Romanæ ecclesiae depositum, custodiæ causa, ex hac constit. Hanc unam esse ex decretalibus, quæ a jure absone sunt, ait Albericus in dictionario, in verb. *electio Imp.* Ab Imperatore enim absolum videtur Pontifici praestari juramentum fidelitatis, quia Pontifex non habet potestatem in Reges & Imperatores, cum tota ejus potestas versetur in spiritualibus: tamen ferenda videtur saltem quoad Imperatores, quia non indignum videtur juramentum fidelitatis ab Imperatore praestari Rom. Pontifici, per quem Imperium a Græcis translatum est ad Germanos, & ad quem pertinet confirmatio, unctio, consecratio & coronatio, & a quo electio ipsius Imperatoris tributa est certis Principibus Germanis: nec inde sequitur Imperium esse beneficium, vel feudum ecclesiae Romanæ, quia Imperator praestat juramentum ut filius, advocatus & defensor ecclesiae Romanæ, non ut cliens seu vassallus. Juramentum fidelitatis non habet vim homagii. Homagium praestatur pro temporalibus, juramentum fidelitatis etiam pro spiritualibus; cap. 2. de excess. prælat. cap. ex diligenti, de simon. cap. *indignum, de reg. jur.*

TIT. X. *De exceptionibus.*

Clem. *Excommunicationis.*

ALIE sunt exceptions dilatoria, aliae peremptoriae. Dilatoriae sunt, quæ item differunt, actionem non perimunt, veluti exceptio fori, cum queritur, an judex sit competens; exceptio procuratoria, cum queritur, an jure datum sit procurator. Peremptoriae sunt, quæ perimunt item seu actionem, ut exceptio dolii, rei judicatae. Dilatoriae proponendae sunt initio litis, ante item contestatam: peremptoriae opponi possunt in quacumque parte litis, ante sententiam; L. *præscriptionem*, L. pen. & ult. C. *de except.* Hoc speciale, quod exceptio excommunicationis dilatoria in quacumque parte litis opponi potest ad differendam actionem, & repellendum actorem, ex hac constit. ut cap. *pia*, hoc tit. in 6. nonobstante termino peremptorio per judicem assignato, ad proponendas exceptiones dilatoria, & declinatoria, ut juris est; cap. *pastoralis*, hoc tit. & hoc in odium excommunicationis: salva tamen constitutione Innocentii IV. quæ

quæ est in dicto cap. pia. Ex quo exceptio excommunicationis in quacumque parte litis opponi potest, ita ut probetur intra octavum diem.

TIT. XI. De sententia & re judicata.

Clem. Ut calumniis.

QUI in causa definitiva, vel alia quavis tres contra se in petitorio vel possefforio sententias tulit, non admittitur ad agendum de nullitate earum, vel alicujus ex eis per exceptionem nullitatis, vel per appellationem, donec hujusmodi sententiæ plenarie fuerint executioni mandatae. Similiter si is, contra quem tres sententiæ definitivæ latæ sunt, ab interlocutoria vel gravamine, ante prolationem illarum, vel earum unius, appellaverit, non potest impedire prædictarum sententiarum executionem, prætextu appellationis ab interlocutoria vel gravamine. Hodie a secunda interlocutoria, & a trina sententia definitiva conformi provocare non licet, sed secunda interlocutoria, vel trina definitiva conformis, non obstante appellatione, executioni mandari debet ex pragmatica sanctione tit. *contra frivil. appellat.* & ex concordat. tit. *de causis & appellat.* sub fin. Hoc differt appellatio a supplicatione, quod non licet iterum Principi supplicare super eadem causa; L. 5. C. *de precib. Imper. offerend.*

Clem. Pastoralis.

HENRICUS VII. Luceburgensis Imperator Robertum Siciliæ Regem, ob confoederationes & conspirationes initas cum quibusdam ipsius subditis, ciatum non comparentem, quasi læsæ majestatis reum, rebellem, proditorem, & hostem imperii damnavit, omnium dignitatum, etiam regni, terrarum & conditionum titulis privavit; & si quando veniret in ipsius & Imperii fortiam, capit is sententiam in eum promulgavit. Morte Henrici vacante Imperio Clemens Pontifex ipsum ex auctoritate, quam habet ad Imperium, & in qua, vacante Imperio, succedit, sententiam nullam & irritam pronuntiavit. Primum, quia vacante Imperio Pontificis fuit cognoscere de meritis sententiæ latæ ab Imperatore, quia Rom. Pontifex, vacante Imperio, est vicarius imperii, & succedit in jurisdictione imperatoria; cap. *licet*, supr. *de foro competent.* Tum quia sententia dicta est in absentem non legitime citatum, extra fines imperii domicilium habentem. Item sententia dicta est in loco suspecto, nempe Pisis, quæ civitas ei erat infensa, & Imperatore instructo magno exercitu; & sententia lata est in non subditum: quia etsi quasdam terras ab Imperatore teneret in feudum, in his domicilium non habebat, sed in Sicilia, quæ est feudum ecclesiæ Romanæ, cuius nomine erat homo ligius & vassallus ecclesiæ; cap. *ad apostolicæ*, hoc tit. in 6. Et licet delictum diceretur commissum in urbe per quosdam subditos ipsius Imperatoris dolo & instigatione Regis: punitio tamen ejus in Rege, veluti extra districtum imperii commissi, non pertinebat ad Imperatorem, quia in criminalibus forum quis fortitur ratione loci, ubi delictum commissum est; auth. *qua in provincia*, C. *ubi de criminib.* cap. *postulasti, defor. compet.* At Roma est temporalis dominii ecclesiæ; can. *ego Ludovicus*, 63. dist. can. *igitur*, 23. qu. ult. cap. *fundamenta, de elect.* in 6. Hanc speciem illustrat Jo. Villani lib. 9. cap. 49. Henricus Stero, in chronic. ad ann. 1313. Pandulf. + Covenrejus hist. Neapol. lib. 5.

+ Infra, sub clem. un. de Judeis, scribi- tur Pandulf. Convenat sed tu lege Pan- dulph. Colle- nuc. qui hac de re agit lib. 5. post ann. 1309.

TIT.XII. *De appellationibus.*Clem. *Si a judicibus.*

APPELLATIO debet fieri coram judge, a quo appellatum est apud acta; L. *a sententia*, L. ult. ff. *de appellat.* L. i. §. *biduum, quand. appell. sit, can. biduum, z. qu. 6. cap. suggestum*, hoc tit. cap. *ut circa, de elect.* in 6. Si a duobus vel pluribus judicibus appellatum sit, quia forte eorum copia facile haberi non posset, coram ipsis, vel majori parte appellare licet, puta si sint tres, coram duobus, & apostolos separatim petere licet. Apostoli sunt libelli dimissori, qui petendi sunt a judge, a quo appellatum est, per quos causam trasmittit ad judicem, ad quem appellatum est; L. i. ff. *de libell. dimissor.* L. *dimissorie, de V. S. L. eos, §. ult. C. de appellat.* Et valebat hujusmodi appellatio, ac si fuisset ab omnibus coram his appellatum: quia quod factum est coram majori parte judicum, coram omnibus factum videtur; L. *quod major, ff. ad municipal.* Est tamen appellato ignorantis appellationis, necnon delationis, judicum & termini præfixonis intimatio legitime facienda. Judge a quo appellatum est, debet deferre appellationi, & præfigere terminum appellanti ad prosequendam appellationem; cap. *personas, cap. reprehensibilis, cap. ad aures*, hoc tit. cap. *cum olim, de privileg.* Ideo appellato intimanda est, præter libellum appellationis, delatio appellationis facta per judge, a quo appellatum est, & præfixio termini data a judge, ad quem appellatum est, ad prosequendam appellationem; cap. *cum sit Romana*, hoc tit. auth. ei, qui appellat, C. *de tempor. appellat.*

Clem. *Quamvis.*

QUAMVIS de rigore juris, is qui appellat, a judge a quo appellatum est debeat petere apostolos, idest libellos dimissorios congruo loco & tempore, idest intra triginta dies a tempore dictæ sententiae; cap. *ab eo*, hoc tit. in 6. L. *judicibus, C. hoc tit. can. post appellationem, z. qu. 6.* tamen ex communi & antiqua obseruantia fori, sufficit simul uno contextu nullo alieno actu interposito, apostolos instanter & sèpius postulet. Verum si judge, a quo appellatum est, certum terminum ad recipiendos apostolos appellanti assignet, & appellans in assignando sibi termino non compareat coram eo, nec petat apostolos sibi tradi, appellationi renuntiasse videtur. Similiter si judge, a quo appellatum est, appellanti responderit, se daturum apostolos intra terminum juris, & appellans intra terminum congruo loco & tempore instanter & sèpius, saltem uno contextu, apostolos non petat ab eodem judge sibi dari, vel oblatos recipere recusaverit, appellationi renuntiasse intelligitur, ex init. hujus constit. A judge, a quo appellatum est, petendi sunt apostoli post interpositam appellationem, & reddendi ei, ad quem appellatum est, post certum terminum; L. i. §. ult. *de libell. dimissor.* Ex constitutione Justiniani apostolos post interpositam appellationem, etiam non petente appellatore, sine aliqua dilatione judge dare oportet; L. *eos, §. ult. C. hoc tit.* Hodie ex constitutione Francisci I. anni 1539. art. 117. apostoli non sunt petendi: sed interposita appellatione per litteras regias, ad superiorem judge recurrentum est.

§. *Quod si judge.*

QUOD si judge a quo appellatum est, appellanti petenti in termino præfixo apostolos non dederit, vel responderit se daturum eosdem, nullo termino præfi-

præfixo , vel dixerit se intra juris terminum eos daturum , & postea congruo loco & tempore , saepius & instanter uno contextu requisitus , eos non exhibuerit intra terminum , appellans ex tunc appellationem prosequi potest , ac si expresse apostoli fuissent denegati , ex hoc §. & cap. *ut super* , cap. *ab eo* , hoc tit. in 6. quia requisitio habet vim apostolorum ; cap. 1. de *Suppl. neglig.* prælat. nisi appellans nominatim appellationi renuntiaverit ; dicto cap. *ut super*.

Clem. *Sicut.*

APPELLANTI datur annus , vel ex justa causa biennium , ad prosequendam appellationem ; cap. *cum sit Romana* , cap. *ex ratione* , hoc tit. L.2. vers. illud , auth. *ei qui* , C. *de temp. appell.* Sicut appellans in appellatione judiciali , id est a gravamine in judicio , sic & in appellatione extrajudiciali , puta ab electione , postulatione vel provisione beneficii ; clem. *causam* , supr. *de elect.* Eleitus intra annum a die interposita appellationis , eam prosequi , & ad finem perducere debet : quod si cessante impedimento non fecerit , appellatio deserta censetur , & rata est sententia , ex hac constit. cap. *reprehensibilis* , cap. *constitutus* , hoc tit. cap. *licet* , de *Sententia excommunic.* in 6.

Clem. *Quamdiu.*

QUAMDIU prosecutio appellationis per compromissum , vel alias expresso consensu partium differtur , tempus prosequenda appellationis ab hominie , vel a jure præfixum , non currit , ex hac constit. cap. *dilecti* , de *V.S.* & auth. *si tamen* , C. *de temp. appellat.* nisi iudex , ut consulat periculo animarum imminentia ex mora , præcipiat in causa appellationis procedi , puta in causa electionis , ne diutius vacet ecclesia ; vel in causa matrimonii , ne occasio detur fornicationi ; Guid. Pap. qu. 115. Tempus prosequenda appellationis non currit durante compromiso , quia durante compromesso appellationis prosecutio suspenditur ex compromiso. Non valenti agere non currir præscriptio ; cap. *quia diversitatem* , de *concess. præbend.* L. *in rebus* , C. *de jur. dot.* & conventio apud arbitrum compromissarium interrupit præscriptionem , perinde ac litis contestatio apud judicem ordinarium ; L. pen. §. ult. C. *de recept. arbitr.* quia compromissa reducta sunt ad similitudinem judiciorum , L.1. ff.eod.

Clem. *Appellanti.*

APPELLANS debet exprimere in libello appellationis causas appellationis ; cap. *constitutis* , 2. hoc tit. cap. *cordi* , hoc tit. in 6. Appellans ab interlocutoria vel gravamine aliquo , non potest alias causas appellationis prosequi , quam in libello appellationis nominatim expressas : nec processus primi judicis ex novis , aut de novo probandis , justificari potest , vel impugnari ; sed tantum ex illis , quæ acta fuerunt , vel exhibita . id est producta erant , ex hac constit. In judiciis spectatur tempus rei judicatae . Tractatus futuri temporis non pertinet ad judicem ; L. 1. ff. de *usur.* Secus definitiva sententia justificari , vel impugnari potest ex novis vel noviter probandis ; cap. *cum Joannes* , de *fid. instrum.* Et hoc est quod dicitur , omessa in prima instantia posse suppleri in causa appellationis ; L. eos , §. *si quid autem* , C. *de appellat.* L. *per hanc* , C. *de tempor.* O' *repar. appellat.*

Clem. *Si appellationem.*

SI appellans intra tempus non prosequatur causam appellationis, sententia manet rata, ac si non esset appellatum; & appellatio deserta censetur; clem. *si cut.* hoc tit. Quod si appellans appellationem per negligentiam desertam cum appellato, aut appellatus ipse prosequatur, non ideo minus in rem judicatam transfit sententia, a qua appellatum est, ex hac constitut. quia sententia lata post desertam appellationem, quasi a non suo judge lata non valet, & judex a quo appellatum est, potest mandare sententiam executioni; cap. *non solum*, hoc tit. in 6.

Clem. *Cum a repulsione.*

APPELLANS secundo a repulsione exceptionis peremptoriae, & succumbens in prima ex secunda appellatione, in causa appellationis postmodum a definitiva emissae non est audiendus, nisi tunc exceptio peremptoria rite proposita prius repulsa fuerit, quia inepte proponebatur, ex hac constit. quia exceptio inepte proposita non excludit aptam & congruentem exceptionem, ut de actione scriptum est; cap. *examinata, de judic.* Appellans secundo ab interlocutoria, per quam repulsa est exceptio peremptoria, veluti exceptio pauci vel præscriptionis, non est audiendus in causa appellationis emissæ a definitiva, per quam exceptio peremptoria repulsa est, cap. ult. hoc tit. quia secunda interlocutoria habet vim definitivæ, & non licet tertio appellare in una eademque causa; L. unic. C. *ne liceat in una eademque causa tertio provocare.*

IN LIBRUM III.

TIT. I. *De vita & honest. clericor.*

Clem. *Dioecesanis.*

CLERICI carnificum seu macellariorum, aut tabernariorum, idest caputnum officium publice & personaliter, idest per se exercentes, si tertio moniti non desisterint, si sint conjugati, omnino, idest in rebus & personis; non conjugati, in rebus: & si omnino incedant ut laici, in personis privilegium clericale, quamdiu his institerint, eo ipso, idest ipso facto amittunt, ex hac constit. & cap. pen. & ult. hoc tit. Clerici negotiationibus, vel commerciis secularibus, vel officiis publice insistentes, vel arma portantes, juxta canones coercentur, ex hac constit. quæ est decretalis, cap. 2. & pen. hoc tit. Carnifices sunt laniones, qui carnes publice vendunt in stallis, cap. *significante, de appellat.* Clerici amittunt privilegium ordinis post trinam monitionem; cap. ult. hoc tit. cap. *sacro, de sentent. excommunic. cap. constitutionem*, eod. tit. in 6.

Clem. *Quoniam.*

CLERICI virgata vel partita veste utentes publice, nisi ex causa rationabili, si sint beneficiati, per sex menses suspenduntur a perceptione fructuum beneficiorum quæ obtinent: non beneficiati in sacris ordinibus infra sacerdotium consti-

constituti, per idem tempus redduntur inhabiles ad obtinendum beneficium ecclesiasticum. Idem censendum est de aliis tales vestes, & simul tonsuram clericalem publice deferentibus. Clerici dignitatem seu personatum, aut beneficium curam habens animarum obtainentes, necnon ceteri in sacerdotio constituti, ac religiosi, idest clerici regulares, si publice hujusmodi vestem ferant, aut infulam seu pileum lineum publice portent in capite; si sint beneficiati, eo ipso suspenduntur per annum a perceptione fructuum beneficiorum. Sacerdotes & religiosi quilibet per idem tempus redduntur inhabiles ad quocumque beneficium ecclesiasticum obtainendum; sed & clerici utentes epitogio seu tabardo foderato, *tabard fourré*, usque ad oram, & ita breve, quod uestis inferior notabiliter videatur. Sæculares clerici & religiosi administrationes habentes, tenentur epitogium intra mensem dare pauperibus. Ceteri vero religiosi administrationem non habentes, intra idem tempus tenentur illud suis superioribus adsignare, idest tradere, in pios usus convertendum: alioquin beneficiati, suspensionis; non beneficiati, inhabilitatis pœnis tenentur. Eustathius Sebastensis Episcopus depositus, quod ueste non congrua sacerdotio uteretur; Socrat. lib. 2. cap. 33. Sozomen. lib. 3. cap. 13. Clerici prohibentur uti ueste virgata, idest plicata, quia hoc genus uestis erat proprium militum; Virgil. 8. Æneid.

Sepec. epist.
14. Litteræ in
fularum loco
sunt.

Virgatis lucent sagulis & lactea colla.

Sangallenf. de gest. Carol. M. Cum inter Gallos Franci militantes, virgatis eos sagulis lucere consiperent. Thomas Cantipratens. lib. 2. cap. 46. Induti tantum plicata linea funica torneamenta frequentius faciebant. Vulgo un saye à tuyau d'orgue. Clerici prohibentur etiam uti ueste partita, idest diversi coloris vel diversæ partis; can. vidua, 20. qu. 1. Notatur uestis varia, & distincta; Valer. Maxim. lib. 2. cap. 7. His presectum ignominiae generibus affici jussit, cum togæ laciniis abscissis amictum, distinctaque tunica induitum, nudis pedibus a mane nō. Item usque ad principia per omne tempus militia adessæ. Curt. lib. 3. cap. 3. Cultus Regis inter omnia luxuria notabatur, purpurea tunica medium album intextum erat. Clerici prohibentur etiam ferre infulam seu pileum lineum in capite. Infula seu pileus lineus erat fascia alba linea, ut notat Joannes Andreas. Usus hujusmodi infulæ clericis interdictitur, quia hoc erat insigne tyronum militiæ; Thomas Cantipratens. lib. 7. cap. 2. Nec aliud defuit nisi fertum in capite, quod non novi tyrocinii militem sequeretur. Iidem prohibentur uti epitogio, seu tabardo foderato usque ad oram. Tabardum, quod est Anglicum, erat sagum militare, olim proprium militum, hodie scutellum seu heraldorum; Thom. Cantiprat. dicto lib. 1. cap. 7. Spreverat in sacerdotibus rotundam communis habitus cappam, & tabardum, quem Gallici canem dicunt, idest ulieger, induerat. Joan. Frossard. vol. 1. cap. 13. Et luy fit vestir un tabbar comme il souloit porter. Clerici etiam maxime beneficiati prohibentur uti publice caligis scacatis, rubris, aut viridibus, ex hac constit. ut & moniales prohibentur uti scacatis & virgatis caputoliis, ne videantur uti habitu sæcularium; clem. attendentes, inf. de stat. monach. Caliga est genus calcei militaris clavis fixi; Justin. lib. 38. cap. 10. Argenti certe aurique tantum, ut etiam gregarii milites caligas auro figerent. Tranquill. in Caligul. cap. 52. Tacit. 2. annal. Caligæ scacatae sunt calcei confecti ex pellibus tessellatis in modum scacarii.

TIT. II. *De præbendis.*Clem. *Si dignitatem.*

SI Pontifex mandet provideri cuiquam de dignitate, personatu, vel beneficio, non facta mentione beneficii curati, non potest ei provideri de beneficio curato, quia major idoneitas requiritur in beneficiis curam animarum habentibus, quam in aliis. Quod si Pontifex mandet alicui provideri de dignitate, aut personatu ad collationem, provisionem, vel præsentationem, vel dispositionem cuiuscumque spectante in vim talis mandati, non potest ei provideri de dignitate electiva; cap. *cum in illis*, hoc tit. in 6. Quod si dignitatem habenti Pontifex mandet de alia provideri, dispensatione facta, ut simul utramque valeat retinere, de animarum quæ illi vel alteri incumbit, non habita mentione, gratia hujusmodi, velut subreptitia, nullius est momenti quamvis adjectum sit, quod animarum cura, si dignitati utrique vel alteri immineat, non negligatur; cap. *ordinarii*, §. *provideat, de offic. ordinar.* in 6. Quod si Pontifex mandet provideri alicui de dignitate ad cuiuscumque collationem, provisionem, seu quamvis dispositionem in certa ecclesia pertinente, quam intra mensem a die vel notitia vacationis scilicet duxerit acceptandam, non potest ei provideri de dignitate electiva, etiamsi interim eis ad quos pertinet, collatio, provisio vel electio prohibita sit: quia in concessione gratiæ nulla facta est mentio dignitatis electivæ, ad cujus executionem, non ampliationem pertinet quæ sequuntur de prohibitio ne electionis. Si alicui provideri mandetur de aliqua dignitate in certa ecclesia, & ibi non sit nisi unica & principalis, non debetur, ne collator nimis gravetur, & unico lumine privetur; L. *illicitas*, §. *ne tenuis, ff. de offic. praefid.* Clem. i. in fin. *de senti. excommunic.* ut recte notat Joan. Andreas hic. Eadem ratio ne beneficium monoculum non cadit in nominationes graduatorum; gloss. in pragmatic. tit. *de collat.* §. *ita quod parochialis, verb. turnum.*

Clem. *Per litteras.*

PER litteras a sede apostolica, vel ipsius legatis impetratas super provisione quorumlibet clericorum de Xenodochiis, leprosariis, eleemosynariis, seu hospitalibus, etiam si ecclesiæ seu capellas, decimas & alia jura spiritualia habeant, ut cœmeterium & jus funerandi, non potest provideri, nisi in littetis apostolicis expresse caveatur. Litteris apostolicis super provisione clericorum non includuntur Xenodochia, leprosaria, eleemosynaria, seu hospitalia, quia non veniunt nomine beneficiorum, & secularibus clericis in beneficium conferri non debent. Cum enim ex voluntate fundatorum in alium usum sint destinata, in alium converti non debent; clem. *quia contingit, de religios. dom.* Xenodochia & hospitalia sunt loca religiosa, quæ possunt habere adnexas ecclesiæ, seu capellas, decimas & alia jura spiritualia accessorie, sed principaliter sunt hospitalia, & non veniunt nomine beneficiorum ecclesiasticorum. Sunt loca religiosa, si auctoritate Episcopi sint instituta; cap. *ad hoc, de religios. dom.* Et ideo ecclæsæ seu capellæ & decimæ possunt eis accedere, ut recte notat Glossographus hoc loco.

Clem. *Si plures.*

SI plures dignitates obtinenti, ex dispensatione scilicet, alia dignitas aut beneficium habens curam animarum conferatur sine dispensatione, priores dignitates ipso facto vacant, a die adeptæ pacificæ possessionis, ex hac constit. Si aliqui

cui habentī duo beneficia incompatibilia , etiam ex dispensatione , tertium confe-
runt sine dispensatione . duo priora vacant , adepta pacifica possessione tertii ; cap.
licet *Episcopus* , hoc tit. in 6. cap. *commisso* , de elect. in 6. vel si per eum stet ,
quominus adipiscatur pacificam possessionem ; dicto cap. licet *Episcopus* , dicto
cap. *commissa* . Conditio pro impleta habetur , si per eum stet , quominus im-
pleatur , in cuius persona implenda est ; L. *titius* , ff. *de condit.* & dem. L. i. C.
de instit. & *substit.* cap. *sicut ex litteris* , *de sponsalib.* Dispensatio super plura-
litate beneficiorum non porrigitur ad aliud beneficium non expressum ; cap. *non*
poteſt . hoc tit. in 6. Beneficium pacifice possideri intelligitur , si taliter per an-
num & diem possessum sit sine lite ; gloss. in pragm. tit. *de pacif. possess.* §. 1.
vers. *non violentus* . Adeptione secundi curati , vel alias incompatibilis beneficii ,
vacat primum , adepta pacifica possessione , ex hac constit. & clem. ult. infr. hoc
tit. cum* effectu habere ; L. *nomen filiarum* §. *habere* , *de V. S.* Si obtinenti uni-
cam dignitatem alia similis conferatur , prior de jure vacat , adepta pacifica pos-
sessione , ex hac constitut.

* reali sc. per-
ceptione fru-
ctuum , habere
enim est cum

Clem. *Si Romanus.*

SI alicui unum aut duo aut plura beneficia obtinenti Pontifex de motu pro-
prio provideat de beneficio , non facta mentione prioris , vel priorum benefi-
ciorum , provisio seu gratia hujusmodi , qualiacumque , vel quotcumque fuerint
beneficia , obtenta tempore provisionis , valet ex hac constit. quoad hoc , ut ex-
cludat vitium subreptionis : quia clausula *de motu proprio* excludit subreptionem ;
cap. *si motu proprio* , hoc tit. in 6. clem. ult. supr. *de offic. ordinar.* Sed non
valet quoad dispensationem in pluralitate beneficiorum . Clausula *de motu pro-*
*pri**po* excludit subreptionem , sed non ampliat gratiam , & non tollit vitium in-
compatibilitatis plurium beneficiorum , nec operatur dispensationem circa plurali-
tatem beneficiorum , qua indiget speciali nota . Hodie clausula *de motu proprio*
non habet locum in Gallia .

Clem. *Si de beneficio.*

SI Pontifex mandet provideri alicui de aliquo beneficio ad cuiuscumque *Epi-*
scopi collationem spectante , ei provideri non potest de beneficio , cuius col-
latio ex negligentia ipsius Episcopi devoluta est ad capitulum , quia delegatus
seu executor apostolicus non habet plus juris quam ipse *Episcopus* , licet provi-
deri ei possit de beneficio , cuius collatio ex negligentia abbatis , vel alterius col-
latoris , puta archidiaconi , devoluta est ad *Episcopum* , vel ad *Pontificem* ; &
delegatus Papae potest conferre ex mandato ultra sex menses , quia cap. 2. *de*
concess. præbend. locum habet in ordinariis collatoribus , non in delegatis Ponti-
ficiis , ut notat gloss. hic .

Clem. *Si juxta.*

SI Pontifex mandet alicui provideri de dignitate , canonicatu & præbenda in
aliqua ecclesia , adeptus ex mandato canonicatum & præbendam in ea ec-
clesia , archidiaconatum in eadem ecclesia postea vacantem potest acceptare , li-
cet præbenda sit annexa dignitati : sed quia non potest obtinere duas præbendas
sub uno & eodem tecto ; cap. *litteras* , *de concess. præbend.* & non potest reti-
nere dignitatem sine præbenda , idest non potest disjungere præbendam a di-
gnitate , propter annexionem seu conjunctionem ; in promptu est remedium ju-
ris , quia dignitates annexae sunt* canonicis & præbendis ; cap. *cum accessissent* , *de*
confit. ne duas præbendas cuim dignitate habeat contra jus , adepta dignitate

* lege , ca-
nonis

* Lecturæ annexa præbendæ , prior præbenda ipso facto vacat , adepta pacifica possessione *
 Adepta paci. præbendæ , vel beneficii curati , prius incompatibile ipso iure vacat : Clem. sc.
 ficia possessio. plures , supr. hoc tit.
 ne

TIT. III. *De conces. præbend.*Clem. unic. *Cum ei.*

SI Pontifex mandet alicui provideri de beneficio certi valoris vel minoris si voluerit , & hoc , si executori visus sit idoneus , tale mandatum est conditionale , & non ligat ordinarium , quin possit conferre beneficium alteri , ante impletam conditionem , antequam impetrans suam voluntatem declareret super acceptatione beneficii , ex hac constit. cui conjungendum est cap. *cui de non sacerdotali , de præbend.* in 6. Quod si Pontifex mandet alicui provideri de beneficio , quod intra mensem a notitia vacationis duxerit acceptandum , tale mandatum non est conditionale : dies certus non facit conditionem ; L. *ex his verbis , C. quand. dies legat. vel fideic. ced.* Et collatio facta impetranti valet , antequam specialiter acceptet beneficium , & sufficit quod collatio fiat petenti , & recipien- ti collatum : & talis collatio valet . Acceptare beneficium videtur , cum petit per executorem sibi conferri , vel præsentem collatum recipit . Beneficium non potest acceptari , nisi per se , vel procuratorem speciale mandatum habentem ; cap. *accedens , de præbend.* Ubi beneficium mandatur conferri intra mensem a notitia vacationis , ut diutinæ vacationi occurritur , impetrans notitiam vacationis habere intelligitur , ex quo ipsa vacatio beneficii in loco vel ecclesia beneficii publice nota erit , ut hic & cap. *quia diversitatem , de concess. præbend.* Hoc casu impetrans sibi imputare debet , qui , quod per se vel per alium scire potuit , ignoravit ; impetranti imputatur quod ignoravit , quod notum erat in ecclesia vel loco beneficii , & cuius interfuit scire , quia quilibet sibi vigilare debet ; L. *quod autem , §. sciendum , ff. quæ in fraud. cred.*

TIT. IV. *De reb. eccles. non alienand.*Clem. *Monastrorum.*

RELIGIOSUS qui præst monasterio , prioratu , ecclesiæ vel cuvis administrationi , jura redditus & possessiones ejusdem ecclesiæ alicui ad vitam vel ad certum tempus , idest ad longum tempus , puta decennium , concedere non potest , pecunia etiam inde recepta , nisi necessitas aut utilitas monasterii , prioratus , ecclesiæ , aut administrationis hoc exposcat , conventus sui , aut si convenitum non habeat , prælati proprii accidente assensu . Si quis secus fecerit , eo ipso ab officio suspenditur , nec ex concessione ipsius recipienti jus aliquod acquiritur , quia alienatio rerum ecclesiæ nulla est , nisi fiat causa cognita inquisitione facta *ex causa necessitatis & utilitatis , & requisito capituli vel prælati assensu ; cap. dudum , hoc tit. in 6. can. sine exceptione , 12. qu. 2.* Prohibita alienatione , vel concessione ad vitam vel ad longum tempus , prohibita non censetur locatio vel venditio fructuum reddituumve ad modicum tempus , ex hac constit. puta ad triennium . Locatio fructuum beneficiorum non valet ultra triennium ; extravag. *ambitiosa , infr. hoc tit.* Locatio & venditio fructuum eodem jure censetur . Venditio fructuum pro locatione habetur . Locatio & venditio fructuum promiscue accipiuntur ; L. *veteres , & seq. ff. de act. empt.* Hinc emptores fructuum pro conductoribus accipiuntur ; L. *liberto , ff. de am. legat.* Plus est in reditu quam

quam in fructu , ut hic , & cap. generali , de elect. in 6. & ibi gloss. Prohibitus alienare , vendere vel locare ad vitam vel ad longum tempus , non prohibetur locare ad modicum tempus , puta ad triennium ; L. pen. §. instituto , ff. de legat. 2. Fructuum appellatione continentur fructus naturales & industriales , qui ex cultura agrorum percipiuntur : redditum nomine etiam fructus civiles , puta pensiones ædium .

Clem. Si una .

Episcopus potest unire unam ecclesiam suæ diœcesis alteri , vel loco reli-gioso , puta monasterio , vel prioratui , vel singulari dignitati , vel præbendæ , de consensu capituli , ex hac constit. & cap. sicut unire , de excess. pralat. quia unio est alienatio beneficij ecclesiastici , quæ non potest fieri per Episcopum absque consensu capituli ; cap. dudum , hoc tit. in 6. can. sine exceptione , 12. qu. 2. Episcopus potest unire unam ecclesiam alteri vel dignitati seu præbendæ , ut hic , & cap. extirpandæ , §. qui vero , cap. exposuisti , de præbend. Episcopus potest unire unam ecclesiam alteri , de consensu capituli , non vocato rectore ; vel si vacat , non vocato vel dato defensore . Et si unio fiat non vocato rectore , vel dato defensore , non potest ob hoc impugnari , ex hac constit. In unione ecclæsiæ non requiritur consensus rectoris , quia ejus parum interest , quatenus quoad vixerit unio manet in suspenso , & caret effectu ; cap. consultationibus , de donat. At in dismembratione seu sectione ecclæsiæ matricis requiritur consensus rectoris ; cap. ad audientiam , de eccles. ædific. conc. Trid. sess. 21. de reform. cap. 4. quia dismembratio beneficij statim in vita rectoris suum sortitur effectum , nec movet quod unio beneficij , quamvis suspendatur quoad vixerit , ei nocet , quia tollit facultatem resignandi & permutandi : quia damnum hoc contingit rectori minus principaliter , & per consequencias , & uti tale minus spectatur ; L. 1. ff. de auctor. tutor. In unione vero desideratur consensus patroni ; cap. suggestum , de jure patron. Et hoc interest inter rectorem & patronum , quod rector habet tantum jus personale , quod cum persona , idest mutatione persona extinguitur ; clem. ult. de procur. Patronus vero habet jus perpetuum beneficio inhærens , quod ad hæredes transmittitur ; cap. quoniam , de jur. patronat. clem. plures , cod. tit. Secus Episcopus non potest unire partem decimarum alicujus ecclæsiæ , etiam de consensu capituli , dignitati aut præbendæ tenuiori , nisi dato defensore vacanti ecclæsiæ ; d. cap. dudum . Facilius permittitur unio ecclæsiæ in totum , quam sectio seu dismembratio beneficij , seu concessio partis decimarum , quia vix admittitur concessio partis decimarum , per quam inducitur sectio beneficij , quæ hoc jure vetita est ; cap. majoribus , de præbend. cap. unic. ut eccles. benefic. sine diminut. confer. Episcopus potest unire unam ecclesiam alteri ; dicto cap. sicut unire . Inferior , puta abbas , licet ecclæsiæ pleno jure ad eum spectent , non potest illas unire , vel unam alteri subjcere , cum hoc sit proprium Episcopi ; cap. cum dilectus , de consuetud. clem. ne in agro , §. ad hac , infr. de stat. monach. Episcopus potest unire ecclæsias sua diœcesis unam alteri ; sed non potest unire ecclæsiam mensæ suæ , vel ipsi capitulo , etiam de consensu capituli , ex hac constit. non obstante contraria quavis consuetudine , quia non potest esse auctor in rem suam , exemplo tutoris ; L. 1. ff. de auctor. tutor. Episcopus potest concedere ecclæsiam loco religioso de consensu capituli , ex hac constit. & cap. pastoralis , de donat. dummodo beneficium unitum non sit extra diœcesim , in qua est monasterium , & beneficium unitum non sit curatum ; conc. Trid. sess. 14. de reformat. cap. 9. & sess. 24. de reformat. cap. 13.

TIT. V. *De rer. permutat.*Clem. unic. *Ne concessione.*

EPISCOPUS potest conferre permutantibus beneficia resignata ex causa permutationis, dummodo permutatio fiat propter utilitatem ecclesiae; cap. *quæsum*, hoc tit. Episcopus autem beneficia vacantia ex causa permutationis, non potest conferre aliis quam permutantibus, ut vitetur illusio, ex hac constit. & cap. *unic.* hoc tit. in 6. cap. *cum venerabilis*, *de except.* Inferior Episcopo non potest admittere permutationem beneficiorum: cum enim ex conc. Turonensi verita sit; cap. *majoribus*, *de præbend.* dicto cap. *quæsum*, contra id non dispensat minor Episcopo, cui hoc licet; dicto cap. *quæsum*. Capitulum episcopali sede vacante potest conferre beneficia ex causa permutationis, quia succedit in jurisdictione episcopali; cap. *bis quæ*, cap. *cum olim*, *de major.* Et obed. cap. *unic.* eod. tit. in 6. Capitulum etiam sede vacante potest conferre beneficia patronata, quia horum collatio est necessaria, ut notat gloss. hic.

TIT. VI. *De testament.*Clem. unic. *Religiosis.*

EX constitutionibus Imperatorum executio testamentorum pertinet ad Episcopum; L. *nulli*, C. *de Episc.* Et cleric. nov. Leon. 68. cap. *† non quidem*, ** nos quidem*, hoc tit. cap. 2. eod. in 6. conc. Trid. sess. 22. *de reform.* cap. 8. si alii scilicet executores dati non sint, vel qui dati sint, sint in mora exequenda voluntatis defuncti. Religiosi non possunt esse executores testamentorum, nisi petita prius superioris licentia & obtenta, ex hac constit. & tenentur reddere rationem ordinariis locorum, & ipsi ordinarii tenentur ab eis rationem administrationis exigere, ex hac ipsa constit. Fratres minores non possunt esse executores testamentorum, quia in tali officio plerumque versatur contrectatio pecuniae, quæ eis interdicta est; clem. *exivi*, §. *primo de V. S.* Ceteri mendicantes non prohibentur esse executores testamentarii de sui superioris licentia; Bart. in L. *alio bærede*, ff. *de aliment. legat.*

TIT. VII. *De sepulturis.*Clem. *Eos qui.*

ETIAM exempti vel privilegiati scienter condentes defunctorum corpora in coemeteriis, interdicti tempore, in casibus non concessis a jure, vel excommunicatos publice, aut nominatim interdictos, vel usurarios manifestos, ipso facto sunt excommunicati, & non absolvuntur, nisi prius arbitrio dicceslani Episcopi satisfaciant parti de illata injuria, ex hac constit. cui conjungendum est cap. *cum Episcopum plantare*, §. *excommunicatos de privileg.* cap. *† Episcopum*, eod. tit. in 6. Etiam exempti non servantes interdictum, excommunicati sunt ipso facti clem. i. infr. *de sent. excommunicat.*

Clem.

Clem. Dudum.

MONACHIS non licet verbum Dei prædicare sine licentia Episcopi ; can. *adjicimus*, 16. qu. 1. Cassian. de instit. cœnobitar. lib. 10. cap. 8. Gregor. moral. lib. 18. cap. 24. conc. Trid. sess. 5. de reform. cap. 4. & sess. 24. de reform. cap. 4. Ratio est, quia monachus non docentis, sed lugentis habet officium ; can. *monachus*, 16. qu. 1. Chrysost. in 1. ad Timoth. homil. 14. Bernard. in cantic. sermon. 64. Speciali ex privilegio fratres prædicatores & minores, in ecclesiis &^{*} in plateis communibus libere valent plebi prædicare verbum Dei, excepta hora, in qua loci prælati voluerint prædicare per se, vel per alium, nisi hoc fiat ex speciali licentia prælati, ex hac constitut. In studiis autem generalibus, idest, in locis ubi sunt studia generalia, idest universitates, ubi sermones ad eorum ex more fieri solent, ad funera etiam mortuorum, & in festis specialibus, seu peculiaribus eorumdem fratrum, iisdem fratribus licet libere prædicare, nisi forte hora, qua solet in prædictis locis Dei verbum proponi, Episcopus vel prælatus superior, idest Metropolitanus, ex causa urgente clerum ducet congregandum, ex hac constit.

* locis pra-
priis, &

§. In ecclesiis.

FRATRES prædicatores & minores non possunt prædicare verbum Dei in ecclesiis parœcialibus, nisi a parocho seu plebano invitati seu vocati fuerint, vel de ipsius beneplacito & assensu, seu petita licentia & obtenta, vel de mandato Episcopi vel prælati superioris. Ad hoc, ut fratribus mendicantibus liceat prædicare in ecclesiis parœcialibus, requiritur assensus parochi, qui est prælatus & ordinarius in sua ecclesia; cap. *cum ab ecclesiis*, de offic. ordinar. vel vicarii perpetui, ad quem spectat cura animarum; cap. ult. de offic. vicar. cap. *super eo*, de prabend. in 6.

§. Statuimus.

FRATRES prædicatores & minores non possunt confessiones audire, & poenitentiam ministrare, nisi a suo superiore probati fuerint, & Episcopo presentati, quo recusante licet eis auctoritate apostolica confessiones audire, ex hoc & conc. Trident. sess. 23. de reform. cap. 10. Requisitio habet vim tituli & concessionis ; cap. 1. de suppl. neglig. prælat.

§. Hujusmodi.

MORTUORUM sepultura pertinet ad parochium de jure parochiali, deficiente familiari sepulcro, vel electione sepulturæ; cap. *ex parte*, hoc tit. cap. *is qui*, cod. tit. in 6. Ex privilegio apostolico fratres prædicatores & minores habent liberam sepulturam in ecclesiis & locis suis, idest quoscumque possunt admittere ad sepulturam, qui apud eos sepulturam elegerint, ita ut de omnibus funeralibus, idest de omnibus, quæ funeris causa offeruntur, puta cereis, pane & vino, & nummis, vel de aliis relictis distincte vel indistincte, ad quoscumque certos, vel indeterminatos usus, de quibus quarta non confuevit dari, vel non debet de jure, necnon de datis, vel donatis in morte, seu mortis articulo, vel infirmitate, de qua decesserint, semper quarta funeraria seu canonica portio detur ecclesiæ parœciali, ejusve rectori, ex hac constit. quod est de jure; cap. *certificari*, hoc tit. cap. *requisisti*, de testam. conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 13. Canonica portio funerum, quæ debetur ecclesiæ parœciali, est varia, puta media,

tertia, quarta, pro consuetudine regionum; dicto cap. certificari. Licet regulares ex privilegio habeant jus sepeliendi eos, qui elegerint sepulturam apud ipsos; tamen si talis consuetudo sit, prius corpus deportandum est seu deponendum apud propriam ecclesiam, ut ibi recipiat ultimum vale a suo parocho, ut notat Joann. Andreas hic, ne discedat quasi sine formatis seu dimissoriis; can. ^{† nullam, 81.} dist. Hoc jure quidem rectores ecclesiarum intendebant, ut si quis in monasteriis fratribus mendicantium eligeret sepulturam, funus prius ad ecclesiam parochiale deferreretur: quod refertur inter gravamina, quae mendicantibus inferebantur; cap. nimis, de excess. pralat.

TIT. VIII. *De decimis.*Clem. *Religiosi.*

RELEGIOSI quidam, puta Cistercienses, hospitalarii, habent privilegium de non solvendis decimis laborum suorum, idest, de praediosis quae propriis manibus, aut sumptibus excolunt; cap. *ex parte*, cap. *licet*, supra hoc tit. Tamen religiosi quicumque non solventes decimas novalium, aut alias ecclesiis debitas, vel de animalibus familiarium, aut pastorum suorum, vel aliorum etiam animalia ipsa eorum gregibus immiscentium, vel de animalibus quae in pluribus locis emunt, emptaque tradunt venditoribus, vel aliis tenenda, seu terris quas tradunt aliis excolendas, puta colonis seu conductoribus, vel colonis partiaris, si requisiiti per eos, quorum interest, intra mensem non destiterint, aut intra duos menses de damno non satisfecerint ecclesiis praedictis, ipso facto sunt suspensi ab officiis* & beneficiis suis. Quod si administrationes vel beneficia non habeant, ipso facto sunt excommunicati. Privilegium de decimis laborum est personale, nec porrigitur ad colonos censuales, vel colonos partarios, ut notat Joannes Andreas hic. Ita privilegium leprosorum de decimis non solvendis ex nutrimentis animalium suorum, non pertinet ad animalia, qua aliis nutrienda traduntur; cap. *cum dicat, de eccl. edificand.*

Clem. *Si beneficiorum.*

JURE communi clericis de decimis & obventionibus fidelium non tenentur aliud onus praestare, quam ecclesiasticum servitium; cap. *i. de censib.* Tamen Romanus Pontifex de plenitudine potestatis, decimam beneficiorum sibi vel aliis solvendam, saepius imposuit iustis ex causis, ut belli sacri causa; cap. *ult. de vot. & vot. redempt.* Et a tempore Clementis IV. Honorii IV. & Bonifacii VIII. saepius impositae sunt hujusmodi decimæ, & saepe in Gallia concessæ Principi, ut notat Joannes Andreas hic. Et decimæ Episcopo vel Principi conceduntur ad tempus ob causam publicam, puta ob sumptus belli sacri. Si decima beneficiorum cuivis concedatur ad tempus, decima beneficiorum imponi debet secundum taxationem decimæ in illis partibus, in quibus fiat concessio, consuetam, & ad monetam currentem. Census solvendus est ad monetam, in qua constitutus est; cap. *olim, de censib.* Decima Papalis solvenda est ad monetam currentem tempore solutionis; nec a collectoribus decimæ pro solutione ipsius, ecclesiae calices, libri & ornamenta sacra pignori capi possunt, & distrahi, ex hac constitut. Vasa sacra ecclesiae non possunt distrahi, nisi pro alimonia pauperum, tempore gravioris annonæ, & pro redemptiōne captivorum; L. *sancimus*, C. *de ss. eccl.*

TIT.IX.

TIT. IX. *De regularibus.*

TIT. professores.

MENDICANTES ad non-mendicantium ordines etiam auctoritate sedis apostolicæ transfeuntes, non habent vocem, vel locum in capitulo, & prioratus, administrationes, aut quæcumque officia non possunt ibi obtinere, etiam tanquam vicarii seu ministri, vel aliorum locum tenentes, necne pro se, vel aliis animarum curam vel regimen exercere; quod optima ratione statutum est, ut mendicantes in sua vocatione perseverent. Unusquisque enim in quo vocatus est, in hoc debet manere, juxta consilium Apostoli 1. Cor. 7. can. 1. 21. qu. 1. Si quid contra tentatum fuerit, est irritum & inane. Hæc constitutio pertinet ad ordines mendicantium, qui approbati sunt, idest prædicatorum, minorum, eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum: non ad ceteros ordines mendicantes, qui explosi sunt, ita ut nullum in illis deinceps admittere liceret ad professionem, quibusque tantum concessum ad alios ordines approbatos transfire, ex hac constit. & cap. unic. de religios. domib. in 6. cap. unic. de excess. prælat. eod. non generaliter, sed singulariter, idest singulis quibusque, ex hac constit. & cap. unic. de religios. domib. in 6. cap. unic. de excess. prælat. eod. Hodie mendicantes non possunt transfire ad ordines non-mendicantium, vi cuiuscumque indulti apostolici, excepto Carthusiensium ordine; extravag. viam ambitiosæ, infr. hoc tit. inter communes.

Clem. *Eos qui.*

PROFESSIO regularis alia est expressa, alia tacita. Expressa est, quæ emititur post probationem per annum; cap. ad apostolicam, cap. statuimus, hoc tit. Tacita est, quæ inducitur per gestationem habitus novitiorum per annum, si non sit distinctus ab habitu professorum; cap. ex parte, cap. statuimus, hoc tit. cap. 1. eod. tit. in 6. Constituti in ætate discretionis, idest in puberrate, qui habitum in aliqua religione gestarunt per annum, hoc ipso pro professis habentur, nisi habitus novitiorum colore, scissura, vel forma sit distinctus ab habitu professorum, ex hac constit. Gestatio habitus novitiorum per annum non inducit tacitam professionem, si sit distinctus ab habitu professorum, ex hac const. & cap. + unic. hoc tit. in 6. Portatio habitus in aliqua religione per annum, inducit professionem, si gestatus sit in religione per sedem apostolicam approbata, quia professio non valet, nisi fiat in religione approbata; cap. unic. de vot. & vot. redempt. in 6.

+ cap. 1.

TIT. X. *De statu monachorum.*Clem. *Ne in agro.*

MONACHIS nigris interdicitur inordinatus aut elegans in vestibus ornatus aut cultus, nec non in cibo & potu, equitaturis & lectisterniis quivis notabilis excessus, ex hac constit. Monachi nigri sunt benedictini, sic dicti a nigra ueste qua utuntur, ut monachi albi sunt cistercienses, sic dicti ab alba ueste. Monachis interdicitur cultus & ornatus in equitaturis. Evectiones vocat cap. cum Apostolus, de censib. cap. cum ad quorundam, de excess. prælat. Petr. Blesens. epist. 102. Lectisternia sunt lecti strati & parati seu instructi coopertoriis, & omni paramento, ut explanat Joan. Andreas hic; de quo scripsi in Gregor. lib. 6. epist. 23.

§. Statuimus.

IT

SUPERIOR vestis ipsorum habitui, id est ~~alba~~, cucullæ, icipulari proxima; ~~negligi, lumen, non ali coloris~~ ene debet, juxta morem regionis in qua degunt, ex hac constit. Ne camisis lineis utantur, vetat cap. *cum ad monasterium de statu monach.* In veste monachorum servatur consuetudo regionis. In vestibus monachorum, nec in qualitate panni excedatur modestia, nec queratur quod pretiosius & subtilius est, sed quod vilius sit. Vestis eorum debet esse rotunda per circuitum, & non scissa, nec longior, nec brevior, id est demissa & talaris; can. non licet, 2. 23. dist. reg. Benedict. cap. 55. *De grossitudine non causentur monaci.* Vester monachorum laxiores manicas habeant, usque ad pugnum protensas, non consutitas, vel quomodolibet botonatas. Almutis de panno nigro, vel pellibus caputiorum loco, cum caputiis habitus, quem gestaverint, sint contenti. Almutium est vester nigra, qua utebantur etiam Romani Pontifices; Radovic. de gest. Frideric. lib. 2. cap. 67. *Cum pellibus nigro pallio cooperitis, & cum nigro almutio.* Almutium est tegumentum capitum, de panno vel pellibus caputi vice, quo utebantur olim monachi, sicut canonici regulares, quod nunc canonici saeculares deposuere in brachium, regulares uno gestant super humeris. Juxta tamen dispositionem abbatis scissis super humeros & honestis caputiis uti possunt. In vestibus sendatum pro foderatur non portent. Foderatura est pellicea, qua vestes substernuntur, vel frigoris arcendi causa, vel ornatus causa, si sit de pellibus pretiosis, ut clem. ult. *de vit.* & honestat. cleric. Clericis interdis- citur uti tabardo foderato usque ad oram; conc. Constantiens. sess. 36. Sendatum est sericum purpureum; Guill. Brito xi. Philippid. de auriflammula regia:

Vexillum simplex cendato simplice textum.

Vulgo *sendail.* Joan. Frossard. lib. 1. cap. 16. *Rouge comme sendail.* Aestivalibus largis, aut botis altis pro calceamentis utantur. Aestivalia erant calcei de corio, quibus aestate utebantur, vulgo stivalia. Nullus zonam, id est cingulum, cultellum, calcaria cum ornatu deferat, vel cum sella clavis ornata, vel nimis sumptuosa equitet. Sumptum in ornamentis equorum & mulorum, etiam in Episcopis damnat Bernard. epist. 42. *Dicite, Pontifices, in freno quid facit aurum? amuli, catenule, tintinnabula & clavata quedam corrigia mulorum dependent cervicibus.* In locis in quibus fuerit congregatio duodecim monachorum, aut ultra intra septa monasterii, abbas, prior, aut aliis prepositus portet floccum de panno pro floccis aut cucullis in ipso monasterio consueto; alii vero monachi debent uti floccis in monasteriis, in quibus floccos soliti sunt portare. In aliis vero minoribus monasteriis, in quibus est minor congregatio monachorum, cucullas clausas deferant. Cum vero abbates, priores, & monachi alii extra monasterium proficiscuntur, floccum, cucullam, aut cappam clausam gestabunt, & subitus cappam, si eam portaverint, cucullam deferent, aut si maluerint, scapulare. Floccus est vestis monachorum villosa, quæ longas & amplas manicas habet. Floccus est villus lanæ, villus vestis; Plaut. in *Trinummo*: *Sed enim tu quis sis, qui non sis, floccum non interduim.* Donatus in Adelph. *Aut enim stipulam aut floccum moverat.* Cornel. Cels. lib. 2. *In veste floccos legit, fimbriasve deducit.* Plini. lib. 30. cap. 9. *Sanguis flocco impositus. Floc de laine.* Inde defloccatus senex pro decalvato; Plaut. in Epidic. *Priusquam pereo? nam per urbem duo defloccati senes queritant me.* Et mutata littera floccus vocatur froccus. Cuculla est vestis monachorum longa & ampla sine manicis; conc. Aquisgran. I. can. 25. Cass. de inst. cenob. lib. 1. cap. 4. Hoc distat a cappa, quod cappa superponitur cucullæ; Cæsarius de miracul. lib. 4. cap. 91. *Mox ut eum cognoverat nigrum monachum fuisse, cappam illi mutavit in cucullam.* Cappa erat communis clericorum & monachorum; Thom. Cantipratens. lib. 1. cap. 7. de abbate quodam;

dam : Spreverat in sacerdotibus rotundam communis habitus cappam . Scapulare hoc distat a cuculla, quod est stricta vestis, ut expeditiores essent in opere vel in sacris officiis; & hoc est quod sequitur, uti eis licere scapulari, cum ad ser- viendum in divinis officiis albis vel sacris vestibus induentur, aut cum occupa- buntur in opere; reg. Bened. cap. 55. Scapulare propter opera.

§. Verum.

CUCULLA hoc distat a flocco, quod cuculla est vestis longa & ampla sine manicis: floccus est vestis, quæ longas & amplas manicas habet, ut decla- ratur hic, dubitationis tollenda causa, ex diversa acceptione, quam habent hæ- voces in diversis regionibus. Cuculla est vestis propria monachorum, unde ca- nonici regulares, qui transibant ad monachos, si redirent ad suos, deinceps cu- cullam memorialem ferebant, in memoriam defectionis, & in poenam levitatis, ex constit. Urbani II. can. mandamus, 19. qu. 3. cap. intellectimus, de etat. qua- lit. Ordin. prefic. Goffrid. Vindocinens. lib. 2. epist. 7. Dominus Ermaldus, quem decanum vestrum dicitis, si sibi secundum justitiam placuissest, teste floccello de capite suo, potius in nostra, quam in vestra sorte manere debuissest. Regula Be- nedict. cap. 55. monachis tribuit cucullam, & tunicam, cucullam hieme villa- sam, aestate puram & detritam, & scapulare propter opera.

§. Sane.

MONACHI tenentur semel ad minus singulis mensibus ad confessionem ac- cedere, & prima dominica cuiuslibet mensis communicare, nisi forte ex causa abbati priori aut pœnitentiarii monasterii intimata, eorumque judicio ab- stineant, ex hoc §. Veteres monachi singulis Dominicis diebus communicabant, Basil. epist. 289. Sozomen. lib. 3. hist. cap. 13. Pallad. hist. Lausiac. cap. 18. & 59. Cassian. de instit. cœnobitar. lib. 3. cap. 2. idem collat. 27. in fin. Regularibus confessio & communio injungitur singulis mensibus; conc. Trid. sess. 25. de re- gular. cap. 10. Fidelibus ceteris semel in anno; cap. omnis utriusque, de penit. Propter religionis enim perfectionem aliquid addendum est ad pensum sanctæ in- stitutionis; can. denique, dist. 4.

§. Regula.

REGULA semper legitur in capitulo, ex regula Benedict. cap. 66. conc. Aqui- gran. can. 69. Ut ad capitulum primitus martyrologium legatur, deinde re- gula, aut homilia qualibet legatur. Et hoc est quod scriptum est a monachis Fuldensibus in epistola ad Carolum, per quam supplicatum, ut eis liceret an- tiquum orationum & psalmodiæ modum tenere; tradit. Fuld. lib. 3. cap. 2. Ma- ne quando in unum convenimus, capitulum de regula coram fratribus legebatur. Et hoc adhuc servabatur iitis temporibus: sed ut junioribus imperitis cosulere- tur, cum regula legitur in capitulo, ab illo qui præest capitulo, vel alio ejus jussu, propter juniores vulgariter idest vulgari sermone & vernaculo exponi præscribitur, ex hac constit. Qui enim docet, debet se accommodare ingenio & captui discentium; can. oportet, 8. qu. 1. Novitiis etiam fidelis instructor seu ma- gister deputandus est, tam in divinis officiis, quam in observantia regulari, ex hac constit. Ex veteri instituto novitii disciplinæ causa traduntur seniori, qui de- cem junioribus instituendis præponitur, unde decanus dicitur; conc. Aquigran. can. 35. Cassian. de instit. cœnobitar. lib. 4. cap. 7. Juniores deputantur seniori probatissimo, quem magistrum disciplinæ & vita testem habeant; can. omnis etas,

† 12. qu. 1.

Tom.V. Par.III.

C c

§. Parro.

MONACHI omnes a venatione & aucupio semper abstinere debent, nec canes aut aves venaticos per se vel per alios tenere debent, nec a familiaribus idest servis vel oblatis seu donatis teneri facere, nisi saltus, vivaria, vel garennas proprias habcent, vel jus venandi in alienis praediis habeant, in quibus cuniculi vel aliae feræ essent: quo casu hoc eis permittitur. Venatio quandoque est in fructu; L. *venationem*, ff. de *usur.* Venatio permittitur monachis, ubi fructus praediorum consistit in venatione, ut cunicularum in Provincia, vel ferarum in Anglia: nec jus venandi competit in alienis praediis, jure servitutis scilicet vel dominii directi seu capitalis, dum tamen intra septa seu clausuras monasterii canes venaticos non teneant, nec venationi intersint, ex hac constitit. Idem prohibetur clericis secularibus; cap. 1. & 2. de *cleric. venator.*

§. Si quis autem.

SI abbas vel prior conventionalis, non habens super se abbatem, vel alias administrationes habens, sotulares altos & non corrigiatos deferat, & caputum non fissum, super humeros scilicet, per annum suspenditur a collatione beneficiorum vel administratione. Quod si administrationem non habeat, per annum arcetur ab administratione vel beneficio obtinendo, ex hoc §. Pernæ regulares sunt privatio collationis beneficiorum vel administrationum, vel inhabilitatio ad tempus ab administratione vel beneficio obtinendo, ex hoc §. clem. quoniam, de *vit. O honest. cleric. clem. 1. de decim. clem. multorum, infr. de pen.*

§. Si qui vero.

SI abbas vel prior super se abbatem non habens, idest prior conventionalis vel alias administrationem habens, vel non habens, venationi vel aucupationi clamoræ interfuerit ex proposito, juxta distinctionem præmissam personarum, suspensionis aut inhabilitatis poenas incurrit ipso facto in biennium, ex hoc §. Abbatem autem vel priore suspensis a collatione beneficiorum, collatio devolvitur ad priorem claustralem, cum consilio & assensu conventus, vel majoris partis ipsius, ex hoc §. Abbatem vel priore cessante in conferendis beneficiis ad eorum collationem spectantibus, infra tempus Lateranensis conc. collatio devolvitur ad Episcopum diœcesanum; in exemptis, tanquam delegatum sedis apostolicae; in non exemptis, velut ordinarium; clem. quia regulares, de *suppl. neglig. pralator.* Episcopo mortuo vel suspenso, ubi collatio beneficiorum spectat ad Episcopum, collatio non devolvitur ad capitulum, nisi Episcopus sit in mora petenda sublationis suspensionis; cap. quia diversitatem, de concess. præbend. Ab abbatem vel priore conventionali collatio devolvitur ad priorem claustralem, quia prior claustral is est vicarius natus abbatis, vel prioris conventionalis; cap. cum ad monasterium, vers. prior, hoc tit. clem. et si *principalis, de rescript.*

§. Quia vero.

EXCOMMUNICATIONEM ipso facto incurruunt monachi & canonici regulares, qui relictis suis monasteriis, fingentes se in eis tuto non posse morari, vel alio colore quæsito, per curias Principum vagantur, ut monasterio & prælatis suis molesti sint, idque sine prælatorum licentia. Excommunicationem quoque ipso facto incurruunt monachi intra septa monasterii arma portantes sine licentia abba-

abbatis, ex hoc §. Eadem ratione excommunicantur monachi exeuntes claustrum, ut studio legum vel physicae dent operam; cap. 3. & ult. ne cleric. vel monach.

§. Ad huc.

CONC. Lateran. vetatur, ne monachi singuli collocentur in parcialibus ecclesias; cap. 2. cap. quod Dei timorem, supr. hoc tit. Monachi etiam singuli in prioratibus, vel administrationibus suis inhabitare vetantur, sed debent habere socium ordinis testem conversationis: & si redditus non sufficiat duobus, monasterio aut ipsius monasterii officiis vel locis viciniорibus ad monasterium pertinentibus, nisi per abbatem quod deest ad sustentationem duorum, suppleatur, cum consilio & assensu abbatis per ordinarium loci uniendi sunt. Inferior Episcopo, puta abbas vel alius praefatus, non potest facere uniones, quamvis habeat ecclesiis sibi pleno jure subjectas, nisi hoc juris habeat ex titulo, puta ex pontificio privilegio, vel consuetudine prescripta; clem. si una, supr. de reb. eccl. non alien. quia cum istud sit jurisdictionis, non ordinis, prescribi potest. Et hoc casu per unionem prioratus seu administrationis, monachi revocantur ad claustrum, & vicario perpetuo imposito congrua portio assignanda est; cap. avaritiae, cap. de monachis, cap. extirpande, §. qui vero, de probend. can. vissis, can. sane quia, 16. qu. 3. Prioratus solent uniri officiis regularibus monasteriorum ad sustinendum onus eis impositum, ut sacristiae, eleemosynariae, cellarariae, camariæ, ut hic & clem. i. verbo officia, supr. de regular.

§. Ceterum.

PRIORATUS conventuales, id est qui super abbatem non habent, non sunt se conferendi aut committendi cuiquam, nisi xxv. annum attigerit, quia priores conventuales sunt vice abbatum, & in eis requiritur eadem ætas, quæ in abbatibus, id est ætas xxv. annorum, quæ est ætas legitima ad sacerdotium; cap. 1. de atat. qualit. & ord. prefic. Alii vero prioratus curam animarum habentes, et si cura ipsa per presbyteros facultares, id est vicarios perpetuos vel temporales habeat exerceri, cuiquam conferri aut committi non possunt, nisi majori xx. annis. Priores conventuales, vel non-conventuales, intra annum computandum a tempore collationis, seu commissionis & adeptæ professionis, vel intra xxv. annum ætatis, si ante annum ipsum non-conventuales prioratus acceperint, ad sacerdotium promovendi sunt: quod si cessante causa non fuerint promoti, ipso jure privantur ipsis prioratibus, ita ut ex jure rursus eis conferri non possint. Similiter beneficia curam animarum habentia non conferuntur, nisi ei qui attigerit xxv. annum, & curati nisi promoveantur in presbyteros intra annum, ipso jure privantur; cap. licet canon, cap. commissa, de elect. in 6.

§. Sane prioratus.

PRIORATUS & administrationes non possunt conferri, nec committi, nisi expressè professis, ex hac constit. & cap. nullus, de elect. in 6. nisi a summo Pontifice cum derogatione conferantur iis, qui habitum suscipere, & professionem post annum emittere teneantur; conc. Trid. sess. 14. de reform. cap. 10. Oldrad. consil. 222. Prioratus aut administrationes obtinentes tenentur in ipsis prioratibus aut administrationibus residere, non obstante quacumque consuetudine, de residendo scilicet in monasteriis, nisi studiorum causa, vel alia iusta causa, puta ob valetudinem a residentia ad tempus excusentur, ex hac constit. & cap. relatum, de cleric. non resid. Prioratus manuales, id est amoviles, in multis æquiparantur perpetuis beneficiis, ut in residentia onere.

§. Ad ampliationem.

MONACHI non sunt promovendi ad ordines sine testimonio abbatis; can. ^{* in} quis, 58. dist. can. monachi, 16. qu. 1. Monachi quilibet ad omnes ordines facros promovendi sunt, salva qualibet excusatione legitima ad monitionem abbatis. Olim monachi erant extra clerum, constit. Syrici admitti sunt ad ordines; can. monachos, 16. qu. 1. Monachi non sunt ordinandi contra prohibitionem abbatis; cap. ad aures, de tempor. ordin. Sicut^t singulis ecclesiis cathedralibus debet institui magister, qui clericos saeculares doceat; cap. 1. & 2. cap. ^t quia monachi, de magistr. ita & in singulis monasteriis, quibus facultas suppetit, idoneus magister constituendus est, qui monachos in primitivis scientiis, idest in grammatica, diligenter instituat. Etiam pueri saeculares, maxime nobiles, institui solebant in monasteriis: in his erant schola interiores & exteriores; reg. Benedict. cap. 59. conc. Aquisgranens. cap. 45. de quo plura dixi in Asceticis.

§. ult. Premissa.

CONSTIT. Innocentii IV. vetatur, ne monachi utantur camisis lineis; neve edant carnes, praeterquam in infirmitate; ut silentium servetur in oratorio, refectorio, & dormitorio; ne monachi habeant proprium; cap. cum ad monasterium, hoc tit. & capitulum habeatur quoque triennio; cap. in singulis, eod. tit. Observantiæ regulari instaurandæ maxime profuit ritus capitulorum a cisterciensibus primitus institutus; & notatur quod ordo B. Benedicti hoc maxime lapsus est, quia alii ordines, ut cistercienses & camaldulenses, habent capitulum, quo quia carent rigidi monachi, ibi minus viget disciplina, & observantia regularis, ut notat Joan. Andreas hic.

Clem. Attendentes.

VIENNENSI conc. statutum est, ut singula monasteria virginum singulis annis visitentur per ordinarium; exempta scilicet, auctoritate apostolica; non exempta, auctoritate ordinaria: necnon exempta, etiam per eos quibus subsunt, singulis annis visitentur, quod restituit conc. Trident. sess. 25. de regular. cap. 9.

§. Visitatores.

VISITATORES monasterium virginum debent observare, ne moniales utantur pannis sericis, variorum foderaturis, idest foderaturis e pellibus murium Ponticorum, quas varias vocant; Arnulf. Lexov. epist. 26. Sericis^{*} adornatas variis. Vulgo menu vair. Sandaliciis cornutis, & comatis crinibus. Sic enim restituenda est lectio, quæ inscritia librariorum interversa est: Sandaliciis comatis cornutis crinibus. Sandalicia cornuta sunt calcei aculeati, quod erat genus calceamenti saecularium; Orderic. Vital. lib. 8. Inde sutores in calceamentis, quæ caudas scorpionum, quas vulgo^{*} pigacias appellant, faciunt. Idem lib. 11. Et in summitate pedem suorum caudas scorpionum gerunt. Neve utantur scacatis & virgatis capitiolis, simile prohibetur in clem. quoniam, supr. de vit. honest. cleric. ubi dixi. Ne choreas & festa, idest ludos saecularium prosequantur. Non die noctive per vices & plateas incedant, aut voluptuosam alias vitam ducant. Moniales ne egreditantur monasterio sine iusta & necessaria causa, & absque superioris licentia; cap. periculofo, de statu regular. in 6. conc. Cabillonens. II. can. 57. Turonens. III. can. 30. VI. in Trullo can. 46. Trident. sess. 25. de regular. cap. 5. Abbatissa vel priorissa, quæ feudi nomine tenetur præstare jumentum

* lege, adoratus

* lege, bigacias

mentum fidelitatis cuiquam domino sacerdotali, si non potest per procuratorem, exeat cum honesto comitatu, & statim praestito juramento domum revertatur: sed si dominus sit spiritualis, pura Episcopus, vel abbas, juret per procuratorem; dicto cap. *periculoso*. Ordinarii sua in dioecesi carent clausuram monialium etiam exemptarum observari, auctoritate apostolica, invocato, si opus fuerit, brachio sacerdotali; & ordinarii nullam habeant jurisdictionem in exemptis, praeterquam quoad clausuram; cap. unic. in fin. de stat. regular. in 6.

§. Statuimus.

ABBATES solent benedici; cap. 1. de suppl. neglig. preslat. cap. cum contingat, de stat. & qual. & ord. præfic. cap. ne Dei, de simon. Ivo Carnotens. epist. 73. Abbatissæ, etiam si sit consuetudo, ubi solent benedici, si intra annum a tempore confirmationis benedictionem non suscipiant, jure suo excidunt, nisi rationabilis causa subfit; & de alia abbatissa, ab eis, ad quos pertinet, providendum est.

§. Illas quoque.

MULIERES, quæ vulgo dicuntur canonicae sacerdtales, non renuntiantes proprio, nec professionem emittentes, per locorum ordinarios, si non sint exemptæ, sua; si sint exemptæ, apostolica auctoritate visitari debent. Statutum cap. *indemnitatibus*, de elect. in 6. locum habet in hujusmodi canoniceis sacerdtales. Harum institutum non probatur, sed toleratur, ut hic & dicto cap. *indemnitatibus*. In Germania & Flandria sunt hujusmodi monasteria ^{* lege, canonicarum} canoniconorum sacerdtales; de quibus Jacob a Vitriaco lib. 2. hist. Occid. cap. 31.

§. Ipsos autem.

VISITATORES monasteriorum Monialium, visitationis officio fungi debent, adhibitis duobus notariis, & duabus personis sue ecclesiæ, idest dignitatem vel personatum obtinentibus, & aliis quatuor viris honestis, clericis scilicet, non sacerdtales; cap. ut juxta, de offic. ordinari. extravag. debent, eod. tit. int. commun.

§. Si qui vero.

EXCOMMUNICATIONEM ipso facto incurruunt, qui visitatores in officio visitationis impedire præsumunt, non obstante quocumque privilegio, statuto, aut consuetudine contraria.

TIT. XI. *De religiosis domibus.*

Clem. Cum de quibusdam.

IN concilio Viennensi Beguinæ, & eorum heresis damnata, ex hac constit. & clem. ad nostram, infr. de heretic. Beguinæ erant mulieres, quæ non promittebant obedientiam, nec profitebantur aliquam regulam, nec propriis renuntiabant. Deferebant quendam habitum, qui Beginarum dicebatur. Hac constit. non comprehenduntur forores minorum, quæ dicuntur tertii ordinis, in privatis domibus degentes, quarum ordo est approbatus, ut notat gloss. hic, ex clem. cum ex eo, infr. de sent. excommunicatione.

Clem. *Quia contingit.*

XENODOCHIA seu hospitalia pertinent ad curam seu sollicitudinem Episcoporum; cap. *de xenodochiis*, cap. *ad hæc*, hoc tit. quia plerumque rectores xenodochiorum, leprosiarum, eleemosyniarum, seu hospitalium, res & jura ipsorum ab occupatorum manibus excutere negligunt: quin immo ea collabent & deperdi, domus & aedificia ruinis deformari sinunt, & redditus eorum, destinatos in sustentationem pauperum & leprosorum, suos in usus convertunt nefarie, quum ea, quæ ad certum usum sunt destinata largitione fidelium, non sint ad alios transferenda, salva sedis apostolicae auctoritate. Ii, ad quos de jure ex statuto fundationis vel ex consuetudine praescripta vel privilegio sedis apostolicae pertinet, loca ipsa studeant reformare, res occupatas deperditas alienatas indebitate in statum debitum reducere, & rectores compellere, ut impendantur in sustentationem pauperum & leprosorum; & his cessantibus, ordinarii locorum in non exemptis, sua; in exemptis, apostolica auctoritate, id curare debent, ex hac constit. clem. *per litteras*, *de præbend.* conc. Trid. sess. 7. *de reformat.* cap. 15. Res donatae vel legatae ad certos usus, non suut transferenda ad alios sine auctoritate Principis; L. i. L. *legatum*, ff. *de adm. ver. ad civit. perinent.* L. *legatum*, *de usufr. legat.* Et legata ad pias causas non possunt transferri ad alios usus sine auctoritate summi Pontificis, ex hac constit. Guid. Pap. qu. 556. Hodie Episcopi legata relicta ad pias causas, si non sufficient ad usus condicatos, possunt ad alios usus transferre, non suo jure tanquam ordinarii, sed tanquam sedis apostolicae delegati; conc. Trid. sess. 22. *de reformat.* cap. 6. Quod innuitur, L. *si quis ad declinandum*, §. *fin autem*, C. *de Episc.* O. *cleric.*

§. *Ut autem.*

HOSPITALIA, leprosaria non sunt beneficia, & secularibus clericis conferri non possunt in beneficium, etiam si de consuetudine hoc fuerit obser-vatum, nisi aliud in fundatione constitutum fuerit; can. *Eleutherius*, 18. qu. 2. cap. *cum dilectus*, *de consuetud.* cap. *præterea*, 2. *de jur. patronat.* & *de rectore* per electionem sit providendum. Eorum autem gubernatio debet committi viris providis & idoneis, qui instar tutorum & curatorum tenentur juramentum praestare, de rebus locorum inventarium facere, & ordinariis locorum, quibus subsunt, annis singulis administrationis rationem reddere, & si quid aliter fuerit tentatum, collatio, provisio, seu ordinatio viribus caret, ut hic, & conc. Trid. sess. 22. *de reformat.* cap. 9. Hospitalia non possunt conferri in titulum seu beneficium secularibus clericis, quia non sunt beneficia, sed nudæ administrationes ad tempus, reddendis rationibus obnoxiae, nisi cum habent ecclesiam annexam; clem. *per litteras*, *de præbend.* Hospitalia, ex quo Episcopi auctoritate fundata sunt, possunt habere ecclesias & decimas, & rectores in titulum; dicta clem. *per litteras*.

§. *Premissa.*

HÆc constitutio non pertinet ad hospitalia militarium ordinum, puta S. Joannis Hierosolymitani, S. Mariæ Teutonicorum, Calastrenium, & alia, quorum rectores, secundum statuta suorum ordinum & antiquam observantium pauperibus providere, & hospitalitatem debitam illis impendere debent, ad hoc compellendi per suos superiores, non obstantibus quibuscumque statutis vel consuetudinibus contrariis.

§. ult.

§. ult. Caterum.

TURE communi hospitalia non sunt beneficia ; clem. per litteras , supr. de prabend. Quia si quae sunt hospitalia , altaria idest ecclesias & decimas habentia , & presbyteros celebrantes idest servientes in eisdem ecclesiis , & pauperibus ecclesiastica sacramenta ministrantes , seu si rectores paroeciales ea omnia consueverint exercere in illis , antiqua consuetudo servanda est quoad exercenda & ministranda spiritualia , quia jura parochialia praescribi possunt consuetudine xl. annorum ; cap. de quarta , de prescript.

TIT. XII. De jure patronat.

Clem. Ut constitutio.

PRÆSENTATUS per patronum ecclesiasticum , etiam de exemptis , non potest institui ab Episcopo , priusquam de redditibus ecclesiarum ei assignetur congrua portio , de qua possit jura episcopalia solvere , & congruam sustentationem habere ; cap. de monachis , cap. extirpandæ , §. qui vero , de præbend. cap. 1. eod. tit. in 6. Ex hac constitutione si præsentato per patronum ecclesiasticum non assignetur congrua portio intra terminum competentem , congrua portio ei assignanda est per Episcopum dioecesanum , in pecuniam moræ patroni . Provisio seu assignatio congruae portionis devolvitur ad Episcopum . Sicut cessante patrono in præsentando intra tempus , collatio libera devolvitur ad Episcopum ; cap. quoniam , de jure patron. ita etiam cessante patrono in assignanda congrua portione præsentato , assignatio congruae portionis devolvitur ad Episcopum , vel potius ab eo non abiisse videtur , quia assignatio congruae portionis proprie competit foli Episcopo ; dicto cap. de monachis .

Clem. Plures.

UBI jus præsentandi spectat ad plures ut singulos , possunt præsentare separatim singuli . Ubi jus præsentandi spectat ad plures ut universos , nomine collegii vel universitatis debent præsentare , convocato collegio vel universitate , alioquin præsentatio non valet ; L. 2. C. de decurion. lib. 10. gloss. in cap. cum omnes , de constitut. Si plures sint heredes patroni , jus patronatus transmititur ad heredes pro hereditariis portionibus , non pro virilibus portionibus , seu in capita , quia jus patronatus cohæret prædio ; cap. cum Bertholdus , de re judic. cap. ex litteris , de jur. patronat. Et si plures sint heredes unius ex patronis , habent tantum vocem unius in præsentatione rectoris , quia pro uno habentur , ex hac constitut. Et si plures sint patroni , non inconveniens erit idest suadetur , ut discordia vitetur , ut convenienter inter se de rectore alternis vicibus præsentando , ex hac ipsa constitut. & in multis ecclesiis , ubi collatio pertinet ad Episcopum & capitulum , discordiae vitandæ causa collatio fit per turnum seu alternis ; cap. mandatum , & ibi gloss. de præbend. in 6. Sic & si duo vel plures sint fructuarii , convenire debent , ut per tempora utantur , fruantur ; L. communis , §. cum de usufructu . ff. communi dividunde , L. 4. de aqua quotid. & astiva. Idest alternis vicibus , ad evitandas rixas & discordias , quas materia communio- nis excitare solet ; L. cum pater , §. dulcissimis , ff. de leg. 2. L. in re communi , ff. de servit. urban.

TIT. XIII. *De censib. exaction. & procurat.*Clem. *Cum sit.*

RELIGIOSI quicumque pro monasteriis & ecclesiis ad eos quocumque *titulo* devolutis, procurations legatis sedis apostolicæ, & jura episcopalia, & alia præstari solita, priusquam ad eos perveniant, præstare debent, ex hac constit. nisi privilegio sedis apostolicæ, vel exemptione, vel alia legitima causa ab his se valeant excusare, quia res semper transit cum sua causa & onere; L. *alienatio*, ff. de *contrab. empt. can.* si quis laicus, 16. qu. 1. cap. *ex litteris*, de *pignor. cap. pastoralis*, de *donat.*

Clem. *Ad noctrum.*

EPISCOPIS ad monasteria visitationis causa accendentibus monachi visitationis causa procurations sibi debitas, de jure communi, consuetudine, vel privilegio extra septa monasterii præstare debent, si quæ domus ad hoc apta; alioquin intra septa, non tamen intra portam, quam vocant regularem, ex hac constit. no clerici misceantur temere sacerdularibus; cap. † *ex quo*, §. *principimus*, supr. de *stat. monach.* & cistercienses licet carnes non escent, Episcopo visitanti pro tempore carnium cibaria ministrare possunt, non obstante privilegio, ex hac constitut. Suadetur tamen ut Episcopi visitationis causa accedant ad monasteria cisterciensium feria sexta vel sabbato, vel die quo cibaria regularia convenient, ut notat Joan. Andreas.

Clem. *Presenti.*

CLERICI sunt immunes a pedagiis, & guidagiis pro rebus suis, quas non negotiandi causa deferunt, & ab his exigentes hujusmodi vectigalia, excommunicationis vel interdicti sententiam incurunt; cap. *quamquam*, hoc ti. † & locorum diœcesani debent publicare sententias excommunicationis vel interdicti a jure prolatae in exactores hujusmodi vectigalium, ne ignorentur, ex hac constit.

TIT. XIV. *De celebratione missarum.*Clem. *Gravi.*

CONCILIO Viennensi statutum est, ut in cathedralibus, regularibus & collegiatis ecclesiis, horis debitis devote psallatur, idest, ut divinum officium, diurnum & nocturnum statim horis devote celebretur: & hæc sunt quæ dicuntur horæ canonicae, quæ sunt septem, matutinum, prima, tertia, sexta, nona, vespere, completorium: quia justis intervallis distinctæ sunt; Hieronym. in epitaph. Paulæ ad Eustochium: *Mane hora tertia, sexta, nona, vespere, noctis medio per ordinem psalterium recitabant.* Ivo Carnot. epist. 19. *Raro etiam canonicum pensum determinatis horis solvere prævalemus.* Hinc divinum officium dicitur cursus, quia est quasi cursus nocturnus & diurnus; Gregor. Tur. de mirac. martyr. lib. 1. cap. 11. *Ex urgente mane abbe cum monachis ad celebrandum cursum.* Hugbald. abbas in vit. S. Rictrud. 12. maii apud Surium: *Cursum vero suum, idest pensum precum canonicarum.*

Clem.

Clem. *Dignum.*

CLERICI tam sacerdtales quam regulares, Cardinalium ecclesiae Romanae & quorumcumque Pontificum, ipsis in divinis officiis se coaptare possunt: id est idem quod ipsi Cardinales vel Pontifices officium, puta Ambrosianum, Gregorianum, vel regulare officium, licite dicere valent.

TIT. XV. *De baptismo.*Clem. unic. *Præsentia.*

CONCILIO Viennensi vetatur, ne baptismus in privatis ædibus celebretur, sed in ecclesiis, in quibus sunt fontes ad hoc specialiter destinati, id est baptisteria, nisi in liberis Regum vel Principum, vel urgente necessitate, puta periculo mortis, ex hac constitut. Sic confirmatio electi debet fieri in ecclesia, non in camera Regis vel Metropolitani; cap. *qua fronte, de appellat.* Baptismus debet celebrari in ecclesia parochiali, ubi sunt fontes: unde parochialis ecclesia dicitur baptismalis; can. *plures*, can. *statuimus*, 16. qu. 1. syn. Meldens. can. 48. Ticin. can. 11.

TIT. XVI. *De reliq. & vener. sanctor.*Clem. unic. *Si dominum.*

CONSTIT. Urbani IV. institutus est dies solemnis corporis Christi feria quinta post octavam pentecostes, quæ in conc. Viennensi confirmata est a Clemente V. Pontifice.

TIT. XVII. *De immunitat. eccles.*Clem. unic. *Quoniam.*

EX constitutione Bonifacii VIII. laici, puta Reges, Principes, vel alii exigentes collectas tallias ab ecclesiis & clericis sine dispensatione sedis apostolicæ, ipso jure excommunicationis & interdicti sententiam incurront; cap. *clericis*, hoc tit. in 6. Sed quia hæc constitutio lata erat in odium Philippi Pulchri Regis Francorum, Clemens V. Pontifex, ope Regis promotus, memor beneficij revocavit hanc constitut. & observari circa hæc voluit can. Lateranensis concil. qui extat in cap. *non minus*, hoc tit.

IN LIBRUM IV.

TIT. I. *De consanguinit. & affinitate.*Clem. unic. *Eos qui.*

OLIM nuptiae inter cognatos & affines vetitae erant ad septimum usque gradum; can. i. can. nulli, 35. + qu. i. can. ad sedem, ead. caus. qu. 5. cap. 3. & 6. hoc tit. cap. 3. in princip. de clandestin. despens. Hodie ex conc. generali Lateranensi nuptiae prohibentur usque ad quartum gradum cognitionis & affinitatis inclusive; cap. pen. hoc tit. cap. licet ex quadam, de testib. Nuptiarum intra vetitum gradum pena haec est, quod scientes contrahentes has nuptias, ipso facto sententiam excommunicationis incurront, ex hac clem. Ignorantes ignorantia facti probabili, non supina, se esse cognatos vel affines, constitutio non ligat. Ignorantes vero jus prohibitionis, tenentur constitutione, quia ignorantia juris non excusat; cap. ignorantiæ de R. J. in 6. Ut si qua mulier ignorans servo quasi libero nupserit, & dotem dederit, & postea is servus judicatus sit, matrimonium solvitur, & dotem recipit, & liberi nati ex ea conjugatione, ut nati ex libera, & incerto patre, spuriis ingenui intelliguntur; L. si ignorans, C. solut. matrimo. Quæritur, an contrahentes sponsalia in gradu vetito, teneantur constitutione. Videbantur teneri, quia prohibitio nuptiarum tacite includit sponsalia; L. oratio, ff. de sponsalib. Tamen verius est non teneri, quia constitutio, quæ est penalis, non extenditur, nisi secuta copula carnali, quia matrimonium contrahitur per sponsalia secuta copula carnali; cap. is qui, de sponsalib. Eadem est pena nuptias contrahentium cum monialibus, & clericorum in sacris ordinibus constitutorum, & monialium nuptias contrahentium, ex hac clem. & cap. i. & tot. tit. qui cleric. vel vovent. matrimo. contrah. possunt.

IN LIBRUM V.

TIT. I. *De magistris.*

Clem. Inter.

Universitates præcipue orbis: Romana, Parisiensis, Oxonensis, Bononiensis, Salamantina, de quibus dixi lib. de universitat. cap. 14. **E**X concilio Viennensi, ne deesset peritia linguarum, per quam infideles possent instrui institutis Christianæ fidei, statutum est, ut scholæ linguarum Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldeæ erigerentur, & his imponerentur magistri periti harum linguarum, duo scilicet cujuscumque linguae, qui eas publice docerent; & haec scholæ erigerentur in Romana curia, ubicumque ejus sedes esset, necnon in Parisiensi, Oxonensi, Bononiensi & Salamantino studiis, quæ ea aetate erant clariores academiae orbis Christiani. Constitut. Innocentii IV. in scholis Romanis ccepit audiri studium juris divini & humani, idest canonici & civilis, & statutum est, ut magistris linguarum statuantur stipendia idonea, & sumptus, idest annonæ & viuetalia: nimisrum in Romana curia, per sedem apo-

apostolicam; in studio Parisiensi, per Regem Franciæ; in Oxoniensi, per Reges Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, Walliæ; in Bononiensi, per Italiam; in Salamantino per Hispaniæ prælatos. Monasteria, capitula, conventus, collegia exempta, & non exempta, & ecclesiarum pastores, pro rata facultatum cujusque, professoribus liberalium studiorum stipendia statuta e fisco; L. *medicos*, C. *de profess. & medic.* Tranquil. in Vespaf. 18. Lamprid. in Severo, Symmach. I. epist. 79. & III. epist. 33. Zonar. in Justinian. Cassiodor. 9. var. II.

Clem. Cum sit.

EX hac constitutione modus imponitur expensis doctoratus assumendi. Invauerat usus, ut suscipientes honorem & insignia doctoratus, quæ sunt cathedra, idest jus sedendi in cathedra, & docendi; byretus seu byrrus, apud alios liber, idest traditio libri, annulus, osculum, ut notat Joan. Andreas hic, circa cibos, vestes & alia ita modum excedebant, ut sumptu exhausti plerique vacui & inanes discederent, & gravati, idest gravati ære alieno. Ut sumptibus in hac re modus imponatur, is ad quem pertinet collatio doctoratus, vel magisterii, (doctores dicuntur in jure canonico & civili, magistri in theologia & artibus) doctorandum debet obstringere juramento, ne ultra trium millium Turronensium argenteorum in hac re impendat. Quod si quis, etiam pontificali dignitate præfulgens, doctoratum vel magisterium conferat, non exacto hujusmodi de juramento, per sex menses suspenditur a collatione doctoratus, vel magisterii. Aliqui doctoratum conferunt auctoritate apostolica, ut Bononiae archidiaconus Bononiensis, ex privilegio Honori III. aliqui de consuetudine; aliqui de jure communi; Hostiens. in summa hoc tit.

TIT. II. De Judæis & Sarracenis.

Clem. unic. Cedit.

NEM Sarraceni habitantes in terris ditionis Principum Christianorum permixtim vel seorsim, ut in Hispania, & in Calabria, & Apulia, in templis seu mesquitis suis nomen Mahumetis invocent, nec peregrinationis causa accedant ad ejus sepulcrum. Sarraceni non pelluntur e terris Christianorum Principum, sed in templis seu mesquitis suis vetantur invocare nomen Mahumetis. Sarraceni Luceria pulsi a Carolo Rege Siciliæ & Neapolis. Pandulf. [†] Convenat. lib. 5. Clem. IV. epist. 163. & seq.

+ V. not. sup.
p. 187. & l.
Pandulf. Col-
lenuc. qui hoc
refert lib. 5.
sub ann. 1299.

TIT. III. De Hæreticis.

Clem. Multorum.

JURE communi inquisitio & coercitio hæreticorum pertinet ad Episcopum diœcesanum, etiam in exemptis, non jure proprio tanquam ordinarium, sed tanquam sedis apostolicae delegatum; cap. *ad abolendam*, in fin. *de hæretic.* Sed propter negligentiam Episcoporum in inquirendis & compescendis hæreticis, de qua male audivisse Episcopos Tolosanos, testem habemus ipsum Innocentium III. in cap. *in causis*, in fin. *de elect.* a sede apostolicae instituti sunt inquisitores hæreticæ pravitatis, qui ex speciali commissione seu mandato inquirerent de hæreticis, & eos punirent quascumque per diœceses; cap. *filii*, cap. *super eo*, cap. *ne aliqui*, & passim hoc tit. in 6. cap. 4. *de offic. ordin.* eod. Sed quia sa-

pius inquisidores nimis sua potestate abutebantur in oppressionem fidelium, **haec** constitutione cautum est, ut inquisitionis officium exerceatur tam per dioecesanos Episcopos, quam per inquisidores a sede apostolica delegatos: ita ut quilibet ex ipsis hæresis reos sine alio possit capere seu arrestare ac tutæ custodiaz mancipare, etiam eos ponendos in vinculis, duummodo non valeant eos tradere duro seu arcto carceri, qui magis ad poenam, quam ad custodiari adhiberi videatur, vel questioni seu tormentis subdere, vel contra eos procedere usque ad sententiam, alter sine altero, Episcopus sine inquisitore, aut inquisitor sine Episcopo, aut ejus officiali, vel delegato, vel vicario capituli sede episcopali vacante, quia capitulum sede vacante succedit in his que sunt jurisdictionis; cap. **† Iis que**, cap. **cum olim**, **de major.** **O obed.** cap. **r. de instit.** in **6.** idque intra octavum diem a die requisitionis invicem factæ. Quod si Episcopus, vel vicarius capituli sede vacante, monitus nolit vel non possit convenire cum inquisitore, aut inquisitor cum Episcopo, vel vicario capituli sede vacante, Episcopus, vel vicarius capituli sede vacante, vel inquisitor, potest alteri vices suas committere.

§. Sane quia.

NE circa carceres hæreticorum, qui in quibusdam partibus vulgo muri appellantur, & carcerati, immurati, ut hic, & cap. **ut commissi**, vers. **O illorum**, hoc tit. in **6.** fraus committatur; haec constit. cavitur, ut quilibet carcer vel murus hujusmodi sit communis Episcopo & inquisitori, & caique præponantur duo custodes idonei, quorum quisque unum elegerit, ita ut quilibet custodum possit habere sub se ministrum seu clavigerum; & in quolibet conclavi ejusdem carceris five muri sint duas claves diversæ, quarum unam habeat unus custodum, alter alteram, quam quisque custodum cum officio ministrandi carceratis poterit committere ministro.

§. Porro.

† castodes carcerum **E**ADEM constitutione **† carcerum hæreticorum**, vel eorum ministri, seu **ad juvæ**, non prius admittendi sunt ad officium, quam coram Episcopo, vel capitulo sede vacante, & inquisitore, sacramentum præstiterint de officio diligenter gerendo, & cura fideliter adhibenda carceratis. Idem juramentum desideratur a notariis inquisitionis coram Episcopo, vel inquisitore, vel ab his substitutis.

§. Verum.

EPISCOPUS & inquisitor adversus suspectos, vel famosos de hæresi debent ex fide procedere. Quod si per gratiam vel sordes omiserint contra quem procedere, aut quem per injuriam vexare presumpserint, per triennium ab officio suspenduntur; alii vero ad officium inquisitionis ab his substituti, excommunicationis sententiam, eo ipso, idest ipso facte incurront, a qua non valent absolviri, nisi a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo. Excommunicatus, quo casu excommunicatione reservata est summo Pontifici, a quocumque potest absolviri in articulo mortis. Hic casus semper excipitur; clem. prox. infr. hoc tit. cap. **pastoralis**, §. **præterea**, **de offic. ordinar. can. si quis suadente**, **17. qu. 4.**

Clem. Nolentes.

HAc constit. cavitur, ne inquisitionis officium cuiquam committatur, nisi qui quadragesimum ætatis annum attigerit. Ex hoc inquisitore major ætas requiritur, quam in Episcopo, cui sufficit ætas xxx. annorum; cap. **cum in cunctis,**

etis, de elect. can. Episcopus, 77. dist. Cur tam varie laborat hic Joan. Andreas; tamen potest dici in inquisitore majorem aetatem requiri, quia potestas inquisitoris est delegata & extraordinaria, & minus favorabilis, & in inquisitore electa est industria personae; cap. *is cui, de offic. deleg.* in 6. Quare idoneitas requiritur. Eadem constit. Episcopi & inquisitorum eorumque vicarii vetantur, ne praetextu inquisitionis officii a quoquam pecuniam extorqueant, ne res ecclesiarum ob delictum clericorum fisco ecclesiae vindicentur, quia delictum praelati non debet nocere ecclesiae; can. *si Episcopum, 16. qu. 6. cap. delictum, de R. J.* in 6. Gunter. 2. Ligurin. alioquin excommunicationis sententiam ipso facto incurunt, a qua non valent absolviri, nisi in mortis articulo, donec his quorum interest, plene satisficerint de erupta pecunia. Notarii & officiales inquisitionis officii, necnon fratres & socii inquisitorum, seu vicariorum, & substitutorum ipsorum, inquisitores aut substitutos delinquentes in officio, si secreto, idest privatim novirint, ipsos debent corrigere & arguere in secreto, idest seorsim, remotis arbitris; can. *si peccaverit, 2. qu. 1.* Quod si ita sciant, ut non defit probatio, si sit opus, id Prælatis inquisitorum & vicariorum denunciare debent, per quos recognita inquisitores & vicarii ab officio removendi, & Prælatis inquisitorum censantibus in his puniendis, hoc denuntiandum sedi apostolicae. Inquisitores & eorum officiales monentur, ne abutantur jure portus armorum, si magistratus per injuriam quid fecerit, fiducia magistratus injuriarum tenetur; L. *nec magistratus, de injur. & fam. libell.*

Clem. *Ad nostrum.*

ANNO Christi MCCCXI. a Clemente V. P. M. celebratum est conc. gen. Viennense. In hoc damnata est secta Beguardorum, & Beguinorum, quæ his temporibus surrexit in partibus Alemanniæ, quorum execrandi errores hic referuntur, & simul damnantur, & Episcopis una & inquisitoribus munus imponitur de eorum vita & conversatione inquirendi. De iisdem agitur in clem. 1. Supr. *de religios. domib.* non obstante judicio Viennensis conc. Beguinorum genus non est penitus sublatum conniventia Pontificis, ne deteriores fierent redeundo ad sæculum, ut refert W. Nangius in chronic. ad ann. 1317. Hodieque supersunt Beguinæ in Germania & Belgio; de quibus Miræus in chronic. ad annum 1359.

TTI. IV. *De homicid. volunt. vel casuali.*

Clem. unic. *Si furiosus.*

SI furiosus, aut infans, aut dormiens, hominem mutilaverit, vel occiderit, nullam ex hoc irregularitatem contrahit, ex hac constit. Infans vel furiosus, si hominem occiderit, non tenetur lege Cornelia, cum alterum innocentia consiliis, alterum infelicitas fati excusat; L. *infans, ff. ad leg. Cornel. de fieri.* Et satis furore suo punitur; L. *pen. ad leg. Pomp. de paricid.* L. *divus, de offic. prefid.* Afflito non est addenda afflito; L. *tam dementis, in fin. C. de Episc. aud. can. cum percussio, 7. qu. 2. cap. ex parte, de cleric. agrot. vel debilit.* Augustin. *qu. veter. testam. cap. 2.* Nam aliquos scimus subito dementes factos, suje, ferro, lapidibus, morsibus, multis nocuisse, quoddam etiam occidisse: captos autem industria, & judicibus oblatos, minime reos factos, eo quod non voluntate, sed impellente vi nefcio qua hæc gesserint insipientes. Quomodo enim reus constitueretur, qui nefcit quid fecerit? Infans, idest minor septem annis, non punitur, quia non est capax doli: etas illa ignorat quod videt; L. 1. C. *de fals. monet.* Idem dicendum de illo, qui mortis vitanda causa invasorem occidit, vel vulneravit.

TIT. V. *De usuris.*Clem. unic. *Ex gravi.*

USURÆ non debentur, & solutæ repetuntur, licet permisæ sint statuto municipaliter juramento municipum firmato, ex hac constit. quia jusjurandum contra bonos mores non est obligatorium; cap. *non est*, 2. de *R. J.* in 6. Usuræ solutæ repetuntur non obstante juramento de non repetendis usuris; cap. *ad nostram*, 2. de *jurejur.* Ex constitut. etiam usuræ indebitæ solutæ repetuntur explora veteris juris varietare; L. *indebitas*, C. *de usur.* idest sublara; L. *si non sortem*, ff. *de condic. indebit.* Ex qua usuræ indebitæ solutæ sortis debitæ non repetebantur.

§. Cæterum.

FENERATORES si conveniantur actione usurarum, per censuras ecclesiasticas compelluntur edere codices suarum rationum, ex hac constitut. quia ita calide contractus foeneratios ineunt, ur vix aliter convinci possint de vitio usurarum, quam editione suarum rationum. Ita Argentarii & Nummularii coguntur proprias rationes edere, quia eorum officium publicum est; L. *quædam*, §. *nummularios*, & seq. ff. *de edend.* L. 1. C. eod.

§. Sane.

PERTINACITER affirmans, foenerari seu usuram exercere non esse peccatum, velut hæreticus puniendus est per ordinarios & inquisidores hæretice pravitatis. Hæreticus est non modo male sentiens de articulis fidei catholicæ, vel de sacramentis ecclesia, vel etiam qui perversa habet dogmata, vel falsas aut novas opiniones comminiscitur, aut sequitur; can. *inter hæresim*, can. *hæreticus*, 24. qu. 3.

TIT. VI. *De excessib. prælator.*Clem. unic. *Frequens.*

IN hac constitut. proponuntur varia gravamina, quæ per Episcopos & alios prælatos superiores inferuntur religiosis exemptis, privilegiatis, & non exemptis, mendicantibus & non-mendicantibus, a quibus abstinere monentur. Ejusdem argumenti est cap. 1. & 2. hoc tit. Ordinarii exemptos capiunt & incarcerant in casibus non concessis a jure, idest in casibus exceptis a jure, quia ordinarii habent jurisdictionem in exemptos in quibusdam casibus, tanquam sedis apostolicæ delegati, ut in casu hæresis; cap. *ad abolendam*, *de hæretic.* vel ex causa delicti commissi, aut contractus initi in loco non exempto, vel in actione in rem, seu vindicatione rei sitæ in loco non exempto; cap. 1. *de privileg.* in 6. Quidam impediunt per vim & minas, ne decimæ & redditus exemptis solvantur. Exempti scilicet habent decimas ex privilegio, vel consuetudine præscripta; cap. *tua*, *de decim.* cap. ult. eod. tit. in 6. cap. *sane*, *de privileg.* Quidam impediunt ne aliqui eorum missas audiant. Privatis licet missas audire in monasteriis exemptis sine præjudicio parochialium ecclesiarum; cap. 2. *de paroch.* Exempti tamen non debent amovere laicos ab accessu & frequentatione suarum, idest parochialium

Xum ecclesiarum; clem. i. de privileg. Quidam molentes in molendinis, vel coquentes in furnis exemptorum, servientes & vassallos & domesticos eorumdem, vel alios qualitercumque contrahentes & participantes cum ipsis, suspendunt, interdicunt, excommunicant, absque rationabili causa eorum bona occupant, appellationibus ab exemptis interpositis ob praedicta gravamina non deferunt, appellantes capiunt, incarcерant. Quidam capellanos seu vicarios in ecclesiis pleno jure, idest in spiritualibus & temporalibus eis subjectis, missas celebrare non sunt, vel parochianis ecclesiastica sacramenta ministrare sine causa. De his ecclesiis nonnulli etiam abbates monachos & conversos exemptos, necnon & clericos ipsos pleno jure subjectos, si eis non pareant, in iis etiam, in quibus non tenentur, eos temere suspendunt, excommunicant, capiunt, incarcерant, iprorum ecclesiis & loca interdicunt. Quidam in exigendo caritativo subsidio ab ipsis exemptis eorumque subditis modum excedunt. Caritativo subsidio modus impunitur cap. conquerente, de offic. ordinari. cap. cum Apostolus, §. prohibemus, de censib. Novos census & onera indebita imponunt parochialibus ecclesiis, in quibus exempti habent jus paronatus, quod prohibitur cap. prohibemus, de censib. Sententias jure latae a delegatis sedis apostolicae vel conservatoribus pro exemptis, publicari & executioni mandari a suis subditis non ferunt. Judex delegatus a sede apostolica potest coercere ordinarium impedientem publicationem vel executionem sententiae a se latæ pro exemptis; cap. i. de offic. delegat. Tabellionibus publicis inhibent, ne instrumenta conficiant; & judicibus, ne justitiam faciant; jurisperitis, ne consilium vel opem præbeant exemptis in ipsorum causis seu negotiis. Præsentatos per exemptos ad ordines vel beneficia, quorum præsentatio ad eos pertinet, non admittunt, nisi præsentantes ponant obedientiam, idest professionem obedientiae in salutatione litterarum, quam pro hujusmodi præsentatione transmittunt, his verbis: *Salutem & obedientiam debitam & devotionem:* quod notandum est, quia exempti non tenentur præstare obedientiam; cap. cum olim, 2. de privileg. Non exempti satis est quod ab initio promiserunt; cap. ne Dei, de Simon. Vacantibus ecclesiis, in quibus monasteria habent jus patronatus, repulsi presentatis idoneis, inhabiles & indignos instituunt. Quidam etiam ecclesiis curam animarum habentes ad mensam abbatum spectantes, puta quæ sunt unitæ mensæ abbatum, quarum fructus quandoque secularibus clericis trahunt ad firmam, cuius moris vestigium extat in cap. vestra, de locat. & cap. ult. ne prælat. vices suas. Decedentibus clericis, quasi vacantes conferunt clericis suis, et si revera non vacent: illi enim clerici non erant rectores, sed firmarii seu conductores. Nonnulli etiam fructus ecclesiarum ad monachos spectantes sibi vindicant, ita ut vicariis perpetuis non supersit unde sustententur. Quidam cum armis & erecto vexillo molendina & alia bona exemptorum destruunt, mittunt frequenter nepotes & alios consanguineos, animalia sua & custodes, ut alantur de rebus monasterii. Abbates & priores compellunt, ut possessiones seu prædia concedant in perpetuum vel ad tempus nepotibus & consanguineis suis: quæ concessiones nullæ & irritæ declarantur. Abbates & priores quandoque compellunt præsentare ad ecclesiæ vacantes, in quibus habent jus patronatus, & ad monachandos suos familiares, consanguineos vel nepotes, frequenter etiam permittunt, ut in suo dominio temporali per milites, vassallos, & temporales iprorum officiales, res monasteriorum mobiles & immobiles per vim occupentur, in casibus non permisis a jure. Quidam fructus beneficiorum abbatum & priorum primi anni, sibi adscribunt obtenui privilegi, quod intendunt se habere ad tempus de percipiendis fructibus beneficiorum vacantium primi anni. Ex privilegio fructus beneficiorum primi anni reservantur ordinario ad tempus; cap. si proper, de rescript. in 6. Nonnulli etiam indebitè monasteria dirimunt, idest scindunt, dividunt: alii domos & hospitalia monasteriorum, & alia bona mobilia & immobilia occupant. Abbates, priores & alii exempti non sunt prohibendi venire

ad capitulum generale , vel provinciale , ex calce hujus constit. cap. *in singulis,*
de stat. monach. can. sicut , 23. qu. 4.

TIT. VII. *De privilegiis.*Clem. *Religiosi.*

REPLICIOSI, qui clericis , aut laicis sacramentum extremæ unctionis vel eucharistia ministrant , matrimonia solemnizant , idest solemniter celebrant , vel excommunicatos a canone , præterquam in casibus a jure expressis , nimurum in cap. monachi , & cap. *cum illorum, de sent. excommunicat.* vel ex privilegio sedis apostolicæ , vel a sententiis per statuta provincialia , aut synodalia promulgatis , seu a poena & culpa quemquam absolvunt , ipso facto incurruunt sententiana excommunicationis , per sedem apostolicam dumtaxat absolvendi , ita ut ordinarii locorum excommunicatos faciant publice denuntiari .

§. *Quibus.*

REPLICIOSIS interdicitur , ne in sermonibus suis , privatis scilicet vel publicis , ecclesiarum prælatis detrahant ; ne laicos ab ecclesiarum accessu & frequentia , idest frequentatione retrahant ; ne indulgentias indiscretas pronuntient , idest indulgentias non concessas non prædicent ; ne cum confectioni testamentorum intersint , testatorem retrahant a restitutione debita , aut a legatis matribus ecclesiis ; ne legata , aut debita , aut male ablata incerta , (male ablata incerta sunt , de quibus incertum est a quo ablata sint) clem. 2. §. ad hec infr. de penitent. sibi aut aliis singularibus religiosis sui ordinis , vel conventibus , in aliorum præjudicium fieri , aut erogari current ; vel quemquam absolvant in casibus sedi apostolicæ , nec ordinariis reservatis .

§. *Sane.*

REPLICIOSI exempti , ex privilegio sedis apostolicæ , familiaribus suis , domesticis , aut pauperibus in hospitalibus suis degentibus , sacramenta ecclesiastica possunt ministrare ; aliis non .

Clem. *Archiepiscopo.*

ARCIEPISCOPI in locis exemptis provinciæ suæ in transitu , idest in itinere : M. Tull. 5. ad Attic. 20. *Ariobarzanes opera mea vivit , ἐν παρόδῳ ,* idest *in transitu* ; quia a senatu ei tradita erat tutela Regis Ariobarzanis : vel ad ea declinantes , idest ad ea declinantes a recto itinere , orationis vel missæ celebrandæ gratia , possunt crucem præferre , benedicere populo solemnibus hisce verbis : *Sit nomen Domini benedictum* : divina officia privatim vel publice ibi audire , & in pontificalibus celebrare , vel coram se sine pontificalibus facere celebrari , non obstante quovis privilegio . Episcopus quoque etiam in locis exemptis suæ diœcesis potest populo benedicere , audire divina officia , eaque celebrare , vel coram se facere celebrari , salva exemptione loci . Episcopi etiam possunt celebrare intra suam diœcesim cum altari viatico ; cap. ult. hoc tit. ^t in 6. *quod portatile dicitur Ivoni Carnot. epist. 72. & 80.*

TIT.VIII.

TIT. VIII. *De pœnis.*

Clem. Si quis.

UT consuleretur vita & securitati Episcoporum & Pontificum, per tempora varii canones editi sunt. Adversus Bellisarium Patricium, qui Silvérium Pontificem cepit, & in exilium misit, latus est can. *Guilisarius*, 23. qu. 4. *Syllacænorum* civitas in Calabria sedis episcopaloris dignitatem amisit, ob interemptos duos Præfules; can. *ita nos Scyllacænorum*, 25. qu. 2. Si Episcopus occisus fuerit, alter non eligatur, priusquam detegti & puniti sint rei cedis, ex epist. Nicolai I. Ivo decret. part. 10. cap. 19. In Cardinalium interfectores editum est cap. *felicis*, hoc tit. in 6. quod varias pœnas continet. Hac constitut. continentur variae pœnae intersectorum, vel mutilatorum Episcoporum. Si quis per injuriam percusserit, ceperit, banniverit, vel percuti mandaverit Episcopum, anathematis mucrone feritur, a quo absolvī non valet, præterquam a summo Pontifice, nisi in articulo mortis. Percusso seu intersector hoc ipso cadit a feudis, locationibus, beneficiis spiritualibus & temporalibus, quæ tenet ab ecclesia, cui offensus præest Episcopus, ita ut revertantur ad ecclesiam jure commissi scilicet; & ipsius percussoris liberi, per masculos descendentes ad secundam usque stirpem, adempta omni spe dispensationis, flunt inhabiles ad obtinenda ecclesiastica beneficia in civitate & dicecesi, cui idem præfuit Episcopus. Terra quoque ipsius, dummodo non sit amplior una dicecesi, necnon locus vel loci, in quibus detinetur captus Episcopus, usque ad condignam satisfactionem subjicitur interdicto. Civitas, quæ quid tale admiserit, usque ad idoneam satisfactionem subjaceat interdicto. Potestas vero, consiliarii, ballivus, scabini, advocati, consules, rectores & officiales ipsius civitatis, in præmissis culpabiles, excommunicationis sententiam incurront.

§. Sane.

OB hanc causam absolutus in mortis articulo alio quam a Rom. Pontifice, si convaluerit, nisi, quamprimum commode & pœnæ se præsentet ipsi Pontifici, absolutionem impetraturus, in eandem excommunicationis sententiam & recidit ipso facto, ex hac constit. & cap. eos, de sent. excommunic. in 6.

+ poterit, se
præsentet
+ reincident

Clem. Multorum.

SÆCULARES capientes viros ecclesiasticos ad extorquendam resignationem beneficiorum, vel ne citati veniant ad sedem apostolicam, incurront sententiam canonis, idest pœnam canonis *si quis suadente*, 17. qu. 4. & si fuerint Prælati, a perceptione fructuum ecclesiistarum per triennium suspenduntur. Si inferiores, eo ipso privantur obtentis beneficis. Eadem pœnam incurront, qui, ne citati ad sedem apostolicam veniant, a potestate sæculari se capi proctrurant; & resignations beneficiorum per potestatem sæcularem extortæ, licet a Prælatis admissæ vel ratæ habitæ, nullæ sunt ipso jure.

Clem. Cupientes.

RELEGIOSI, qui in sermonibus auditores retrahunt a solvendis decimis ecclesiis parochialibus, excommunicationis sententiam subeunt ipso facto, ex hac constit. qua confirmatur constitutio Gregorii X. cap. 1. de decim. in 6.

Tom.V. Par.III.

E e

§. Plane. TIT

RELEGIOSI & clericū sacerdotes aliquem inducentes, ut ex voto, juramento, vel promissione apud eos sepulturam eligant, vel electam non mutent, excommunicantur ipso facto, ex hac constit. cap. 1. *de sepultur.* in 6. cap. *nimir.*
† hoc non dicit, *ut de excessu prelat.*

TIT. IX. *De pœnitentiis.*

Clem. Cum secundum.

PENITENTIA sacramentum non est denegandum damnatis ultimo suppicio, non obstante contrario abusu, ex hac constitut. immo nec ipsa eucharistia, can. *quæ situm,* & dd. seqq. 13. qu. ult. Gregor. Turon. lib. 5. cap. 25. Petr. Ble-sens. epist. 73. Marcus part. 2. qu. 10.

Clem. Abusoribus.

QUESTORES eleemosynarum non admittuntur sine litteris apostolicis, vel dioecesani Episcopi, ita ut litteræ apostolicae prius examinentur per Episcopos dioecesanos, ex hac constitut. cap. *tuarum,* *de privileg.*

§. Ad hac.

NO TANTUR abusus questorum, qui motu proprio indulgentias de facto concedunt, super votis dispensant, a perjuriis, homicidiis & aliis peccatis apud se confitentes absolvunt, male ablata incerta, idest de quibus incertum est a quo ablata fuit; clem. 1. §. *quibus,* supr. *de privileg.* certo pretio remittunt, tertiam aut quartam partem de injunctis pœnitentiis relaxant, animas tres vel plures amicorum aut parentum illorum, qui eleemosynas illis conferuntur, de purgatorio extrahunt, benefactoribus plenissimam remissionem peccatorum indulgent, & ut loquuntur, a pena & culpa absolvunt, quod solus Papa concedit, extravag. *antiquorum,* hoc tit. inter communes.

TIT. X. *De sentent. excommunicat.*

Clem. Ex frequentibus.

RELEGIOSI cujusque ordinis tam exempti, quam non exempti, non servantes generale interdictum, vel cessationem a divinis, quam servat cathedralis, vel matrix seu parochialis loci ecclesia, hoc ipso subjacent sententiae excommunicationis, ex hac constit. cap. *alma mater,* hoc tit. in 6.

Clem. Gravis.

NOBILES & Domini temporales terris eorum ecclesiastico interdicto suppositi, nedum in locorum suorum capellis, sed & in collegiatis & aliis ecclesiis, missas & alia divina officia publice & solemniter celebrari facientes, excommunicationis sententiam incurront, a qua per sedem apostolicam tantum absolvi possunt, ex hac constit.

Clem.

Clem. *Cum ex eo.*

FRATRES minores tempore interdicti recipientes in suis ecclesiis ad audienda divina officia fratres & sorores tertii ordinis a B. Francisco instituti , qui continentes seu de poenitentia vocantur , eo ipso subjacent excommunicationis sententiaz , a qua non sunt absolvendi per alium quam per Rom. Pontificem , vel Episcopum loci , tanquam sedis apostolicae delegatum in hac parte , ex haec constit. Fratrum tertii ordinis ordo a B. Francisco institutus pro sacerularibus utriusque sexus , etiam conjugatis , qui dicuntur continentes , quia certis diebus quilibet septimana a toro , exemplo sacerdotum veteris testamenti tempore *tempore epiprepias* , idest anno vices sue † ; can. plurimos , 82. dist. Est potius modus vivendi quam † se abstinent regula : est tamen approbatus a Nicolao IV. ut ait gloss. hic .

Clem. *Si summus Pontifex.*

SUMMUS Pontifex etiam sciens excommunicato participans litteris , verbo , vel osculo , vel alio quovis modo , per hoc ipsum absolvere non censetur , ut hic & cap. si aliquando , hoc tit. nisi forte exprimat se velle ex hoc pro absoleuto haberi . Similiter si S. Pontifex quem sub titulo certæ dignitatis , etiam ex certa scientia , verbo , constitutione , vel litteris nominet , honoret , seu quovis alio modo tractet , per hoc in dignitate illa ipsum approbare non intelligitur , aut quidquam ei tribuere novi juris , ex hac constit.

TIT. XI. *De verb. significat.*

Clem. *Exiit.*

TRIA substantialia vota religionis sunt : obedientia , castitas , paupertas , idest abdicatio proprietatis ; cap. *cum ad monasterium , de stat. monach.* & tria substantialia sunt ordinis B. Francisci .

§. Cum autem.

FRATRES minores tenentur sub peccato mortali non solum ad tria vota , obedientiae , castitatis , paupertatis ; sed etiam ad servanda ea omnia , quæ pertinent ad illa tria vota .

§. Dubitaverunt.

NE quid exigatur pro introitu religionis vetitum est ; cap. *non satis , de simon.* Hac constit. vetatur ne fratres minores ingredientes inducant , sua fisione vel consilio , ad sibi dandum de rebus suis , quia hoc abhorret a professione paupertatis ordinis B. Francisci , qui est fundatus in maxima paupertate . De fratribus minoribus & prædicatoribus dictum est in cap. *nimis , 2. de excess. prelat.* quod in arctissima paupertate Christo pauperi famulantur . In paupertate & humilitate radicata dicitur religio ; cap. *exit* , sub init. hoc tit. †

† in 6.

§. Cum vero.

CUM ingredientibus ex regula licet de rebus suis facere quod volunt , si quid ultra offeratur ab ingredientibus per modum eleemosynæ , sicut & ceteris

E e ij

pauperibus, licet accipere, quia non debent esse deterioris conditionis ac ceteri pauperes: sed cavendum est ne data & accepta modum excedant, ne ex oblatorum notabili quantitate presumatur sinistri oculus contra ipsos, idest ne presumatur, quod oculos, idest respectum habuere accipientes ad temporalia.

§. Praterea.

† in 6.

FRATRES minores non possunt pluribus tunicis uti, nisi in necessitatibus, ex licentia ministrorum & custodum, ex hac constit. & cap. *exitit*, de V. S. † Item ex eadem regula fratres vilibus indui debent: vilitas vestis estimatur secundum consuetudinem & conditionem patriæ, quoad colorem panni, & pretium vilitatis; & judicium vilitatis vestium committitur ministris & custodibus, seu guardianis: quod per extravag. *quorundam*, Joann. XXII, hoc tit. extenditur ad longitudinem, grossitatem, subtilitatem, & quoad formam & figuram.

§. Deinde.

† in 6.

CUM dicitur in regula fratres ordinis duobus temporibus, scilicet a febo omnium sanctorum, usque ad nativitatem Domini, & maxime quadraginta, teneri jejunare, aliis autem temporibus non teneri, nisi sexta feria, idest die sabbati; ex eo eis non remittuntur jejunia aliis temporibus statutis ab ecclesia. Sed regulae sententia est, quod aliis temporibus non tenentur ad jejunia, nisi sexta feria.

§. Porro.

IX. TIT.

CUM ex regula fratres ordinis prohibentur recipere pecuniam per se, vel per interpositam personam, ex eo prohibitus intelligitur omnis quæstus pecuniae, & oblationum pecuniae receptio, in ecclesia, vel alibi cippi vel trunci ordinatio, ad offerentium pecuniam, continentiam, & recursus ad dantem pecuniam, ut hic & cap. *exitit*, hoc tit. † & recursus ad amicos speciales conceditur tantum duobus casibus, pro necessitatibus scilicet infirmorum, & vestiario fratrum, quod extenditur etiam ad alios casus necessitatis fratrum, deficientibus, seu cessantibus elemosynis, ex hac constit. & dicto cap. *exitit*.

§. Proinde.

FRATRES minores nihil habent proprium tam in particulari quam in communione, & in rebus concessis vel donatis habent tantum usum facti, non iuris; & rerum dominium pertinet ad ecclesiam Romanam, ex hac constit. & extravag. *ad conditorem*, Joannis XXII, hoc tit. Ideo fratres minores non sunt capaces successionum, ne hoc fiat in fraudem regulæ; nec possunt esse executores testamentorum, ut hic, & clem. unic. *de testam.*

§. Cumque anni.

FRATRES minores non possunt percipere vel habere possessiones, idest prædia immobilia, vel annuos redditus, qui inter immobilia computantur, ex hac constit. & nov. Justin. 7. Excipitur unus casus, si annuus redditus legetur ad tempus fratribus ordinis, pro sumptu divini cultus, puta pro vino ad sacra missarum, vel pro frumento ad hostias; Frideric. Senens. conf. 112.

§. Ex

§. Ex talibus.

FRATRES minores non debent agere in iudicio pro rebus temporalibus , neque in curia seu foro adesse , advocatis vel procuratoribus agentibus in eam rem , ne videantur aliquid querere tanquam suum ; sed procurator fisci agit nomine mendicantium , tanquam defensor miserabilium personarum ; L. unic. C. quondam. Imperator.

§. Verum etiam.

FRATRES minores non modo prohibentur a receptione , proprietate , & usu pecuniae , sed etiam a contrectatione ipsius pecuniae , ex hoc §. & cap. exiit , §. ceterum , hoc tit. in 6.

§. Cumque dicti ordinis.

FRATRES minores non possunt esse executores testamentorum & ultimarum voluntatum , quia in tali executione plerumque versatur contrectatio pecuniae , qua eis est verita ; sed non prohibentur super eis exequendas dare consilium , ex hoc §. quia nudum consilium non dat occasionem contrectandi pecuniae . Ceteri mendicantes non prohibentur esse executores ultimarum voluntatum , de sui superioris licentia ; cap. ult. de testam. in 6.

§. Licet vero .

FRATRIBUS minoribus , qui laboribus spiritualibus occupantur , puta orationis & studii , licet habere hortos & areas ad recollectionem & recreationem seu remissionem animi , & ad opus manuum , & ad habenda necessaria hortalia idest olera suos in usus : sed non licet eis habere hortos & vineas quæstus causa , ut fructus distrahanter , ut hic , & cap. exiit , §. ad hac , hoc tit. in 6.

§. Rursus cum predictus.

FRATRES minores non debent temere habere granaria & cellaria , in quibus reponatur vinum & granum , tempore messium & vindemiarum mendicem collecta , ubi possunt sperare se vitam tolerare posse ex diurna mendicacione : sed ubi multum credibile est ex jam expertis , se non posse vitæ necessaria aliter invenire , hoc relinquitur iudicio ministri , idest provincialis , & custodis , cum guardiani & duorum conventus loci discretorum assensu .

§. Hinc est.

FRATRES minores non debent habere ecclesiæ & ædificia excessiva , idest modum excedentia , quia fundati sunt in paupertate & humilitate . Olim monachi habebant tantum oratoria ; can. * quidam , can. Eleutherius , 18. qu. 2. de quo fuisis in Ascetic. lib. 9. cap. 7.

§. Quamvis .

FRATRES minores non debent habere paramenta & vasa ecclesiastica superflua , & nimis pretiosa , sed decentia , ne videantur contravenire propositæ paupertati . Vesteræ pretiosæ non congruant professoribus paupertatis ; Matth. 11.

Qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt. Etiam gentilibus displicuit usus pretiosarum veltium in sacris. Perf. Satyr. 2.

Dicte, Pontifices, in sancto quid facit aurum?

§. Circa equorum.

FRATRES minores equorum & armorum oblationes in funeribus non debent recipere. Ecclesia paroeciali debetur quarta funerum ab hospitalariis, praeterquam de equis & armis, quae ipsis efferuntur in subsidium terræ sanctæ; cap. in nostra, de sepult.

§. Ex premissis.

FRATRES minores non habent dominium & proprietatem rerum, sed nudum usum facti, §. proinde, supr. & habent tantum tenuem & arctiorem usum ex professione regulæ. Praesumptuosum & temerarium est dicere & tenere, quod haereticum sit usum pauperem, idest abdicationem proprietatis includi, necnon includi sub voto evangelicæ paupertatis; tamen indeterminatum relinquitur. Hodie standum est extravag. cum inter nonnullos, & seq. Joan. XXII. hoc tit. quibus damnata est sententia eorum, qui asserebant Christum & Apostolos nihil proprium habuisse.

§. Demum quia.

ELECTIO ministri, idest provincialis, pertinet ad capitulum provinciale, & debet fieri die sequenti quam fuerit congregatum, ne capitulum sit sine capite: & si ad electionem procedatur per scrutinium, & votis in diversa divis plures electiones fiant in discordia, electio facta a majori parte capituli confirmatur, non obstante exceptione, vel contradictione alterius partis, vel infirmatur prius cognita causa; & si infirmetur electio, redit ad capitulum. In confirmatione electi non admittitur exceptio vel contradictione alterius partis, quæ tamen admittitur in confirmatione aliarum electionum; cap. ult. de elect. in 6. Simile in confirmatione abbatis factæ a duabus partibus monialium, quæ etiam confirmatur, non obstante contradictione partis alterius; cap. indemnitatibus, §. sane, eod. tit. in 6. Infirmita electione, electio indistincte redit ad capitulum; vel distinguitur, an scientes, an ignorantes elegerint indignum: cum tamen alias scientes eligentes indignum, priventur jure eligendi pro hac vice, & electio non revertatur ad eos, sed ad superiorem devolvatur; cap. cum in cunctis, §. ult. cap. bona memoria, de elect. cap. quamquam, eod. tit. in 6.

§. Verum si.

IN provinciis ultramarinis Hiberniæ & Græciæ, in provincia Romana, electio provincialis non pertinet ad capitulum provinciale, sed solet spectare ad ministerium generale cum proborum ordinis consilio. Sic quandoque electio abbas non libere spectat ad conventum; cap. cum dilectus, de consuetud.

§. In destituzione.

IN destituzione ministri provincialis spectatur consuetudo.

§. Ceterum.

§. Ceterum,

DEICIENTE ministro generali, vicarius ordinis supplet ejus vices in electio-
ne ministri provincialis, quibus casibus ad eum pertinet, & in aliis, do-
nec provisum sit de ministro generali, mortuo ministro generali, per quem cree-
tur vicarius ordinis. Vide gloss. hic.

Clem. Sape.

CAUSÆ summariae sunt, in quibus proceditur simpliciter & de plano, stante
judice, non sedente pro tribunali, in quibus proceditur summarie, quasi sum-
matim & per capita causa cognita; L. a divo Pio, §. si rerum, de re judicat.
L. si is a quo, §. 1. ut in possess. legat. L. 3. §. sciendum, ad exhib. L. judi-
cates, C. de judic. Summa est commentariolus per summas, aut capita redactus;
Quintil. instit. lib. 10. cap. 7. Illud quod Lenas præcipit, displicet mihi, que scri-
perimus, in summas sive commentarios & capita referre. Summariae causæ sunt,
ut causæ matrimoniales & usurarum, causæ beneficiales & decimarum, causæ
electionis, postulationis & provisionis beneficiorum; clem. dispensiosam, supr. de
judic. causæ hæresis, cap. ult. de heretic. in 6. causæ alimentorum & salario-
rum, arrestationes seu pignorationes debitorum suspectorum de fuga; Bartol. ad
L. momentanea, C. qui legit. pers. standi in judic. hab. Quæcumque causæ ple-
niorem cognitionem desiderant, per libellum, idest nudam subscriptionem ad li-
bellum de plano expediri non possunt, sed pro tribunali; L. omnia, de R. J.
L. 9. §. 1. de + offic. praesid. Ubi judex datus est a summo Pontifice, itaut pro-
cedat simpliciter & de plano, sine strepitu & figura judicii, necessario non exi-
gitur libellus, idest citatio per libellum. In causis summariorum non requiritur li-
bellus, quia in his non servatur ordo judiciorum. In aliis causis necessario da-
tur libellus; auth. + necessaria, C. de litis contestat. quam Gratian. inseruit post + offic. procons.
can. inducia, 3. qu. 3. cap. 1. de libell. oblat. In judiciis summariorum non requiri-
tur citatio per libellum, sed nudo verbo, sive scripto, nec litis contestatio. In
causis summariorum judex potest procedere feriis indicatis a jure, puta feriis messium
vel vindemiarum, quibus etiam partes renuntiare possunt, cap. ult. de feriis. In
judiciis summariorum amputantur dilations, quod commune est cum ceteris judiciis,
exceptiones dilatoria, & appellations frustratoriae tolluntur: tamen probations
necessariae & defensiones legitimæ in his admittuntur. Per hoc non tollitur in
his recusatio judicis, cum exceptiones & defensiones legitima reserventur, ut no-
rat gloss. hic in verb. hic litis contestationem. In summariorum judiciis non requi-
ritur libelli oblatio, sed citatio, quæ fit verbo sive scripto. Verum quia sen-
tentia debet esse conformis libello, in ipso litis exordio petitio facienda est ver-
bo vel scriptis, actis tamen statim inserenda, ut appareat super quibus positio-
nes & articuli formari debeant. In his judex debet statuere terminum partibus,
ad edenda omnia acta, & munimenta. In causis summariorum, judex datus senten-
tiā definitivam citatis ad hoc partibus, licet non peremptorie, idest tribus edi-
ctis vel uno pro tribus, quod peremptorium dicitur, in scriptis stans vel se-
dens pro tribunali proferre potest, etiam non facta conclusione, etiam si non
sit conclusum in causa. In aliis judiciis requiritur conclusio in causa; cap. pa-
storialis, de caus. possess. & propriet. cap. quoniam contra, de probat. cap. cum + Lege, §.
dilectus, cap. cum Joannes, de fid. instrum. In summariorum judiciis non requiri-
tur solemnis ordo judiciorum; si tamen in totum vel ex parte observetur, non quod & in
contradicentibus partibus, processus judicis valet, quia facile res reddit ad jus com-
mune; L. si unus, + §. quod si non ut totum, 2. de pacitis, clem. dispensiosam, pactis.

supr. de judic. Notandum quod Joannes Fasoli Pisanius legum doctor edidit tractatum de summaria cognitione, quem Joan. Andreas laudat hic in verb. non postules, & quem Speculator inseruit lib. I, tit. de offic. omn. judic. §. uit.

F I N I S,

ANTO-


INDIUS
ALTESERÆ
ANTONII DADINI
U. J. PROFESSORIS
ET DECANI UNIVERSITATIS TOLOSANÆ
SEX PRÆLECTIONES
SOLEMNES
Habitæ pro instauraudis Scholis.

INDICULUS.

PRÆLECTIONUM SOLEMNIUM.

AD cap. constitutus, ix. de in integr. restit.	pag. 227
Ad cap. nisi essent, xxi. de præbendis.	233
Ad leg. pactum dotali, iii. C. de collat.	237
Ad cap. II. de clandestin. despons.	241
Ad cap. quæstum, de rerum permut.	247
Ad leg. ult. ff. de hered. instituend.	251

LIBRERIA
ET DECANI UNIVERSITATIS TOLOSANA
SEX PRÆLATIONES
2012
Habita per in fabriq. Scrofa



PRÆLECTIO SOLEMNIS

AD CAP. *Constit.* ix. *De in integ. restit.*

Habita xix. Octobris M. DC. LIII.



ELEBERRIMA in scholis & in foro est species hujus cap. sed a Glossographis infelicius accepta , ob inscitiam juris Gallicani , cuius pulcherrima argumenta latent in ejus contextu . Nec mirum hæc Transalpinos effugisse , qui dum sua tantum mirantur , nostra contemnunt ; ignoratione rerum externarum , in multis hujuscemodi juris partibus facile lapsi sunt . Quod cum variis constet rescriptis , quæ ad Gallias & alias gentes orbis Christiani pertinent , hæc plerumque interpretanda sunt , ex legibus & moribus illarum gentium , quarum in gratiam edita sunt .

Hoc vitio interpretes decretales Pontificum , magis suo studio foedarunt , quam illustrarint ; hisque magis tenebras obduxere , quam lucem attulerint . Ego , qua par est religione , priorum judicia colo & veneror : sed non ita his membrum addictum reor , ut novis cogitationibus , tanquam aqua & igni , me interdictum putem . Ea libertate gaudet litteraria respublica , ut civile & honestum videatur , quod passim fervescit inter litteratos certamen : pulcherrima lux veritatis , quæ variis ex sententiis oritur , velut igniculus e collisione silicum .

Hujus capitinis species hujusmodi est . Guillelmus proprio & fratri Joannis canonici Parosinensis nomine . Parona sive Ferona , est castrum non ignobile Veromanorum , de quo Frooard. in chronic. Rodulphus Heriberto (is erat Comes Veromanorum) denique Parronam , & Hugoni filio Rodberti Cinomannis dedit . Et Baldric. Noviomens. chron. Camerac. lib. i. cap. 21. In municipio Veromanensi , quod Perona vocatur . Guillelmus , inquam , proprio & fraterno nomine , oblato libello questus est apud Pontificem , quod his nondum adultis , eorumque matre , cui heredes extitere , e vivis sublata , G. pater ipsorum quasdam possessiones utrique , idest patri & matri communes , nonnullis vendidit certo pretio ; ac quo hujusmodi venditio rata esset , liberos qui erant in potestate , emancipavit , eosque contractui adhibuit . Sed quia venditio bonorum quæ libe-

† Ab auctore in calce suæ editionis post indicem pag. 40. emendatum legitur, consensit eorum emancipationi. Ego iterum corrigo, nec convalescere poterat consensu eorum & emancipatione, quæ, &c.

ris competit, ipso jure nulla & irrita erat, nec convalescere poterat, + consensit secreto emancipationem, quæ a patre dolo facta erat meditatæ venditionis firmandæ causa; supplici prece rogavit Pontificem, ut aut nulla & irrita venditio diceretur; aut cum adhuc occurrerent intra tempus restitutioonis in integrum, idest intra annum & diem a tempore contractus, ipsis tanquam proximioribus liceret retrahere illam portionem, idest paternam, oblato emptori pretio, juxta usum receptum consuetudinis Paronensis municipii, & ut super utroque, idest partibus paternis & maternis, eis subveniretur beneficio restitutioonis in integrum, cum nimis laesi probarentur, ac emptori vel ejus heredibus offerrent pretium portionis ejusdem, idest materna.

Re audita, Pontifex mandavit judicibus in hanc rem datis, ut venditionem pro parte, quæ liberis competit jure materno, nullam & irritam pronuntiant, si facta esset omisis solemnibus, quod si in venditione non deessent quidem solemnia, sed de laesione constaret super utraque portione, idest paterna & materna, auctoritate apostolica in integrum restituuerentur, dum tamen, quod offerebant pretium, emptori præstarent.

Liberis in potestate manentibus, certum erat venditionem factam a patre nullius esse momenti, cum abesset causa alienandi in rem filiorum. Pater bona adventitia filii non potest alienare, vel obligare, saltem nisi in rem filiorum, puta æris alieni hereditarii solvendi, vel alia justa causa: alioquin filio quandocumque sui juris facto, competeteret vindicatio, silente interim præscriptione; L. 4. L. cum oportet, §. non autem, L. ult. §. fin autem + C. de bon. que liber. Sed liberis emancipatis consentientibus, videbatur alienatio valere, perinde acsi ipsi alienassent sine patre. Emancipatus beneficio emancipationis fit paterf. & ex omnibus causis obligatur tanquam paterf. Nec corruptitur alienatio facta per emancipatum interventu patris, quia emancipatus ita absolvitur a patria potestate, ut videatur agere cum patre, veluti cum alio quolibet: ac demum emancipatus pro extraneo habetur; L. quin etiam, in fin. ff. de rit. nuptiar.

Nec alienationem labefactat emancipatio continens actori quasi dolo affectata, & comparata ex infidiis, ut robur quereretur nefario contractui, quia spectanda est persona patris. Nimis grave ac pæne sacrilegum est male suspicari de pietate & affectu patris. In patrem non cadit actio de dolo, propter affectionis causam, quæ omnem suspicionem fraudis amovet; L. non solum, §. I. ff. eod. Non tenetur actio in factum de dolo pater, qui filiam impuberem nuptium dedit, quia magis vota festinasse, quam dolo fecisse, magis affectu proprio, quam dolo malo id fecisse videtur; L. pen. §. Julianus, ff. quod fals. tut. auctor. Si filia emancipata transegerit cum patre, qui rem ejus curavit, non datur ei actio de dolo adversus patrem; L. si superfite, C. de dolo. Paterna pietas semper anxia & sollicita est in commoda & salutem liberorum. Pietas paterni nominis semper optimum consilium capit pro liberis; L. nec in ea lege, §. ult. ff. ad leg. Jul. de adulter. cap. Super eo +, de testib. Denique in rerum natura non datur affectus, qui æquet, nedum vincat paternum; L. ult. C. de currat. furios. Hinc patri datur actio quod vi metusve causa, ob vim metumve, quem passus est in liberis, cum pro affectu parentes magis in liberis terreatur; L. 8. §. ult. quod met. caus. Vibrantur viscera patris casu & periculo natu: unde non fert paterna pietas, filium noxæ dedi, quod per filii corpus pater magis quam filius periclitetur, §. ult. inst. de noxal. abt. Se ipsam nescit paterna caritas, totaque in liberos effunditur: totus pater infudat filiis, per vitæ discrimina, per naufragia, terra marique opes quaritat, quas natis relinquat: adhuc spirans eos suos hæredes nanciscitur, aut potius rerum socios & condominos sibi ascelicit; L. in suis, de liber. & posth.

Votum parentum est liberos sibi esse superstites: hac prece numen fatigant; unde supersticiosos vocamus: & si intempestivo facto rapi contigerit, nedum queruli

† 2.

queruli & flebiles, immo furentes, naruræ indignantur de turbato ordine mortalitatis; L. *nam et si parentibus, de inoffic. testam.* Quam ingeniosus amor parentum! Quam cautus pater in periculo nati! Anguem faucibus ejus harentem, affectus spiritu magis quam dolo elicit:

Ars erat esse patrem, vicit natura periculum.

Nec modo vitæ & fortunis liberorum, sed & famæ, & pudori consulit paterna pietas. Votum patris est, ut filia nubat, quo ejus pudicitia tuta sit matrimonii solatio; L. mulier, §. *cum proponetur, ad Trebell.* L. *pater filie, de evict.*

Singula natorum funera, totidem parentum vulnera ostendunt, quæ patris animam & viscera faucent; Quintil. 6. instit. in procem. *Repetito vulnere orbitatis.* Et Tacit. in Agricola: *Domestico vulnere ictus, anno ante filium amissit.* Tot naturæ vinculis, tot animi & sanguinis nexibus, tot sacris pignoribus & argumentis sancta parentum fide in liberos; quisnam malignis suspicionibus locus supersit? Itane erit, proh pudor! ut in patrem audiantur liberi, audiantur apud summum Pontificem, pene coram ipso numine reveletur patris pudor per liberos? Sed pudori minime parcitur, ut consulatur egestati, & alimentis liberorum. Non injuria beneficio restitutionis rescinditur alienatio bonorum maternorum, quæ a patre facta fuit in necem liberorum: bona scilicet alienata erant communia utrique, id est patri & matri; non ea sola ratione quam glossa observavit, quod communi pecunia parta essent; sed magis quod parta essent constante matrimonio, manente bonorum societate, quæ moribus contrahitur inter virum & uxorem: mulier socia totius vitæ & utriusque fortunæ, socia rei humanae & divinæ; L. i. *de rit. nupt.* L. + i. C. *expil. hered.* Socia non modo tori & voluptatis, sed & laborum & periculorum domi & peregre, in pace & bello: quæ propria laus fuit Gallicarum & Germanicarum mulierum. Hac laude demerita societas, quasi præmium & merces commilitii, nostri collaborationem, cuius tertiam tultit mulier; capitul. lib. 4. cap. 9. Hanc partem Nantildi Reginæ servatam in divisione regiae gaza Dagoberti, refert Aimoin. lib. 4. cap. 36. Et quidquid pecunia fuit, Rodulphum in Franciæ & Burgundiæ monasteria sparsisse, seposita uxoris parte, narrat Frooard. in chron. ad ann. 821.

Nequaquam igitur valebat alienatio prædiorum pro ea parte, quæ uxoris erat, cum patri non licaret alienare prædia, quæ liberis competebant ex hereditate materna. Nec erat quod duceretur ad invidiam nomen paternum, quia patria potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere; L. *divus, ad leg. Pomp. de parricid.* Patria potestas non datur in exitium & necem liberorum, sed potius in eorum commodum & salutem. Conjectura pietatis, pater semper intelligitur eo animo fuisse, ut vellet consultum liberis; L. *cum avus, de condit.* & dem. L. *cum acutissimi, C. de fideic.* Hac conjectura & abstinenti beneficium datur liberis a prætore, quasi ex tacita voluntate patris, ut consulatur pudori liberorum, & parentum nomine, potius quam ipsorum bona veneant a creditoribus, §. *sui, inst. de hered. qualit.* & diff. Tanti præstat affectio paterna, ut sibi & proprio cineri non parcat, quo adjuvetur fortuna & status liberorum.

Nec alienationem sua labo & virtu exemit consensu liberorum, & emancipatio ipsa, quia consensum fraude & dolo eliciti satis arguit ipsa, quæ alienationem prævit, emancipatio. Maligne & intempestive non licet patri filium emancipare, nec nisi in ipsius gratiam & honorem. Emancipatio est præmium bene affecti patris, beneficium quod debet esse gratuitum: nec pater qui filium emancipat, quidquam retinet præter dimidiā ususfructus bonorum adventitiorum, in præmium emancipationis; L. *cum oportet, §. cum autem, C. de bono que liber.* Emancipatio, quæ est actus legitimus, non recipit conditiones, quæ onerent libertatem; L. i. §. *que oneranda, quar. rer. act. non t det.* Ergo vix de- + das;

fendi potuit emancipatio, quam secuta alienatio non alio animo factam satis aguit, quam firmandæ alienationis consensu liberorum emancipatorum, qui memoria recentis beneficii, vix patri poterant consensum denegare.

Emancipatio est beneficium quod debet prodesse, non obesse accipienti. Emancipatio est præmium obsequii & meritorum: adjuvari nos beneficio, non decipi oportet; L. *in commodato*, §. *sicut autem, ff. commodat.* Absit igitur ut dicamus emancipatum, quem proximus eventus ostendit, non alio animo emancipatum, quam ut exitii potens esset, & profligationem honorum suo consensu ratam faceret; atque ita facilius pateret insidiis infensi hostis, ne dicam patris. Hoc argumento notatur emancipatio facta a Regulo, cum emancipatum, ut heres matri existeret, statim ipse fœda & insolita parentibus indulgentia simulazione captaret; teste Plin. lib. 4. cap. 2. Eodem argumento emancipatus mox testamento patris præteritus, non compellitur præstare fideicommissum a se relictum, utpote *injuria affectus*; L. *+ cum quidam*, C. *de fideicommiss.* Injuria affectum dico, non modo quod præteritus, & fideicommissio tamen gravatus; sed maxime quod ante hæc omnia emancipatus maligno consilio prætereundi, & onerandi fideicommissio. Insuper intempestivam emancipationem fraude & dolo carere facile intelligitur: quo enim animo fuit pater, qui emancipationem contulit in hunc diem, quo erat alienatus materna prædia liberorum? nonne magis sibi induisse videtur, quam liberis, & liberos emancipasse, ut alienationem irritam & inanem firmaret?

+ quidam,

+ curis

+ emancipa-
tiones

+ emancipa-
tionem

Intempestivæ prohibentur emancipationes, quod omnino comparatae sint in rem & utilitatem liberorum: quapropter vetantur Episcopi & clerici, ne liberos emancipent, nisi plenus probaverint de eorum ætate & moribus; conc. Carthag. can. 38. apud Balsam. idest nisi prius causa cognita de moribus & ætate, & interposito decreto prætoris. Nempe cum ordinabantur Episcopi & clerici, secedebant ab uxoribus & liberis; & quo intentius sacris vacarent, + juris sacerdibus soluti, solebant emancipare liberos, & propria iis bona dimittere. Sed quia interdum tradebantur perdituris ob lubricum ætatis, prospectum est, ne liberi prius emanciparentur, quam ejus ætatis & disciplinæ essent, ut rebus suis gerendis non impares essent. Vetat conc. intempestivas & præcoceas + alienationes, ne liberi ætatis lubrico credantur, neve emancipatio, quæ datur in præmium, eis cedat in poenam & injuriam. Jure civili pater non prohibetur liberos impuberes emancipare; sed si eos emancipet, legitimi tutoris vicem sustinet; L. 3. in fin. *de legit. tutor.* ne desinente officio patris, vicarium desit officium tutoris. Pater emancipat liberos sub id tempus, quo alienatus est bona adventitia liberorum, adhibito consensu emancipatorum. Nonne absque *injuria*, intempestivam dicitur + alienationem, quæ liberos non mitit e familia, sed projicit spoliatque; non patresfamilias facit, sed miseros & inanes dimittit?

Nec obstatabat emancipatio rite & absque dolo facta, quin liberi restituendi essent adversus consensum præstitum alienationi bonorum, auctore patre: quia emancipatio quidem solvit patriam potestatem, solvit civile vinculum potestatis; sed nequaquam solvit naturalia jura, idest auctoritatem, reverentiam & obsequium, quæ natura altius infixa hærent animis, quam ut manu prætoris avelli possint. Non uno actu fiebat emancipatio: per trinam imaginariam venditionem & manumissionem, ut intelligeretur quam ægre reluctant natura, & ipso jure, filius e potestate patris abiret. Per emancipationem ludicro & imaginario actu solvitur patria potestas; sed ejus vestigia altius insita manent in animo. Hinc si filius emancipatus mandante patre, manu sua scriperit, domum suam pignori futuram creditori patris, videtur obligationi consentire, quia pater emancipato filio facile persuasit, ut ait L. *fideiujssor*, §. 1. *de pignorib.* Æque liberos afficit auctoritas & reverentia patris, ac potestas: æquam igitur parit utraque causam restitutionis. Pari argumento, si libertus post manumissionem incontinenti, vel ex

ex intervallo, operas vel obsequium patrono promiserit, quæ onerent libertatem, restituitur, quod metu & nimia reverentia promisisse intelligatur; L. i. §. quæ oneranda, *quar. rer. act. non + det.*

Variis actionibus enitebantur liberi revocare res alienatas a patre. Primum petebant sibi reddi partem maternam, quasi nullo & irrito consenuit praestito alienationi post emancipationem: tum si staret emptio pro ea parte, petebant ut sibi liceret retrahere aliam portionem, idest paternam, tanquam proximiores jure retractus gentilitii, oblato pretio emptori juxta consuetudinem municipalem, quandoquidem nondum elapsum esset tempus retractus, qui datur intra annum & diem a tempore contractus. Et quia consenserant alienationi, adhucque erant intra tempora restitutionis, poscebant se in integrum restitutui beneficio ætatis, vel exceptione, quod metus causa.

+ dat.

Romanis non ignotum fuit jus retractus. Jure, veteri nimirum, quadam constitutione, quæ desideratur, proximi & confortes præferebantur extraneis in emptione rerum; L. dudum, C. de contrah. empt. quod jus nescitum stante republika, quæ cives rerum suarum arbitros plenissime constituit, & de eis liberam inter vivos, vel mortis causa disponendi potestatem fecit; M. Tull. pro Balbo: *Prediorum nullam esse gentem, emptionibus ea solere saepe ad alienos homines, saepe ad infimos, non legibus tanquam tutelas pervenire.* Constit. Valentini, quæ continetur dicta L. dudum, exploso jure veteri, libera est cuique emptio & venditio rerum suarum: quilibet potest eligere emptorem, ita ut propriores arceantur a jure submovendi extraneum ab emptione, ne cuiquam tollatur rei suæ arbitrium, neve gravior injuria inani honestatis colore veletur.

Moribus constitutum est jus retractus ex voto parentum. Honesti & cordati patris. votum est, ut bona conserventur familiae. Bona lege deferuntur proximis, ita ut non dicantur ad eos pervenire, sed ad eos redire; L. quo tutela, de R. J. Terent. in Andria: *Ejus morte ex ad me lege redierunt bona.* Et idem in Hecyra: *Ea ad hos redibat lege hereditas.*

Francorum moribus restitutum jus antiquum, ut propinquis liceat retrahere rem venditam intra annum & diem a tempore contractus, oblato venditori pretio. Et hæc fuit consuetudo Paronensis municipi, quæ celebratur in hoc cap. Jus retractus præscribitur intra annum & diem. In præscriptione annali anno adjicitur dies, quasi supplementi & corollarii vice, ne ita angustis terminis coeretur, qui jure retractus uritur, quin admittatur etiam intra modicum tempus post annum. Ita actore misso in possessionem rei servandæ causa, reo absente, & non defenso, reus auditur, si intra annum & diem offerat cautionem judicio sibi, & reintegratur ei possessio; cap. cum venissent, de eo qui mitt. in poss. rei, serv. caus. Ita feudum amittitur, si vassallus investituram non petierit intra annum & diem a morte domini; cap. i. *Qua fuit prima caus. benef. amitt. in usib. feud.* Et apud Gunter. ligur. lib. 8. Et virginis professæ ante xii. annos datur annus & dies, intra quem licet pœnitere; conc. Aurelian. V. can. 19. Tribur. can. 25. can. puella, 20. qu. 2. Et ita apud Latinos, Syria armis recepta a Sarracenis, ne possessorum desertione & ignavia regio careret defensore, annalis præscriptio admissa est, ut qui per annum & diem pacifice fundum possedisset, tutus esset; W. Tyrius lib. 9. cap. 19. Hi causam edicto dederunt, ut annua præscriptio locum haberet, & eorum soveret partes, qui in tribulatione perseverantes per annum & diem tranquille & sine quæstione aliquid possiderent. Vassallis Carnotensis ecclesiæ casamenta, idest feuda ecclesiastica per annum & diem possessa, sese confirmasse memorat Ivo Carnot. epist. 284. *Adjecimus etiam, ut quidquid haec tenus de casamento Carnotensis ecclesiæ, concessione possidentium & præsidentium per annum & diem quiete possederint, de cetero nostra concessione quiete possideant.* Et hoc additamentum est quasi scenus modici temporis in præscriptione temporali, quod non caret etiam auctoramento juris civilis: nam & in

L. ubi lex, de R. J. cum dantur duo menses a lege, & sexagesimo primo die veniens auditur. Et quod dicitur solvendum statim ab adita hereditate, cum aliquo temperamento temporis accipiendum est, ne heres cum facco, idest pecunia præsenti in manu, adire cogatur; L. quod dicimus, de solut.

Non abs jure igitur rem venditam a patre liberi reposcebant jure retractus gentilitii, cum municipali consuetudine adjuvarentur, & ipsi occurrerent intra annua & diem a tempore contractus. Quod vero implorarent beneficium restitutionis in integrum, in causa erat consensus præstitus alienationi: qui enim semel consensit alienationi, tacite a jure retractus discessisse videtur. Nemo potest venire contra factum suum, & retrahere adversus se ipsum. Alioqui retractus patebat jure communi absque beneficio restitutionis. Frustra postulatur a Princepe, quod de jure communi obtineri potest; L. + in causa, de minorib. L. Imperatores, de reb. aucto. jud. possid. Adeoque filiusfamilias, etiam si nihil habeat in bonis, potest retrahere rem a patre venditam, ex consuetudine, quæ hoc remedio prospexit ne bona migrant ad extraneos.

Denique infelices liberi poscebant, se in integrum restitui super utroque, idest adversus venditionem utriusque patris, paternæ & maternæ, propter immodicam læsionem. Justissima causa restitutionis erat enormis læsio, facta patris illata. Liberis etiam adversus patrem, si ultra modum læsi sint non de dolo propter paternam reverentiam, sed in factum actio datur; dicta L. si supersite, quia enormis læsio est idoneum argumentum dolii & fraudis etiam in patre, nec liberis ad invidiam occendantum paternum nomen, non invidiosum liberis, si querantur de patre apud parentem orbis Christiani, qui præsentis numinis vices gerit in terris. Ipsam Palladem de Jove parente suo, tanquam virtutis impedimento, queritantem audimus apud Homerum Iliad. 9.

ΚρέτλιΘ ἀτὰν ἀλεθῆς, ἐμῶν με νέων ἀπερώδει.
Infestus semper peccator, virtutis meæ impeditor.

Liberorum querelam non respuit Pontifex, judicibus in hanc rem datis demandans, ut si rerum fides constaret, venditionem nullam & irritam pronuntiarent pro ea parte, quæ spectabat ad liberos jure materno, si in ea abesset juris solemnitas; quod si non deessent solemnia, verum enormis læsio subesset pro utraque parte, pro materna, & residua, idest paterna, in integrum eos restituerent auctoritate apostolica, dum tamen, quod offerebatur pretium, emptori restitueretur.

Aditus Pontifex etiam in temporalibus, quod postremum expendo, licet primum esset in ordine processus, quia prætoris primum est scire, an sua sit jurisdictio; L. si quis ex aliena, de judic. aditus, inquam, Pontifex etiam in temporalibus, restitutionis beneficium postulantibus impetriri, & super ea re judices dare non dubitavit, et si videretur falcam mittere in messem alienam: idque vel propter admixtam personam clerici, qui unus erat actorum, quia ea ætate sedes apostolica οὐέος cognoscebat de omnibus causis clericorum; cap. ult. de foro competent. vel propter consensum ultro se adeuntium, quo prorogatur jurisdictio non competentis judicis. Ea ætate solebant adiri summi Pontifices, e toto orbe Christiano in temporalibus pariter ac spiritualibus, uno agmine a laicis & clericis. Tanta erat reverentia & demissio omnium fidelium erga sedem apostolicam, ita ut Roma major visa sit arce religionis, quam solio potestatis; Ambros. de vocat. gent. lib. 2. Sed cum tota jurisdictio Pontificis versetur in spiritualibus, temporalium cognitione eam foedari nequaquam convenit.

PRÆLECTIO SOLEMNIS

AD CAP. *Nisi essent.* XXI. *De præbend.*

Habita XVIII. Octobris M. DC. LXXVI.

EDITO jam Innocentio III. & qualcumque opera industriave a me excul-to , proxima cura succedit Alexander III. Pontifex ætate prior , juris divini ac humani scientia non impar . Qualis enim quantusque fuerit , ex hoc uno intelligere licet , quod e professore juris canonici in academia Bononiensi Romam evocatus , primum Cardinalis , postea cancellarius ecclesiae Romanæ factus , his gradibus ad Pontificatus culmen pervenit : de quo apud Radevicum extat lib. 2. cap. 31. gratulatoria ejus epistola ad Episcopum & doctores Bononienses . Ut opus , etli arduum , aggrediar , movet me præstantia Pontificis , movet me scholæ & studiosorum utilitas . Interim dum operi incumbo , auspicato pro instaurandis scholis ex more solemnni , cap. *nisi essent* , *de præbend.* quod est Alexandri III. selegi , quasi insignes primitias concepti operis , & studiorum non ignobile argumentum .

Hujus cap. species hujusmodi est . Vacante prioratu , conventuali scilicet , ut colligitur ex eo , quod super eo per electionem provisum memoratur , quia prioris conventionalis electio pertinet ad monachos ; clem. *etsi principalis* , *de rescript.* tum ex eo quod prioratus infra dicitur habere capitulum , cuius præpositus erat prior conventionalis , qui non habet super se abbatem ; cap. *cum in ecclesiis* , *de major.* O obed. cum ex eo quod idem prioratus dignitas dicitur in fine hujus cap. vacante , inquam , prioratu , & divisis in partes eligentium votis , pars unum in priorem elegit , pars alterum . Cum de electione lis mota esset , & delata ad summum Pontificem , ab eo judices dati sunt , apud quos cum res diutius trahe-re tur , litis tædio partes compromisere in eosdem judices , tanquam in arbitros , qui ex compromisso arbitrium suscepere , reservata sibi delegata potestate , & post diutinam concertationem sententiam dixerunt , per quam uni ex electis prioratum adjudicarunt , itaut alteri annuam pensionem xx. librarum de redditibus capituli , & xl. librarum de proventibus prioratus præstaret : quia scilicet prior percipiebat certos redditus de mensa capituli , præter proprios redditus , quos ferebat de prioratu .

Quæsitum est , an ordinatio seu sententia judicum valeret . Re cognita , Pontifex sententiam judicum confirmavit , adhibito hoc moderamine , ut onus pensionis afficeret personam , non rem , ad præstationam pensionis dignitas prioratus non teneretur , sed persona prioris , & mortuo priore onus pensionis non transiret in successorem .

Hac constitutio est valde singularis , & digna pontificio judicio , digna so-lemni repetitione & auditorio celeberrimi confessus . An valeret sententia , du-bitationem movebat , quod a judicibus delegatis sententia lata erat contra formam mandati , quo ad hoc tantum dati erant , ut judicarent quisnam ex electis in concursu potior esset , ut potiori prioratum adjudicarent . Judex delegatus ob-stringitur certæ formulæ , nec potest excedere formam & terminos mandati ; L. ⁺ actio po-titionem Au-toris non probat .
actio , de negot. gest. L. diligenter , mandat. cap. cum dilecta , de rescript. cap. venerabili , de offic. delegat. Senec. 3. de benef. 7. Judicem formula includit , & certos , quos non excederet , terminos ponit . A judicibus delegatis sententia prolata erat contra formam mandati , quatenus uni ex electis prioratum adjudicarunt , &

Tom.V. Par.IV.

G g

† R.

alteri pensionem annuam super fructibus prioratus. Ideo ita nulla & irrita videbatur sententia, ut non sententia, sed ordinatio dicatur, ut in cap. *cum inter † seniorem, supr. de elect.* Similis compositio auctoritate judicis lata, modo compositione, modo ordinatio dicitur.

Et ordinationem hujusmodi valde sibi suspectam videri propter exempli perniciem, non negat Pontifex; quia exemplo periculosum erat ecclesiasticis beneficiis onera & pensiones imponi, ne ex eo induceretur sectio beneficiorum, quæ Tur. conc. vetatur; cap. *majoribus, cap. vacante, hoc tit. cap. unic. ut ecclesiastic. benef. sine dimin. conf.* Periculum est, ne indulgentia & remissio a posteris in exemplum trahatur; cap. *cum in cunctis, §. ea propter, de elect.* Pessimum facinus, quod nocet exemplo; Liv. lib. 3. *Pessimum facinus pejore exemplo.*

[¶] lege, ejus rei Sententia datorum judicum nulla erat defectu potestatis, utpote lata a iudicibus, quorum potestas desierat, ex quo arbitrium suscepere: quod non licet, quia lege *Julia de judiciis* judex datus a magistratu, * & rei, de qua semel judex datus est, arbitrium ex compromisso suscipere prohibetur. Judex datus, omissa persona judicis, non potest arbitri personam in se transferre; L. 9. §. *si quis judex, L. non distinguemus, §. questum, de recept. arbitr.* Multo fortius judex datus a fede apostolica, quali s' preto mandato, non potest compromissum suscipere, propter reverentiam, quæ debetur mandatis sedis apostolicæ.

Præterea judices dati non poterant diversis officiis fungi, partim judicum datorum, partim arbitrorum compromissariorum: nemo duorum vicem sustinere potest; L. *si plures, de pact.* Et quod dicitur a iudicibus statutum, ut unus prioratum consequeretur, hoc ex jurisdictione delegata constitutum videtur. Quod autem ordinatum est, ut alter annuam pensionem ferret de fructibus beneficii, magis pertinebat ad officium arbitrorum, quam judicium, tanquam a jure prorsus alienum: quia unus & idem in eadem causa non potest fungi officio judicis simul & arbitri, quia haec duo sunt valde discrepantia. Munus judicis est publicum; L. ult. §. *judicandi, de muner. & honor.* munus arbitri privatum. Hæc ita inter se differunt, ut in eandem personam cadere non possint: atque ita judex in eadem causa non potest diversas personas sustinere, ne munus judicis comicum, versatile, & ludibrious videatur. Unus & idem judex non potest diverso jure censeri, partim ex mandato apostolico, partim ex compromisso, ne illusio & injuria fiat summo Pontifici; cap. *bona memoria, † de postul. prælat.* Et judices dati postquam sententiam dixerant vi delegata potestatis, addicendo prioratum uni ex electis, non poterant transire ad officium arbitrorum: quia judex datus postquam sententiam dixit, functus est officio suo, idest desinit esse judex; L. *judex postquam, de re judicat.* L. 1. §. *pen. de usur. cap. in litteris, de offic. deleg.*

Immo si judices dati ex delegata potestate, uni prioratum adjudicarunt, quia eis liquebat illum canonice electum: quo jure eis fas fuit ipsum condemnare ad solvendum alteri pensionem indebitam? Non habenti jus in beneficio, pensione reservari non potest, cum non possit imponi sine causa & canonico titulo, quo jure beneficium sine canonico titulo obtineri non potest; cap. 1. de R. J. in 6.

Immo & super beneficio, reque spirituali compromitti non potest; cap. *contingit, de arbitr.* Et hanc esse sententiam cancellaria Romana refert Collectarius in cap. *forus, num. 23. de V. S. Felin.* in cap. *capitulum, in fin. de rescript.* Nulla igitur est sententia, quæ fuit lata in causa beneficiali a iudicibus datis, ex compromisso desultorie suscepito.

^{† 2.} Non deerant & alia rationes. Prioratus, quæ nuda erat administratio; clementia in agro, §. *sane, † de stat. monach.* non poterat recipere onus pensionis. Praepositus ecclesiæ non potest ei servitutem vel censum imponere, non potest alienare vel obligare rem ecclesiæ, quia est nudus procurator, non dominus; can. *privatum, 12. q. 1.* Beneficio ecclesiastico non potest aliud onus imponi, praeter servitum & obsequium ecclesiasticum; cap. **significatum, de præbend.* cap. ^{2.} *de*

*de success. ab intest. cap. * i. de censib. Ecclesiaz vacanti onus vel pensio imponi non potest ; cap. 2. de suppl. neglig. prelat. cap. cum clericis, † cap. tua nos, †† de pali. jurejur. cap. * ult. de rer. permitt. ne inducatur sectio & scissio beneficiorum, ne †† i. titularis abscissis fructibus deficiat in opere, & fucus devoret mellificium, id est operam & industriam apicularum. Eadem ratione ecclesiis novus census imponi, vel antiquus augeri non potest ; cap. prohibemus, cap. significavit, cap. grayis, cap. quanto, de censib. Quæ comprobavit constitutio Caroli VI. quæ refertur a Benedicto in cap. Raynut. in verb. si absque liberis. Tot argumentis corruit sententia, per quam beneficio, maxime regulari, pensio imponebatur.*

Et quod pejus erat, hujusmodi sententia simoniae labi non carcere videbatur, quatenus etiam spirituale non potest dari pro spirituali ; cap. ult. de rer. permitt. Quia per hanc sententiam pars una pro re spirituali recompensationem certæ pensionis accepit, quæ est ratio, quæ proponitur in cap. constitutus, de religios. domib.

Satis incivile & irregulare etiam videbatur, quod ex sententia judicum unus ex electis pensionis nomine latus erat xx. solidos de redditibus capituli, id est de fructibus, quos prior percepturus erat de mensa capituli. Prior ut praepositus ecclesiæ habebat proprios reditus adscriptos prioratui, qui non erant communis cum capitulo. Ex quo intelligimus jam ab ea aetate defecisse disciplinam regularem, & communionem vitæ regularis inter abbatem & conventum, & ceperisse tolerari divisionem mensarum. Cujus rei locuples vestigium extat in cap. edoceri, de rescript. de quo Panormit. in cap. cum ad monasterium, de stat. monach. Abbatem Westmonasterensem in Anglia & conventum discretas mensas habuisse jam ab anno 1252. refert Matth. Westmonasteriens. Cum bona abbatis Westmonasteriensis & ejusdem loci prioris & conventus discreta sunt, & ab invicem separata. Discretionem mensarum introductam credere par est, ad vitandam discordiam, quam materia communionis solet excitare ; L. cum pater, §. dulcissimis, de legat. 2. Verum ne tolleretur omne vestigium communionis regularis, abbas vel prior, praeter partem propriam quam habebat, etiam partem seu quotam serebat de mensa conventus seu capituli. Sicut unus e monachis vel canonicis, nomine servitii & obsequii, quod praestabat in ecclesia, non tam ut praepositus, quam ut unus e capitulo, merito videbatur priori non licere afficerre illam partem, quam serebat de mensa capituli, sine consensu capituli, cuius intererat, ne delibaretur portio illa, quæ erat obnoxia speciali oneri, puta obsequio ecclesiæ, ut cuilibet e monachis seu canonicis.

Sed si rem diligentius expendamus, non videbatur incivile, quod factum erat auctoritate judicis propter auctoritatem rei judicatae, quia res judicata pro veritate habetur ; L. & res judicata, de stat. hom. L. res judicata, de R. J. Facile excusatur creditor vel emptor, qui re evicta per injuriam judicis, adquievit sententiæ, nec provocavit tardio litis, vel metu poenæ oppositæ compromisso ; L. Claudius, qui potior in pign. L. Herennius, §. i. de evict. In dubio pro sententia præsumitur, nec est vituperandus qui adquievit sententiæ non jure latae, litis execratione. Non est vituperanda cogitatio ejus qui lites execratur ; L. item si res, de alien. judic. mutand. caus. facta, cap. constitutionem, §. statutum, de V. S. in 6.

Nec erat rejicienda sententia lata a judicibus delegatis, postquam in se compromissum esset : quia licet de jure civili judex datus non posset arbitrium suscipere ; tamen jure canonico, quod est melius & laxius, nihil vetabat partes compromittere, etiam in judices delegatos ; cap. cum olim, de arbitr. cap. ult. de rer. permittat. cap. litteras, de presumpt. Constatutio pensionis non videbatur vitiosa & illicita, quia non debebatur ex conventione partium : quo casu non valeret, cum non valeat pactum privatorum super beneficio ecclesiastico ; cap. cum pridem, de pact. In primis quod sit dato vel retento aliquo, quod est simonia-

† sub tit. de stat. hom. non adest lex res judicata. Dicere voluit L. ingenuum.

cum; cap. *super eo, de transact.* Nihil erat quod partibus imputaretur, quod factum erat auctoritate judicis. Jussus judicis excusat, ut qui de crimen pacificatur iusti prætoris, præcio dato, non notatur infamia; L. *qui jussu, de his qui nec. infam.*

Nec simonia suspecta erat ordinatio judicum, propter honestatem & existimationem judicum delegatorum, a quibus aberat omnis suspicio. Cum lecti essent a summo Pontifice, nefas erat disputare de judicio Principis, qui judicem elegit. Sacrilegii instar est dubitare, an idoneus & dignus sit, quem elegit Imperator; L. *disputare, C. de crim. sacrileg.* Simonia virtutum non cadebat in sententiam judicum, quia pensio constituta erat a judicibus datis, non ut amicis & privatis, sed ut judicibus. Episcopus remittendo jura episcopalia monasterio, absque labore simonia potest sibi censem retinere, quia hoc facit ut judex, non ut privatus, non in rem propriam, sed in rem ecclesiæ. Et hoc juvatur consuetudine; & hoc est quod ait cap. *constitutus, de religios. domib.* cum non insolitum sit nec novum id fieri. Confuetudo saepius excusat. Arbitrium boni viri more agentium sequi debemus; L. *Labeo, de statu lib.*

Nec omittendum, quod sententia lata erat a judicibus delegatis a sede apostolica, quo concessa videbatur plenissima potestas judicandi. Princeps qui magistratum dedit, omnia gerere decrevit; L. *quidam, de re judic.* Pontificem movebat etiam honestas partium, & maxime laudabilis vita ejus, cui provisum erat de pensione: quia honestas personarum excusat factum; cap. *in nostra, de procur.* In imponendis pensionibus spectantur merita personarum. Etiam possessiones ad tempus possunt concedi clericis bene meritis, vel monasteriis religionis intuitu; can. *possessions, 16. qu. 1.* In dispensationibus merita personarum spectantur; can. *Lugdunensis, 9. qu. 2. cap. de multa, de præbend.* cap. *super eo, eod. tit. in 6.* Judices etiam factum tuebantur pacis gratia, quod pro bono pacis pensio imposita est. Hæc una est e posterioribus causis, pro quibus pensio beneficio imponi solet. Quedam de jure prohibentur, quæ pro bono pacis ex dispensatione tolerantur; cap. *† abbate, de V. S. cap. 2. de despens. impub.* seu vexationis redimenda causa; cap. *dilectus, † de simon.* Judicum motus fuit etiam utilitas non privatorum, quia lex vel canon non respiebat commodum privatorum; sed utilitas ecclesiæ, ne magis personæ, quam ecclesiæ favisse viderentur; cap. *novit, ne sed. vac.* quia scilicet ecclesiæ interfuit item ocius dirimi, ne diutius vacaret ecclesia, & pastoris ope careret; cap. *ne pro defectu, de elect.*

Valde difficilis fuit judicatio causæ, nec convenisse judges in unam sententiam, nisi post diutinam concertationem, refert ipse Pontifex. Neque judicium datorum a sede apostolica, neque arbitrorum ex compromisso erat imponere pensionem beneficio. Solius summi Pontificis hoc proprium est, quia habet plenitudinem potestatis in beneficialibus; cap. 2. *de præbend.* in 6. Ideo summus Pontifex non probavit sententiam judicum, sed dispensando tolerare se dixit, adhibito hoc modo, ut pensio non afficiat rem, id est ecclesiam, donec superstes fuerit is, cuius gratia pensio constituta erat; sed personam prioris, quoad vixerit, ne videatur induci sectio beneficii, & onus pensionis non transiret in successorem. Pensiones beneficiariæ primum pro bono pacis, odio litium vix admissæ, ita ut personam, non rem afficerent, nec successorem obligarent. Pactum de re spirituali est personale, nec transit in successorem; sed vitio saeculi in pejus ruentis, onus pensionum factum est reale, ita ut migret in successorem, sicut vestigia & census prædii.

*† abbate
† 1.*

PRÆLECTIO SOLEMNIS

AD L. Pactum dotali. III. C. de collat.

Habita xx. Octobris M. DC. LXX.

HUJUS legis species hæc est. Pater nuptum collocando filiam, pactis dotibus stipulatus est, ut filia certa dote contenta, nullum ad bona paterna regressum haberet, patre intestato mortuo. Quærebatur an filia, quæ jam erat dotata, ab intestato patri una cum fratribus succederet. Consultus hac de re Alexander Severus Imp. rescripsit tale pactum inter patrem & filiam juris auctoritate improbari, nec obstatre filia, quin ab intestato succedat cum fratribus, qui in potestate manserunt, conferendo dotem quam accepit.

Post Alexandri constitutionem, ne quid ultra quæratur, vetat auctoritas legis. Nefas est in legem inquirere, vetat reverentia paterna. Pactum inter patrem & filiam, non quasi pactum privatorum spectandum; sed iudicio paterno quasi legi parendum, judicium inter patrem & liberos summarium esse, nullam breviorem esse cognitionem, paucis verbis transigi posse: ni patri pareat filius, omnia infusa habiturum, edixit Turnus disceptator sumptus inter patrem & filium, apud Liv. lib. x.

Hujusmodi pactum etiam legum suffragio, suaque auctoritate non carere videbatur. Primum, summa est ratio quæ facit pro tuenda dignitate familie, publice interest bona majorum in familia conservari, ne splendor & decus familiarum cum rebus intercidat; L. lex quæ tutores, C. de adm. tutor. Ob id maxime interest mulieres dote contentas bonis paternis renunciare posse, ne sectio ne honorum familie robur & nomen extinguitur.

Secundum, patris quidem officium est conditionem filiae quærere; id est eam nuptiis collocare & dotare; L. qui liberos, de rit. nupt. Verum pater officio functus videtur, cum eam collocavit, & congrue dotavit; nec paternæ pietati deesse videtur, si caveat, ut filia dotata renuntiet futuris: quia satis consultum videtur mulieri, cui quæsita est honesta conditio nuptiarum, cuius pudicitia consultum est per nuptias; L. mulier, §. cum proponeretur, ad Trebell. Nec absunt ab hac sententia mores Arvernorum, ex quibus talis filiae renunciatio valet, in dotem accepta corona rosea.

Tertium, si pater accepta pecunia a filio, paciscatur de non succedendo, pactum valet; L. i. §. si parens, si a parente quis manumiss. sit. Cur ergo non valeat tale pactum, ne filia succedat patri? Sed hæc omnia facile solvuntur.

i. Pactum, ne filia succedat patri, non valet, quia jure civili pactum de succedendo vel non succedendo non valet. Hereditas pactis dari vel adimi non potest, quia tale pactum tollit liberam facultatem testandi; L. pactum quod dotali, C. de pact. Nemo potest sibi adimere facultatem testandi; L. si quis, + in principio, de legat. 3. L. cum duobus, §. idem respondit, pro soc. Sic hereditas pacto adimi non potest, ex hac L. & dicta L. pactum quod dotali. Si pater instrumento dotali caverit, ne filia quid aliud præter dotem ex hereditate patris speraret, hæc conventio jus legitimæ successionis non mutat, quia privatorum cautio legis auctoritate non censetur, ut excludat liberos a legitima successione parentum; L. ult. de suis & legit. Privatorum cautione legibus non est refr-

† ff.

gandum, ne falcidia heres scriptus utatur; L. *quod bonis*, §. i. † C. *ad leg. falcid.*

2. Hereditas pacto tolli non potest, quia, ut ait Justinian. ex Papiniano L. *si quando*, §. illud, C. *de inoffic. testam.* meritis, idest præmiis magis filii ad paterna obsequia provocandi, quam pactionibus adstringendi.

3. Spes hereditatis pacto rejici non potest, qui hereditatem nondum delatam repudiatur, puta heres institutus sub conditione vel in diem incertum, qui pendente die vel conditione repudiatur, nihil agit; L. *is qui heres, de adqu. hered.* Qui viventis hereditatem repudiatur, post mortem ejus hereditatem adire non prohibetur; L. *qui superstitis*, eod. tit. Legatum vel fideicommissum relatum sub conditione vel in diem, ante diem vel conditionis eventum repudiari non potest, quia ad nos non pertinet; antequam dies vel conditio existat; L. *si ita sit scriptum, §. si sub conditione, de legat.* 2. Sic & bonorum possessio, quæ nondum delata est, repudiari non potest; L. i. §. *decretalis, de success. edict.* Denique certa regula juris est, quod jus nondum quæsitum repudiari non potest; L. *qui potest*, §. i. de R. J. Repudiatio præsupponit jus delatum, privatio præsupponit habitum. Qui repudiatur nondum delatam hereditatem, nihil agit cum effectu; non tam pacisci, quam despere videtur.

† sit scriptum

4. Pactum de non succedendo inter patrem & filiam lædit paternam pietatem, & omnia naturæ jura conturbat. Liberis parentum hereditas debetur jure proprio magis quam ex voluntate patris, naturæ simul & parentum communī voto; L. *scripto*, † C. *unde liberi.* Omnia quæ nostra sunt, liberis ex voto paramus; L. *nihil interest*, §. *sed numquid, de bon. libert.* Eo iniquior est hujusmodi renuntiatio, quod hereditas paterna non a patre solo, sed per patrem a majoribus datur; L. 3. *de interdict.* & *relegat.* Unde legitima hereditas non dicitur obvenire liberis, sed ad eos redire; L. *quo tutela, de R. J.* L. 3. *si quis omiss. caus. test. L. jurisconsultus, de gradib. & affin.* Terent. in Andria: *Ejus morie ea ad me lege redierunt bona.* Idem in Hecyra: *Ea ad hos redibat lege hereditas.* Non valet pactum, quia hoc pater non modo filiæ adimit paterna, sed & res majorum, quæ ad filiam suo jure pertinebant, & quasi postliminio ad eam reddituræ erant, magisque reddi, quam dari, magis redire quam pervenire videbantur. Ratio naturalis quasi lex tacita liberis paterna bona addicit, velut debitam successionem; L. 7. *de bon. damnat.* Pater paciendo cum filia de tollenda successione, prævaricatur adversus naturam, peccat contra se ipsum, contra paternam pietatem, sicut in propria viscera, sibi & naturæ vim infert; uno verbo destruit omnia jura naturalia & civilia, nimirum jura sanguinis, jura sūtatis, & agnationis, quæ pacto tolli non possunt; L. *jus agnationis, de pact.* L. *tutelas, de capit. minut.* L. *jura sanguinis, de R. J.*

† ff.

5. Pactum hujusmodi injuriam facit naturæ & liberis, quatenus æqualitatem, quæ a natura constituta est inter liberos, conturbat, invidia onerat patrem, & domi bellum civile conflat, dum uni detrahit, ut alteri gratificetur: inde adversus parentes querelæ, filias modica dote ad impares nuptias, vel in monasterium velut in insulam relegari, ut de filiarum paupertate masculi locupletentur; Hieronym. ad Demetriadem: *Certe qui religiosiores sibi videntur, parvo sumptu, & qui viri ad alimenta sufficiat, virginibus dato, omnem censum in utroque sexu secularibus liberis largiuntur.*

† dat.

† de cond. &

6. Pactum de non succedendo inter patrem & filiam non valet, perinde ac conditions, quæ ultra modum servis in manumissione imponuntur, non validem. † lex ista lent, quia onerant libertatem; L. i. §. *qua onerande, quar. rer. act. non + det.* Et probat contra conditionem, si non nupserit, apposita institutioni vel legato, non valet, quia im-
Facit L. 2. h. pugnat libertatem matrimonii; L. *titio centum*, §. *titio centum, de condit.* & L. 2. C. *dem. L. heres meus, §. ult. + ad Trebell. L. adigere, de jur. patron.* L. † i. C. *de de instit.* & *indict. viduit. toll.* Ita pactum filia de non succedendo non valet, quia sere adi-
mit substit.

mit spem nuptiarum: vix enim puella inveniet maritum, saltem non imparem, si puella, ne nuptias moretur, modica dote accepta cogatur successionem paternam a se abdicare. Domi consenescit virgo, ὑπερανυός, tristis victima fraterni quæstus, nisi maritum redimat damno rei suæ.

7. Hujusmodi renuntiatio, quæ fit a filia stipulante patre nuptialibus in tabulis, viribus omnino carere videtur, quia proficiscitur a filia, quæ in potestate patris est: velle non creditur, quæ non potest dissentire, ac etiam emancipata non haberet liberum dissensum, propter reverentiam & auctoritatem patris, quæ facile persuadet etiam emancipatis; L. *fidejussor*, §. t. 7. de *pignorib.* & licet, + §. 1. doli præsumptio absit a patre, tamen si filia, dote contenta, paternæ successioni renuntiet, invita nec sine dolo id facere præsumitur, propter enormem lassionem, cuius ratio habenda est quoad rescissionem pacti. Etsi enim ob enormem lassionem in patrem non detur actio de dolo, datur tamen actio in factum; L. *si superflite*, C. de *dol.*

Et si quod gestum est inter patrem & filiam spectemus, pactum dotali instrumento comprehensum de non succedendo, non debet nocere filiae, quasi res inter alios acta. Instrumentum nuptiale non est actus nubentis, sed contractus familiæ, cui parentes dant legem, in quo* requiritur filia consensus, sed agitur parentum negotium: nec enim puella eligit maritum, sed quem pater elegerit admittit: qua de causa non sine velo hic apparet; Ambros. de Abraham: *Consultur puella, non de sponsalibus: illa enim iudicium spectat parentum: non est enim virginis pudoris eligere maritum, sed jam desporsata viro de profectio- nis consulitur die.*

8. Pater non potest exheredare filiam sine causa, nec extra testamentum; L. *filium, de bonor. poss. contr. tab.* L. *si patronus*, + §. *ex testamento, de bon. li-* + 12. *bortor.* At si filia dote contenta paternæ successioni renuntiet, revera per renuntiationem exheredatur, & exheredari dicitur; L. + *si emptor*, §. 1. *de rei vindic.* + *emptor* L. *si + soror, §. Lucius, solut. matrimo.* L. *qui volebat, de hared. inst.* Quis ferat + *socer* igitur exheredationem pacto factam contra leges valere? Donatio inter patrem & filiam non valet, propter patriam potestate; L. *donations*, C. de *don. int. vir. & uxor.* Quo jure igitur filia patri remittit spem futuræ successionis, nonne remissio illa est donatio, vel quasi donatio; L. *cum pater, §. a filia, de legat. 2.*

Nec me movent objecta in contrarium, licet pactum de non succedendo valeat quoad patrem; inde non sequitur idem pactum valere quoad filiam. Longe alia est ratio patris ac filia. Pater, qui habet liberos in potestate, & pacificatur de successione filii, non gratuito, accepta pecunia recte renuntiat, quia ultra renuntiat, nec potest vim pati. Renuntiatio filie, quæ est in potestate patris, non caret suspicione vis & metus. Renuntiatio patris facile admittitur, quia successio parentibus defertur contra votum ipsorum, turbato ordine mortalitatis; L. *nam et si parentibus, de inoffic. testam.* Renuntiatio filie vix admittitur, quia successio liberorum est favorabilior tum respectu legis, cum naturæ & voti, parentum quippe debetur liberis ex communi naturæ & parentum voto; L. *scripto, unde liberi.*

Denique reipublicæ interest, ne filia dote accepta, futuræ successioni renuntiet, quia plerumque eveniret ut, nulla vel modica dote accepta, futurorum spem abjiceret impatientia moræ nuptiarum: quæ ratio est cur ex decreto D. Marci de alimentis in futurum transfigi vetatur, ne hi, quibus alimenta relista sunt, facile idest temere transfigant contenti modico praesenti; L. *de his, de transact.* Ætati & fragilitati sexus consulendum, ne puella, quæ est in potestate patris, quæ non habet velle nec nolle, festinatione nuptiarum magnarum opum spem contemnat.

Tot argumentis facile eliditur pactio de non succedendo inter patrem &

* lege, non
requiritur

filiam : quanto magis si regia puella , ut nuper contigit in causa divinæ Heroïnæ Theresiæ Austriacæ Reginæ Christianissimæ , renuntiet successioni regni , vel Principatus . Legatus Cæfaris non potest invito Principe abdicare imperium , & abdicando nihil agit ; L. *legatus* , *de offic. Praesid.* Et hoc argumento ibi probat Bart. donationem urbis Romæ , quæ tribuitur Constantino , nullam & irritam esse , quasi Imperatori non licuerit alienare & cedere imperium urbis , propter arctissimum vinculum , quod ita contrahitur inter Imperatorem & imperium , ut pacto , donatione , vel cessione quapam dissolvi non possit . Eodemque argumen- to Jacob. Butrigarius in procem. cod. probat Regem non valere regno renuntiare ; & ubi Diocletianus & Maximianus imperium deposuere tædio principatus , eis dictum est ab auctore panegyrici ipsiis dicti : *Imperium eis non traditum in causa mutui vel commodati , sed aeternum ; non domino , sed servo.*

Alia etiam peculiari ratione Regibus & Principibus fas non est regno re-nuntiare , quia regnum non est hereditas nec successio , quæ deferatur ex 12. tab. vel edicto prætoris ; sed promotio , quæ Dei Regum Regis nutu disponitur ; vocatio & missio cælestis , per quam Reges a Deo vocantur in salutem & regi-men populorum : *Non est potestas nisi a Deo* , Rom. 31. Qua ratione glossæ & Joan. Andreae in cap. *quoniam* , *de renunt.* in 6. placuit , Rom. Pontifici non licere Pontificatui renuntiare , quasi non sit sacerdotium tantum , sed munus di-vinum , quod contemni non potest , ne injuria fiat factori tanti beneficii . Et hoc motu Gregorius I. invitatus electus Pontifex , e fuga revocatus , consensit electio-ni de se factæ , quia divinis judiciis non poterat resultare , ut fatetur ipse lib. 1. epist. 20.

Et constitutio ipsa Bonifacii , qua statutum est Pontificem renuntiare posse apici pontificio , sua labe non caret : videtur enim legem condidisse in rem suam , ut renuntiationem , quæ proxime facta erat a Petro Morono dicto Celestino V. propria lege fanciret , & adempta postliminii spe , ab eo tutus esset .

Hoc semel stabilito , quod renuntiatio filiaæ futurae successioni ipso jure non valet , sciendum est , an convalescat jurejurando apposito contractui . Ex consti-tutione Bonifacii VIII. cap. *quamvis* , *de pact.* in 6. quam secuti sunt omnes canonistæ , & qua maximæ nitebantur in causa Reginæ , hujusmodi pactum valet , si jurejurando sit sanctum propter religionem jurisjurandi : sed nihil prodest jusjurandum , ut pactum ipso jure nullum firmetur .

1. Cum divisi sint fines regni & sacerdotii , non potuit Pontifex lege sua tollere ea quæ sunt juris civilis , saltem extra metas suæ ditionis temporalis ; cap. *venerabilis* , qui fil. sint legitim.

2. Bonifacius VIII. Celestini renuntiatione Pontifex factus , suæ causæ nimium indulxit , & quascumque renuntiations valere voluit , ut renuntiatio Pon-tificatus , de cuius viribus diffidebat , eodem jure censeretur .

3. Pactum contra jus elicium non purgatur religione jurisjurandi ; L. *ju-vis gentium* , §. *O generaliter , de pact.* L. *si quis inquilinos* , §. ult. *de legat.* 1. L. *nullum , de obseq. parent. O patron. prestand.* L. *adigere , de jur. patron.* L. *non dubium , in fin. C. de legib.* Immo & ipso jure pontificio jusjurandum contra leges vel bonos mores præstitum , non est obligatorium , non parit obli-gationem , neque actionem ; cap. *non est obligatorium , de R. J.* in 6. quod au-torem & sibi contrarium habet ipsum Bonifacium . Jusjurandum non est vin-culum iniquitatis ; cap. *quanto , de jurejur. can. inter cetera* , 22. qu. 4. Jusju-randum est argumentum & signaculum bonaæ fidei , pignus veritatis , non instru-mentum dolii , nequitæ , & insidiarum : alioquin jusjurandum res sacra in male-ficium defineret . Et hoc est quod voluit Bart. in L. *si quis pro eo , de fidejuss.* jurejurando non fanciri renuntiationem futurae successioni a filia factam .

Alia & ratione jusjurandum contractui nulli & irrito vires non addit , quia jusjurandem induit legem & naturam contractus , cui apponitur ; L. ult. C. *de*

[†] per venera-bilem

non numer. pecun. cap. quemadmodum, de jurejur. Ex quo resciſſo contractu cor-
ruit iurandum ei adiectum, velut statua labente sua basi: immo & iurandum
veratur in contractibus & compromissis, ne detur occasio perjurio; L. 2. C. de
indict. viduit. toll. auth. decernit. C. de recept. arbitr. † Nazianzen. orat. 30. Explor-
so jurejurando, nihil vetat quin renuntiatio filiae, quae irrepit pacto, tanquam
nulla & irrita fatisfacat.

Item perjurii poena non cadit in filiam, quae est in potestate patris, quae
invita in necem suam jurare censetur: pejerare non videtur, qui deceptus &
nimis laetus jurat; L. qui jurasse, de jurejur. L. ult. qui satisfid. cog. Liberto,
qui rem sibi a patrono subripi scivit, nec prohibuit, non denegatur actio furti,
quia ignoscendum est liberto, quem pudor ad resistendum impedit; L. pen. de
furt. An deterior erit conditio filiae, quae a patre jurejurando adigitur bonis pa-
ternis renuntiare, quam pudor & reverentia vetat, ne patris imperio resistat?
Habet quiddam erga parentes humana verecundia, quod nec ipsa nequitia potest
vincere; Augustin. de civit. lib. 1. cap. 4. Quo pacto vincet puella reverentiam
paternam, quae nequiores vincit & occupat?

Expugnandæ Bonifacii constitutioni telum ministrat ipse Pontifex, dum quasi
diffidens & suspensus jus novum, & universo juri civili contrarium tentat: nec
enim sola religione iurisjurandi jus novum tuetur, verum etiam aliis cautelis &
adminiculis, quae vix simul concurrere possunt. Prior est, ut renuntiatio non va-
leat, nisi accepta dote, quae dos non potest intelligi, nisi modus dotis congruat
rebus praesentibus & futuris, quibus renuntiatur: quia dos est representatio le-
gitimæ. Altera est, ut renuntiatio sit expers vis & metus, quae vix abesse potest:
nemo enim sanus aut volens suum jaſſare præsumitur; L. cum de indebito, de
probat. Et sola reverentia paterna, vis & metus præsumptionem inducit; L. 1. §.
que onerande, quar. rer. act. non † det. Velle non creditur, qui obsequitur imperio
patris; L. 4. de R. J.

Hæ omnes rationes optimæ præsto erant in causa Reginæ. Hoc jure luben-
tius quam ferro ingentes ditiones repebat Rex Christianissimus. Jam felices
vindicia variis palmis, & clariorum urbium ditione latius provehebantur. Lau-
danda Principis moderatio, qui victoriae modum imposuit, ne Christianæ reipu-
blicæ damno triumpharet. Rebus suis non pepercit, ut Christiano sanguini par-
ceret. Pietatis causa abstenta hereditas, divinis conjugibus pietatis præmium sit,
felix soboles, felix regnum, & multos post annos melioris regni confortium.

PRÆLECTIO SOLEMNIS

AD CAP. II. *De clandest. despōns.*

Habita xix. Octobris M. DC. LXXIII.

INTER omnes constat clandestina matrimonia nulla & irrita esse, tum ex
conſtit. Alexandri III. qua extat in hoc cap. cum ex conc. Lateranensi ha-
bito sub ipso Alexandre III. cap. cum inhibitio, infr. hoc tit. & ex conc.
Trident. ſeff. 24. de matrim. cap. 1.

Clandestina matrimonia primum vivæ vocis oraculo damnavit Christus in
Samaritana, cum ei jam sextum virum clanculum naſtae dixit: *Et nunc quem
habes, non eſt vir tuus;* Joan. 4.

Clandestina matrimonia damnarunt universi patres. Platonis & Zenonis, qui
Tom. V. Par. IV.

† In editione
Parisiensi an-
ni 1680. post
indicem sic le-
gitur: P. 116.
lin. 27. post
arbitr. addit.

Et hoc est
quod suadet
Nazianz.

orat. 30.

πόσος δὲ κιν-
δυνος, ὃ πρός
αὐτὸν ἐδέμε-
τη τῶν θεων
σωθηκῶν τέ-
τον παρ-
βάτες εὐπί-
σκεοδαται.

Mihi videtur
nihil commu-
ne habere
hanc additio-
nem cum la-
tina versione,
mendisque
non carere.
Sed quia in
cit. orat. 30.
non inveni,
nec in aliis
rem acu tan-
gere super-
fuit, hic in
margine no-
tandum duxi,
ut peritiori-
bus meliori
judicio efficeret.
† dat.

καρπάσις γάμου, occultas nuptias admittebat, sententiam damnavit Joan. Chrysost. homil. 1. in Math. Quia religione clandestina matrimonia exploserit Tertull. lib. 2. ad uxorem, cum matrimonium definit, quod ecclesia conciliat, & confitetur oblatio, & obsignatum angeli renuntiant: quasi diceret: matrimonium est, quod sacerdotali benedictione, & oblatione, idest sacrificio missæ obsignatur, & angelos testes habet, idest proprios sacerdotes cujusque ecclesie, quibus angelorum nomine tribuitur ex Joanne, Dionysio & aliis.

Et quod Basilius epist. 3. ad Amphiloch. cap. 25. scripsit, fornicationem neque esse matrimonium, neque initium matrimonii, *η πορνεία γάμου οὐν εἰ, αλλ' ἀδελφάσις αρχή*; non de alio intelligi debet, quam de eo fornicationis genere, quod matrimonii imagine & nomine adumbratur, de quo consulebatur an esset matrimonium. Et hoc satis ostendit, quod sequitur, taliter conjunctos separandos esse, & si noluerint, fornicationis poenam eis infligi. Nec injuria: revera enim tale matrimonium nihil aliud est, quam mera fornicatio, concubinatus carent nomine, & concubium negativum.

Quantum id genus matrimoni detestata sit ecclesia Gallicana, satis intelligimus ex eo quod ipsius proprium institutum est, bannorum nuptialium solemnitas, quæ est optima cautio adversus clandestina matrimonia, si ea recte & sincere utamur.

Clandestinum vero matrimonium est, quod clam factum est, omissis denuntiationibus, coram non proprio parocho, & sine testibus; cap. *cum inhibito*, infr. hoc tit. cap. ult. *qui matrim. accus. poss. & conc.* Trid. proxim. laudat. loco. Clandestinum matrimonium est, quod fit clam, omissis denuntiationibus, quas bannos vocant; cap. *cum t tua, de sponsal.* quod inscribitur Episcopo Belvacensi: ex quo colligitur, Romanam ecclesiam bannorum solemnitatem, ut quamplurima alia, haufisse ex instituto ecclesiarum Gallicanarum, & nomen ipsum, quod est Gallicum, civitate donasse: *Bannis*, inquit, *ut tuis verbis utar, in ecclesiis editis.* Romana scilicet ecclesia non deditur rectas aliarum ecclesiarum consuetudines suas facere; can. *novit*, 12. dist. Clandestinum matrimonium est, ut singula ejus vestigia persequamur, quod fit clam, absque parocho & testibus. Clandestinitas in matrimonio semper dolii suspecta est, qui clam contrahit matrimonium, dolose facere videtur, ut incestis vel injustis nuptiis impune sit. Ex facto clandestino dolus presumitur. Exinde clam contrahens incestas nuptias, gravius punitur: si palam contractum sit, mitius cum eo agitur: palam delinquens ut errans maiore pena excusat, clam committens ut concubax plectitur; L. ult. *de rit. nuptiar.*

Clandestinum matrimonium est, quod presumitur clam eo, qui prohibere potest, idest incio parocho, ut in interdicto *quod vi aut clam*. Clam facere videtur, qui facit clam eo, quem prohibitum intelligit, & a quo prospicit se prohibit iri; L. 3. §. ult. & dd. seqq. *quod vi aut clam*.

In matrimonio clandestinitas scelus & flagitium est, quia plerunque affectatur, ut impedimenta matrimonii celentur, ut incesta vel injusta nuptiae impune contrahantur inter cognatos & affines, vel impares inter personas: *Impares nuptiae in villa, & sine testibus factæ*, ait Apul. 6. metamorph. *Nuptias clausa domo fecimus*, ait Senec. 7. controv. de nuptiis dominæ cum servo.

In matrimonio damnatur clandestinitas, quia in eo maxime spectanda est honestas publica: semper in coniunctionibus, idest in nuptiis, non solum quod licet spectandum est, sed & quod honestum sit; L. *semper, de rit. nuptiar.* L. *semper, & de R.J.* In matrimonio naturale jus, idest naturalis ratio & pudor inspici debet; L. *adoptivus*, §. 2. *de rit. nuptiar.*

In matrimonio spectanda est honestas publica, maxime honestas ecclesie; cap. 3. *de sponsalib.* ne matrimonium, quod est sacramentum, & seminarium fidelium, contrahi videatur sine ministerio & testimonio ecclesie, cuius maxime inter-

interest, ne sacramenti dignitas dehonestetur. In matrimonio violatur honestas publica, infringitur honestas ecclesiae, si fiat contemptus parochi, & spretis solemnibus ecclesiae. Ideo in nuptiis desiderantur solemnia, ut evitetur clandestini vitium. Si puellæ legatum relictum sit sub conditione nuptiarum, legatum non debetur, priusquam nuptiarum accedit festivitas; L. *sancimus*, + C. *de nupt.* Conditione nuptiarum nudis nuptiis non impletur, sed solemnibus nuptiis, secura festivitate, idest solemnitate nuptiarum. Ob id in nuptiis solemniter fiebat deductio nuptarum in domum mariti, & aqua ignique acceptio; L. 5. *de rit. nuptiar.* L. *pen. de don. int. vir. & uxor.* Ob id per triduum solemnne epulum nuptiale producebatur, quo se refert Ambros. epist. 65. Occurrit pro soribus sacer, generum introduxit, filiam reconciliavit, & ut latiores dimitteret, triduo tenuit, quasi repararet nuptias. Id est quasi nuptiae ab initio contraherentur, adhibitis suis justisque solemnibus. Et, quod pene præterii, solemnitatis causa nuptialibus tabulis decem testes adhibiti; Ambros. ad virginem lapsam: Inter decem testes confessis sponsaliis, nuptiis consummatis.

Matrimonium suapte natura abhortet & detestatur clandestinitatem, & cum sit res sancta, quasi sacerdotium laicorum, vinculum religionis, quo fideles Deo & ecclesiae magis quam uxori adunantur, communio & consortium rerum divinarum & humanarum; L. 1. *de rit. nupt.* L. 4. C. + expil. hæredit. Signaculum & instrumentum fidei catholicae, eodem jure censendum & tractandum est, ac ipsa fides. Inter fideles non est censendus, qui fidem publice constanter & perpetuo non profitetur. Haud satis est intus credere quæ sunt fidei, eadem ultro profite ri oportet usque ad vincula, usque ad tormenta, usque ad necem: Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem, ex verbis Apost. ad Rom. cap. 10. Hinc Augustin. de fid. & symbol. cap. 1. Quoniam fides a nobis officium exigit, & cordis & linguae salvi fieri non possumus, nisi & nos ad salutem proximorum nitentes, etiam ore profiteamur fidem quam corde gestamus. Confidentes se coram hominibus, confitebitur Christus apud Patrem; negantes vel dissimulantes, negabit & preteribit. Testem ipsum de se & auctorem habemus; Matth. 10. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in celis est; & qui negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo qui in celis est. Memoratur a Gregorio Turonensti lib. 2. cap. 33. infelix exitus Gundobaldi Regis Burgundionum, qui agnito errore Arianismum ejurare non sustinuit, ne suos sibi infenos faceret, et si moritus ab Avito Viennensi Episcopo.

Hoc jure sacramentum matrimonii, velut pignus & præmium fidei palam & publice suscipiendum, & susceptum palam tuendum & colendum. Vere & sincere conjunctus non est, qui quam duxit uxorem non profitetur negat vel dissimulat. Injuriosum est non confiteri uxorem, cui Deo auspice conjunctus es, quam de impare parem fecit gratia & vinculum sacramenti. Quam tristes existus habent hujusmodi dubia & incerta conjugia! Deum ultorem habet contemplata sacramenti religio. Vitam & uxoris pudicitiam pene fuit ut perderet Abramus, dum Saram sororem finxit, & uxorem tacuit; & quo factum excusat, valde laborat Augustin. qu. in Genes. cap. 26. quod refertur in can. queritur, 22. qu. 2.

Matrimonium est sacramentum & magnum sacramentum: *Sacramentum hoc magnum in Christo Jesu, & in ecclesia;* Eph. 5. Matrimonium est vinculum honorabile: *Honorabile conjugium in omnibus & torus immaculatus;* Hebr. 13. *Mulier est gloria viri,* 1. Cor. Qua fronte clancularium carnis commercium sacramenti honore dignari audeas, quod velut furtum & latrocinium celatur? Quomodo honorabile dici potest, quod furtum contrahitur, celandi animo, & velut turpe celatur? Quomodo mulier dicetur gloria viri, quæ nomine, honore & dignitate uxor caret? Per matrimonium vir & uxor ita conjunguntur, ut vir

debeat adhærere uxori suæ : *Et adhæredit uxori sua*, Levit. 18. Quando vir intelligetur adhærere uxori suæ, quam uxorem non agnoscit, quam vicini rident ut uxorem usurariam & concubinam? Matrimonium, ut vere dicatur matrimonium, contrahendum est in Domino, id est nomine Domini: *Cui vult, nubat in Domino*, 1. Cor. 7. An matrimonium contrahitur in Domino, quod cum Domino non contrahitur, quod conciliaticem ecclesiam conciliatores angelos, id est proprios sacerdotes, non habet? Denique ex hoc cap. matrimonium est, quod fit in facie seu conspectu ecclesiarum, præmissis denuntiationibus, coram parocho & testibus. His deficientibus vel singulis eorum, clandestinum, id est nullum & irritum est matrimonium.

Dices: in hoc matrimonio non defuerunt denuntiations, non defuit parochus, non defuerunt testes. Desinas igitur de clandestinitate hujusmodi matrimonii calumniari, postquam semel legi satisfactum est, & parochus suis partibus functus est. Tantis per consule pudori nobilis pueræ, quæ forte impari nupsit: æqui bonique accipe, ut matrimonium, quod semel rite contractum est, pudoris causa velo ducto obtegatur. Non sunt tamen amare tractanda jura nuptialia; L. *si id quod donatum*, §. *si quas*, *de don. int. vir. & uxor.*

At ne veritati fucum faciamus, non abest clandestini vitium, nisi denuntiations, bona, integra, & perpetua fide fiant, nisi inter missarum id est missæ publicæ solemnia per tres festivos dies repetantur, juxta verba concilii. Neque sufficit denuntiations fieri editis propriis nominibus, quæ pluribus communia esse solent: etiam qualitatem & conditionem personarum exprimi oportet, ut constet de personis. Numquid in actione in rem, quæ longe imparis est momenti, ut res vindicetur, non sufficit nomen rei edici? Etiam qualitatem & conditionem rei, locum id est situm & fines designari oportet, ne vindicatio, quæ olim fiebat in re præsenti, detur incertæ rei; L. *si in rem*, † *de rei vindic.*

Et in hoc sæpius sub auctoritate juris, id est per illusionem & mendacium usurpata auctoritate juris, perniciose erratur. Denuntiations frunt non clare & liquido editis, sed perversis ac elisis nominibus, obscura voce, quasi sub modio, tacita qualitate & conditione personarum. Denuntiare non videtur, qui dolo & fallaciter denuntiat. Sicut rationes edere non videtur argentarius, qui malitiose & in totum non edit; L. 8. *de edend.* Judicio adesse non videtur, qui circa columnas fori se occultat, ut creditorem evitet, & actori illudat; L. *eum qui*, † *de reb. aucto. judic. possid.*

Nec sufficit matrimonium semel publice contrahi; immo necesse est, ut publicum & confessum permaneat: non videtur in rem versum, nisi duret versum; L. *si pro patre*, † *L. versum, de in rem vers.* L. *utrum autem, de petit. hæred.* Non videtur solutum, nisi duret solutum, id est nisi nummi perpetuo fiant accipientis; L. *qui res, in princip. & §. 2. de solut.* Non videtur pervenisse, quod semel momento aliquo pervenit, nisi duret per ventum; L. 2. *§. pervenisse, de hæred. vel aet. vend.* L. *non videtur, † de R. J.* Eadem ratione non videtur publice celebratum matrimonium, quod publicum non perseverat. Ubi matrimonium latere cœpit, perinde est ac si ab initio latuisset. Non valet obligatio, vel actus quilibet, qui in eum casum recidit, a quo incipere non potest; L. *pro parte, de servitut.* L. *existimo*, † *§. pen. de V.O.*

Denuntiations a lege requiruntur. Verba legis cum effectu accipienda sunt: absit ut sanctissimæ legi illudatur. Vetus querela est, per obliquas artes & callida commenta legibus illudi: *Per fideicomissa legibus illudimus*, inquit Hieronymus ad Nepotianum. *Inter leges ipsas delinquimus, inter jura peccatur*, ait Cyprianus epist. 1. Cum queritur de observanda & tuenda lege, nequam habenda est acceptio personarum. Nulla est ratio pudoris, ubi versatur dispendium & periculum animæ. Summa est ratio, quæ pro religione facit; L. *sunt + cause, de religios.* & *sumpt. fun.* L. 2. *§. locorum, ne quid in loc. public.* Falsus pudor,

† §. versum
non L.

† 51.

† in princ.

† persone

erubescens & pudendus pudor, qui peccandi occasionem & materiam præstat. Juvat exemplum Magdalene, quæ frontosa in peccato, frontosior fuit ad salutem, ut eleganter ait Augustinus in psalm. 125. & 140. *Ubi pœnituit, quam præfracta fronte, passis capillis, suo unguento ad Christi pedes se abjecit! non erubescens ad Christum accessit, sed cum rubore a peccato recessit.*

Denuntiationum solemnitas optima ratione instituta est, ut clandestina matrimonia tollantur. Sed proh dolor! Optima legis cautio fere abiit in irritum: sollicita & anxia providentia legis fere desit in vacuam & inanem formulam, quæ pecunia redimitur. Hodie denuntiationes non sunt, quod nomine sonant, sed tantum vestigia matrimonii, scenus ecclesiæ, & denuntiationum redemptio.

Nec sola est hæc noxa clandestini matrimonii, quod in eo neque matrimonium, neque vir, neque uxor apparet; vitio vitium, ut squama squammæ cohæret: nimirum ex eo suscepiti liberi, tanquam spurii & incerto patre nati non agnoscuntur. Justi & legitimi matrimonii argumentum est, quod certi sunt liberi, quos nuptiæ demonstrant: pater agnoscit liberos, eosque apud acta profitetur; L. *cum de atate, L. Imperatores*, §. ult. *de probat.* Nonne Deus Pater, ne Patris officio deesset, trino testimonio IESUM CHRISTUM Filium probavit. Primum, cum a Joanne baptismum suscepit, ad ripam Jordanis, audita voce de cælo: *Hic est Filius meus, in quo mihi complacui;* Matth. 3. Tum in monte Sion, ubi Christus transfiguratus est, testibus tribus discipulis, rursus audita est vox de cælo: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, audite ipsum;* Matth. 17. Marc. 3. Tertium, cum Christo exclamante: *Pater, clarifica nomen tuum,* insonuit vox de cælo dicens: *Et clarificavi, & iterum clarificabo;* Joan. 12. Nimirum maxime in novissimo judicio clarificabitur Filius, cum judicabit duodecim tribus Israel, & cum his universum genus humanum, quia Pater omne iudicio reliquit Filio; Joan. 5. Deus Pater Patris officio functurus, agnovit Filium; tot miraculis probatum, etiam proprio testimonio, & sacrae vocis suffragio probari voluit. Quo jure apud vulgus hominum dicetur Pater, qui ne matrem agnoscat, filium negat? Quale est matrimonium, in quo neque matrimonium, neque vir, neque uxor, neque liberi apparent? Quomodo constabit matrimonium, quod per omnia tenebrae & noctis silentium occupant?

Non defunt qui dicant, conniventibus oculis ferenda esse hujusmodi matrimonia, ne quid pejus eveniat, ne peccatores stupri laqueis irretiti, in eo consenserant, & ad exitum usque infordescant. Mitius ageundum cum nobili pueris, cum nobili aut senatorio viro, ut horum pudori parcatur. Ruente in pejus sæculo, delicatulis & infirmis quoquo modo consulendum, & in lucro ducendum quidquid boni vel minus mali ab his elici vel exprimi potest. O quam insana, quam impia, & hæresi proxima est isthacæ ratiocinatio! Medicus tabescens partem corporis urit, secat, ut ceteras salvas faciat: medicus spiritualis iniqior aat imperitor letale ulcus animæ fomentis obliniet, & computrescere id finet, ne asperior & immittior videatur, quam ferat ætas! Adeoque eo nequitix aut humanæ misericordiae pervertendum est, nefanda hæc conjugia, vel potius sciera, ridentur; & quod horrorem movebat, mutato nomine risum & cachinnos movet. Delictum hominum ut excusetur, vitium sæculi dicitur. Resque turpisima & non nominanda, honesto nomine obvelatur, matrimonium conscientiæ vocitant, in quo omnes leges divinae & humanæ labefactantur, evertuntur, conculcantur. Quanam societas, quæ communio inter sacramenta & maleficia? Quæ societas Christo cum Belial? Væ vobis palpatores, & adulatores, qui stultis venenata oscula & pocula propinatis, qui blandimenti & suavioribus consiliis infelices animas detruditis ad inferos! Væ vobis pessimi inventi artifices! Sacramenta a Christo instituta sunt, ut velut flumina libero sub cælo & sole fluant, & salutari alveo Christianum orbem irrigent, quæ malo ingenio dæmonum lucis osorum, sub terra & specubus velut cloacæ & sordium receptacula ducuntur.

Quod Dei est, lucem amat: illic secretum noctis captatur, tempus ululantium strigum & lamiarum, illis displicet nomen matrimonii, quia populare honestum & sanctum est: placet opus nuptiarum, quia occultum & secretum est, & dæmonum genio proprius, qui semper tenebris gaudent, *οὐραὶ δημιουργοῖ*, tenebrarum artifices, ut ait Nazianz. orat. 3. in Julian. An istud diutius ferendum & dissimulandum sit, videant Episcopi, videant magistratus, quorum una & par cura esse debet salus animarum: videant & caveant, ne a laicis ulterius serpat hæc lues.

† 31.

Disciplinæ Christianæ restitutio maxime pendet ex reformatione matrimonii, quod est seminarium fidelium. De hac enixius laborarunt concilii Tridentini patres, restituto canone Lateranensi, & ritu bannorum ecclesiæ Gallicanae. Sed hæc omnia vacua & inania sunt, nisi Episcoporum & magistratum ope & studio contineantur. De clandestino matrimonio dixi quod visum est: pejus est quod nuptiæ simulantur inter vagos & errores, & alios quosdam cujusvis disciplinæ impatiens: nomen & honor matrimonii libidini & veneri ancillatur. Olim quam multi nuptias simulabant, ut effugerent poenam legis Papiae latæ contra cœlibes & orbos! Ut legi fraus fieret, instrumenta nuptialia sine nuptiis conficiebantur. Ut fraudi occurreretur, constitutum est solas tabulas nuptias non facere; L. *donationes*, † de *donat.* L. *neque*, C. de *nupt.* Una & constitutum est simulatas nuptias nullius esse momenti; L. *simulatae*, de *rit. nuptiar.* idest non prodesse ad evitandam poenam legis Papiae, ut indicat ipsa inscriptio legis, quæ est Caii, lib. 2. ad *legem Papiam*. Lex Papia simulatas nuptias non tulit, propter compendium fisci, restituendi ærarii causa bellis civilibus exhausti. Quanto justius apud fideles arcendum est simulatum matrimonium, in quo non quæritur de tuenda lege Papia, lege nummaria, quæstuaria, & sordida, sed de tuenda lege Dei & ecclesiæ, sine qua nulla est salus?

Sacramenta sunt gradus, per quos Deus e cælo ad nos descendit; catena aurea, per quam cælum terræ connectitur; tubuli & canales, per quos omnia fere beneficia a Deo accipimus. Et hoc est quod ait Augustin. 22. de civit. cap. 8. *miracula fiunt per sacramenta*. Matrimonium est sacramentum, quo homines pene sacri fiunt, quo uterus sterilis foecundatur, quo Deus benedicit homini & femini ejus. Ne turbemus limpidisimum fontem gratiæ Christi, clandestinitatis & simulationis cœno & sordibus. Camelo similes, qui aquam non bibit, priusquam fontem turbet. Vocetur Christus ad nuptias, quibus semel interfuit, & quibus semper interfuturus est, remoto clandestinitatis & simulationis vitio rectoque fine matrimonii proposito; & venienti occurramus cum jubilo dicentes: *Benedictus qui venit in nomine Domini, Hosanna in excelsis.*

PRÆLECTIO SOLEMNIS

AD CAP. *Quæsum*, de *rer. permut.*Habita pro instaurandis scholis. Die xix. Octobris
M. DC. LXXV.

Duo clerici, quæ est species hujus cap. qui habebant præbendas in diversis ecclesiis, eas invicem permutarunt, speciali pacto ea de re inito. Quæsum est a summo Ponifice, an permutatio, quæ fuerat facta ex solo pacto privatorum sine auctoritate ordinarii, valeret. Consultus Pontifex respondit non valere, maxime præcedente pacto, quod semper in spiritualibus, vel connexis spiritualibus, labem simoniae continet.

Ratio dubitandi erat, quod permutatio quidem dignitatum vetita est concilium Turonensi, ut scriptum est hic, & cap. *majoribus*, de *præbend.* Verum prohibitus canonis videbatur non esse porrigenda ad præbendas. Difficilius permutatio admittenda erat in dignitatibus ecclesiasticis, quam in præbendis: quia dignitas ecclesiastica est jus mere canonicum & spirituale, ut canonia, quæ separatur a præbenda, quæ est quid temporale, quatenus consistit in fructibus & stipendiis temporalibus; cap. *dilecto*, de *præbend.* cap. *cum omnes*, de *confit.*

Præterea videbatur non esse valde incongruum & incivile, permutationem beneficiorum fieri inter clericos, quia uteque erat capax beneficii. Semel ordinatus in una ecclesia, potest capere quæcumque beneficia in eadem vel alia ecclesia, quia hujusmodi beneficium capit non ex pacto, non vi & potestate permutationis, sed vi & potestate ordinis, quo semel suscepit fit habilis & idoneus ad assequenda quæcumque beneficia ecclesiastica, ex quo presbyter non potest ordinari sine titulo, sine certa ecclesia; can. *neminem*, can. *sanctorum*, 70. dicitur. Et beneficia qualibet ordinum appellatione continentur, ut in can. *ex multis*, 1. qu. 3. Beneficium ecclesiæ, quod quidam canoniam, vel præbendam, aut ordines vocant.

Item ex quo semel admissa est permutatio beneficiorum, videbatur ea ex solo pacto possessorum valere, nec desiderari auctoritatem ordinarii: quia si pactum esset vitiosum, frustra adhiberetur auctoritas Episcopi: quia solus Pontifex potest purgare labem simoniae, si qua inest pacto hujusmodi, propter plenitudinem potestatis; cap. 2. de *præbend.* in 6. Et permutatione beneficiorum semel de jure recepta, nihil vetat eam valere ex solo pacto inter clericos. Frustra postulatur a Principe, quod de jure communii obtineri potest; L. *Imperatores*, de *reb. auctor. jud. possid.*

Tamen verius est permutationem beneficiorum non valere omnino sine auctoritate superioris.

I. Cum quis ordinatur, non ordinatur sine titulo, sine certa ecclesia, in qua quis ordinatus est, in ea perpetuo debet perseverare; dicto can. *neminem*, dicto can. *sanctorum*. Sicut ordinatio habet causam perpetuam, ita & titulus qui accedit ordinationi, eodem jure censetur: ita ut semel ordinatus non possit renunciare titulo, non secus ac ordini, neque discedere ab ecclesia in qua ordinatus est, saltem nisi auctoritate superioris: puta si propter utilitatem ecclesiæ de una ecclesia transferatur ad aliam, semel ordinatus pro vincere & inseparabili

habetur : *In somniis sibi quis visus est catena alligari templo Neptuni , factus est facerdos Divi ; Artemidor. lib. 5. i.* Hinc editio prætoris cautum ne in jus vocetur , qui propter loci religionem inde se movere non potest ; L. 2. de in jus vocand. Alligatus es ecclesiæ , noli dissolvere vinculum , quo religione fortius quam ferro nexus teneris : noli hac permutandi solertia per diversas ecclesias vagari & discurrere , magis fugiens Dominum , idest Episcopum , quam aliam ecclesiam petens .

11. Permutatio beneficiorum non valet quidem per se ex pacto vel consensu privatorum , sed convalescit adhibita auctoritate superioris , idest Episcopi : licet enim pactum possessorum , quod causam dedit permutationi , non caret labore simoniae , quæ a solo Pontifice purgari & eximi potest ; tamen permutatio valet adhibita auctoritate Episcopi , per quem purgatur labes simoniae , si qua inest , non jure suo , sed ex constitutione apostolica , per quam Episcopus potest dispensare contra jus in casibus expressis a jure ; ex constitutione , inquam , apostolica , quæ verba est in jus commune , ex quo clausa est in corpore juris .

Diu & anxie disputatum est , an permutatio beneficiorum omnino valeret , non absque ratione .

L. Quia permutatio sua natura similis est emptioni & venditioni ; L. 2. C. de rer. perm. L. sciendum , §. pen. ff. de adil. edit. quomodo permutatio potest cadere in spiritualibus , quæ emptionem & nundinas abhorrent ? Nonne Christus de templo ementes & vendentes flagello ejecit ? Alienatio beneficiorum verita est ; can. alienationes , 12. qu. 2. ergo & permutatio , quæ alienationis appellatione continetur ; I. ult. C. de reb. alien. non alien.

A permutatione non abest labes simoniae , quod in ea beneficium detur pro beneficio . Etiam spirituale non potest dari pro spirituali ; cap. ult. hoc tit. quia quæcumque res media sit , est vice pretii . Pro beneficio quicquam dari non potest , neque obsequio , neque manu , idest numeratione ; neque lingua , idest promissione ; can. sunt nonnulli , 1. qu. 1. neque opera , quæ inter socios est vice pretii ; L. cum duobus , §. + 1. infr. pro socio . Pro collatione beneficii nihil potest dari , ne quidem fabricæ , vel donariis , idest ornatui ecclesiæ ; can. ex multis , 1. qu. 3. Atque ita beneficium pro beneficio dari vel permutari non potest .

Item collatio beneficii debet esse libera ; cap. unic. de rer. perm. in 6. At si collatio fiat ex causa permutationis , collatio non potest dici credive libera , cum collatio sit necessaria , & ordinarius cogatur conferre permutantibus ; cap. cum venerabilis , de except. dicto cap. unic. de rer. perm. in 6. clem. unic. eod. tit.

Immo permutatio debet fieri sine fraude ; dicto cap. unic. de rer. perm. in 6. At permutatio non caret fraude , cum fiat in fraudem ordinarii , cui ex permutatione admittitur libera collatio beneficii , quæ jure communi ad eum pertinet ; can. omnes basilice , 16. qu. 7. Necnon permutatio non vacat fraude & dole , hoc ipso quod permutatio sit ex pacto præcedente permutantium , ut beneficia conferantur permutantibus : at non valet ulla pactio in spiritualibus ; cap. cum pridem , cap. ult. de pæct. Ex quibus facile concluditur permutationem beneficiorum omnino explodendam esse .

Adde . Renuntiatio beneficii coram ordinario fieri debet pure & simpliciter sine aliqua pactione , conditione , vel modo ; dicto cap. cum pridem . Solus summus Pontifex potest admittere resignationem in favorem : ergo ordinarius non potest admittere renuntiationem , si fiat ex causa permutationis . Renuntiatione semel admissa vacat beneficium , & extinguitur jus omne quod renuntians habebat in beneficio . Per renuntiationem circumscribitur pactum præcedens factum de renuntiando causa permutationis , & remanet nuda & simplex renuntiatio , quam sequitur libera collatio . Sublato pacto & causa permutationis pacto apposita , ordinarius non potest conferre beneficium ex causa permutationis , quæ renun-

renuntiatione ipsa soluta & extincta est : ordinarius ipse non obligatur ex pacto permutantium : nemo ex alieno facto obligatur ; L. *solvendo, de negot. gest.* L. *debitorum, C. de pact.* Nemo oneratur ex alieno facto ; L. *in causa, de procurator.*

Permutatio quoque beneficiorum , tantum fieri debet propter utilitatem ecclesiae , ex hoc cap. puta , si unus e beneficiatis sit utilior in majori ecclesia . Hoc argumento permutatio beneficiorum non debet fieri ex pacto privatorum . Vix sperandum est , ut pacientes magis solliciti sint de utilitate ecclesiae , quam de privata . Episcopus ob utilitatem ecclesiae potest transferre clericum de ecclesia ad aliam : sed hujusmodi mutatio non fit ex pacto privatorum , sed officio judicis proprio motu , causa cognita , & sine pacto possessorum , ne permutantes videantur sibi invicem conferre beneficia : & mutatio illa non est dicenda permutatio , quae fit tantum inter contrahentes ; sed translatio , quia magis transfruntur nutu & auctoritate superioris , quam proprio consensu .

Tandem tamen obtinuit collationem ex causa permutationis valere , licet præcedat renuntiatio ex causa permutationis , quia collatio hujusmodi non ex pacto , sed honesta interpretatione videtur fieri officio judicis ob utilitatem ecclesiae ; ut in cap. *nisi essent, de præbend.* Pensio reservata super beneficio confirmatur , non ex pacto partium , idest habita ratione pacti , sed ex iussione , idest sententia judicum pro bono pacis . Pactum præcedens non vitiat permutationem , sed vitiatur & pro non scripto habetur , ita ut collatio ex causa permutationis remaneat quasi collatio libera & simplex : ut in aliis casibus turpis conditio apposita institutioni non vitiat institutionem , sed remittitur , & institutio pro pura habetur ; L. *qua sub conditione, de condit. instit.*

Permutatio beneficiorum per se nulla & viciosa est , quia non caret labore simoniae : sed quod vitii inest , purgatur auctoritate superioris . Multa sunt quae per actionem peti non possunt , quae præstantur officio judicis ; L. *adiles, §. item sciendum, de adil. adic.* L. *Quintus Mutius, de ann. legat.* Non injuria fiunt quae jure potestatis a magistratu fiunt ; L. *injuriarum, §. qua jure, de injur.* Auctoritas judicis est complementum & subsidium omnium actionum , ut quod his deest , suppleatur officio judicis . Officium judicis latissimum est , in multis liberum esse debet : unde officium judicis dicitur nobile . Rerum expediendarum causa multa relinquuntur arbitrio judicis , quae commodius explicari non possunt .

Permutatio beneficiorum fieri debet auctoritate superioris , & maiorem potestatem desiderat . Inferior Episcopo non potest admittere permutationem , licet collatio beneficiorum possit pertinere ad inferiorem ex privilegio , vel consuetudine præscripta ; * cap. *dilecta, de major.* & obed. * cap. † *Vulterana, de elect.* * cap. *mandatum, de præbend.* in 6. Inferior Episcopo non potest conferre beneficia ex causa permutationis , quia hujuscemodi collatio solum datur Episcopo a lege , ex constitutione scilicet apostolica , quae tacita dispensationis vim habet .

Permutatio debet fieri de beneficio ecclesiastico cum beneficio ecclesiastico ; ex hoc cap. & * cap. *unic.* eod. tit. in 6. quia spirituale non potest permutari nisi cum spirituali . Spirituale non potest permutari cum temporali ; cap. *ad questiones, cap. ult.* hoc tit. quia nulla est societas Christo cum Belial .

Beneficium potest permutari cum capella , vel præstimonio quod confertur in titulum , quia præstimonia beneficiorum ecclesiasticorum jure censentur ; cap. *quoniam, de concess. præbend.* in 6. Et haec est sententia Joan. Andreae in cap. *unic.* hoc tit. in 6. & clem. *unic.* eod. tit. & Friderici Senensi tract. *de permut. benefic.* num. 22.

Supereft quæstio , an beneficium ecclesiasticum possit permutari cum capella vel obitu modo fundato ad hoc ut permutetur cum beneficio . Ratio dubitatis erat , quod hujuscmodi capella , et si non sit beneficium ecclesiasticum , non est res omnino profana . Sola destinatione res sit sacra , vel quasi sacra ; L. *si non-*

dum, C. de furt. Oblatione patris filia consecratur, ut illo loco Virgil. 11. Aeneid. *Ipse pater famulam voveo.* Atque ita videtur quasi beneficium posse permutari cum beneficio ecclesiastico: maxime si spectemus, quod ex hujusmodi foundatione melior sit conditio ecclesiae. Ecclesia augetur facultatibus, augetur obsequium & ministerium ecclesiasticum. Ecclesiae interest plebem clericorum Deo ministrantium semper augeri: *Millia millium ministabant ei.* Apocalyp. 5. & psalm. 34. *In populo honorificato laudabo te.* Tamen si verum amamus, id genus permutationis nullum & irritum, immo vitiosum & simoniacum est, ut tale explodendum.

Permutatio beneficiorum ipso jure foedatur labo simoniae, quatenus beneficium datur pro beneficio, res pro re, quæ est vice pretii, & pensationis causa. Etiam oblatio bonorum eo pacto, vel sine pacto, eo animo facto, ut admittaris in canonicum, & oblata quoad vixeris retinens loco præbenda, vitio simoniae non vacat, propter pacti vel taciti labem; cap. tua nos, de simonia. Quanto magis permutationi inest vitium simoniae, si pro beneficio ecclesiastico detur capella, vel obitus modo fundatus, ut permuteatur cum beneficio ecclesiastico? Si spectemus mentem & propositum contrahentium, quidnam aliud est hujusmodi fundatio capelle, quam turpissimum inter clericos scenerandi genus, mera negotiatio, sagenæ missa ad capturam præbenda vel alterius beneficii? Honeste beneficium permutari non poterat cum praesenti pecunia. Rei expedienda causa pecunia deponitur, fundatur capella, ut concilietur permutatio beneficii. Quoniam consilio fit istud an studio augendi census ecclesiae? Non alio certe quam beneficii ecclesiastici adipiscendi: ne opponatur commodum & emolummentum ecclesiae, ne honesta interpretatione non honestus quæstus obveletur. Ecclesia nimis laborat copia opum, quæ magis nocent, quam profint disciplinæ ecclesiastice. Vix disciplina continetur inter tot & tantas opes, quæ remissionem & relaxationem morum magis suadent, quam disciplinæ studium: *Discite, Pontifices, in sancto quid facit aurum.* Pers. satyr. 22. Ecclesia paupertatis alumna, non querit quæ sua sunt. Ecclesia in paupertate, zelo Dei exarsit; inter opes deferuit, ac pene refrixit.

Spirituale non potest permutari cum temporali. Quid saecularius, quam hoc capelle genus, quod revera nihil aliud est, quam pecunie depositum negotiandi causa, id est beneficii comparandi animo, sagitta volans ad venandum beneficium? Beneficium hamatum & piscatum ad illiciendum & rapiendum pinguis beneficium. Bona sua offerebat Simon, ut acciperet spiritum, id est donum curacionum in præmium beneficii: statim eum repulit Petrus, dicens: *Pecunia tua sit tibi in perditionem.* Damnatus est Simon quasi pessimus negotiator, id est redemptor & mango Spiritus-sancti. Ab Innocentio III. damnatus est clericus, qui offerebat bona sua ecclesia, ut in canonicum admitteretur, & ea præbenda loco essent, dum viveret, quia non erat mera & simplex oblatio, sed pacti simoniaci genus; cap. tua nos, de simonia. Tentabat Simon quod hodie in conspectu ecclesiae impune & quasi licite facere solent clerci, conniventibus qui prohibere possunt, & latantibus de incrementis rerum ecclesiae. Quid fiet de hujusmodi clericis? Peccantes cum Simone, orante Petro Principe ecclesiae, cum Simone peribunt. Non purgatur simonia obtenuit commodi temporalis ecclesiae; immo eo turpior est simonia, quo religionis & pietatis specie velatur: *Nihil in speciem fallacius est,* inquit Liv. lib. 39. *quam prava religio, ubi Deorum numen pretenditur sceleribus?*

Nihil omnino ita foedat & labefactat ecclesiam, ac simonia, quæ est pessima haeresis, & sacrorum omnium corruptela. Dolendum a multis saeculis male audivisse de simonia ecclesiam Gallicanam. De ea explodenda & eliminanda sollicito laboravit Gregorius epist. scripta ad Reges nostros, can. fertur, i. qu. i. Joannes VIII. epist. 98. Gregor. VII. lib. 4. epist. 22. Sed infelici fato ecclesiae

non-

monum exempta labes. His diebus recruduit foedissimum & teterimum vulnus ecclesiae, excitato novo simoniæ genere, quod eo periculosius est, quod pietatis colore adumbratur.

Exsurgite, evigilate, Pontifices, securi ad radicem apponite, ne admittatis hujusmodi permutationes: brevi evanescet hoc monstri genus, & ecclesia quæ hoc simoniæ schemate nimis foedatur, quamprimum pristinam faciem & decorum recipiet.

Præbenda vel beneficium non potest permutari cum beneficio ficto & imaginario, quod vocant *de pertica*; gloss. in cap. 1. *de renun.* in 6. Quanto difficilius potest permutari cum beneficio nummario, & bursali, quod latet in folle & arca, impatiens lucis & conspectus ecclesiae, quod nihil aliud est, quam commentum & simulacrum beneficii, non beneficium, sed redemptio beneficii, & simoniæ velamentum.

Simonia non contrahitur palam & publice in foro, sed variis artibus obnubitur. Quomodo tolletur simonia, nisi artes & machinae simoniæ tollantur & collatio pecuniæ, quæ est instrumentum & pignus perpetuum simoniæ, & quasi assidua obstetrix simoniæ, conciliatrix simoniæ, omnibus modis submoveatur?

Hoc maxime munus est Pontificum, totis viribus simoniæ compescere: magistratum quoque, quorum dignitas suas infulas, suum sacerdotium habet: haec vicariae partes sunt. Dignum est sæculo & regno Christianissimi Principis, ut deterrimum simoniæ genus de medio tollatur, dum sibi & suis non parcit, dum totis viribus bello & armis decertat ad coercendos hæreticos, & restituendum fidem catholicam eorum finibus exulanter.

Huic labi tollenda remedium aliquod tentarunt Pontifices, apposita clausula, dummodo non fiat animo permutandi. Sed frustra apponitur haec clausula, nisi remediis juris adjuvetur, manu Episcoporum & judicum: quo enim animo fundantur hujusmodi beneficia, quam animo permutandi cum beneficiis ecclesiasticis? Lex imperfecta est, quæ hoc genus permutationis vetat, & contractum non tollit, neque coercet. Inanis clausula, qua illuditur sacro præcepto: *Gratis acceptis, gratis date.*

PRÆLECTIO SOLEMNIS

AD LEG. ULT. ff. *de hered. instituend.*

Habita pro instaurandis scholis die xix. Octobris
M. DC. LXXVIII.

SOLEMNIS hujus prælectionis argumentum erit lex ult. ff. *de hered. instit.* quæ desumpta est ex Paulo lib. 2. decretorum seu sententiarum imperia- lium, lex singularis in toto jure secundum Bartolum. Hujus legis causa digna visa est judicio Principis. Hoc exemplo non indigna erit, ut spero, auditorio ill. Pontificis, & celeberrimi cœtus. Tolosa tot jurisperitorum parens, altrix & alumna, tot fere parit & educat judices, quot auditores. E scholarum subselliis quotidie surgunt præstantissimi judices. Nec respuit senatus quos schola probavit, & honesto pulvere foedavit. Mihi principalis vice judicii erit vestrum judicium, si de eo bene m̄ereri liceat. Veniamus ad speciem.

I i ij

Pactumeius Androsthenes testamento condito Pactumeiam Magnam Pactum eius Magni filiam ex asse heredem instituit, eique patrem ejus substituit. Forte occiso Pactumeio Magno, & perlato rumore de morte Pactumeiae, testator testamentum mutavit, & posteriore testamento Rufum heredem instituit, præmissis his verbis : *Quia hæredes, quos habere volui, contingere non potui, Rufus mihi hæres esto.* Mortuo testatore Pactumeia, quæ priore testamento heres scripta erat, per libellum adiit Imperatorem, eumque supplicavit, ut sibi consulteretur nullo & irrito dicto posteriore testamento, quod conditum esset ex falsa causa, ex falso rumore mortis ipsius Pactumeiae. Cognitione suscepta Imperator super ea re pronuntiavit.

Nimirum ea aetate Imperatores, utcumque rei bellicæ & totius orbis Romani cura districti, juris dicundi studium non omittebant, ac de quibusdam majoribus causis extra ordinem cognoscebant, exhibito consilio jurisperitorum, qui erant secretorum consiliorum participes. De his extra ordinem cognoscebant, quia judicia ordinaria suos habebant judices, præsides & proconsules in provinciis, prætorem & præfectum urbi in urbe.

Principis vero cognitione erat vel per querelam, seu recursum in prima instantia ut ostenditur in hac L. & L. i. & 2. C. quando libell. Princip. dat. maxime inter pupilos, viduas & alias miserabiles personas ; L. unic. C. quando Imp. vel per appellationem a sententiis præsidum & proconsulum, vel præfetti urbi ; L. Æmilius, de minorib. L. non putabam, de condit. & dem. L. qui Roma, §. seja, de V.O. vel per evocationem, ubi Princeps ex certis causis ad se evocabat causam pendentem coram inferiori judge ; L. judicium solvit, de judic. E qua desumptum est cap. ut nostrum, de appellat. Imperatores, inquam, extra ordinem cognoscebant de quibusdam majoribus causis, quæ maiorem judicem desiderabant, & auxilio Principis indigebant, quæ dicebantur cognitionis esse : de quibus Paulus collegit sex libros decretorum Severi & Antonini, seu, ut ipse interpretatur in inscriptione legis, sententiarum imperialium in cognitionibus proletarum. Notandum hoc loco Claudio, quod non solum de his, quæ erant cognitionis, judicaret, verum etiam de his, quæ erant jurisdictionis ordinariae, teste Tranquillo in Claudio cap. 15.

Cognitione suscepta apud Principem sedentem pro tribunali, adsidentibus jurisperitis, e quibus unus erat Paulus, quæsitum, an Paetumeiae deberetur hereditas ex priore testamento ; an Rufo ex posteriore, et si conditum esset ex falsa causa, ex falso rumore mortis Paetumeiae.

Dubitatem faciebat, quod prius testamentum ruptum erat posteriore ; L. i. de injust. rupt. Ac licet posterius testamentum conditum esset ex falsa causa, ex falso rumore mortis Paetumeiae, videbatur errorem falsæ causæ non vitiare institutionem, quia heredis institutio est mera liberalitas, quæ non indiget causa, & sola voluntate testantis sustinetur. Ex quo efficitur, ut neque expressio causæ, neque causæ [†] ætopia, seu evacuatio noceat, quia sublata falsa opinione, superest sufficiens & idonea causa donandi, nimirum voluntas donatoris, quæ est causa perpetua juris. Donatio est mera liberalitas : donari videtur quod nullo jure cogente, idest mera voluntate conceditur ; L. Aquilius, L. donari, de donat.

Falsa causa non vitiat institutionem, quia non habet vim conditionis, non cohaeret institutioni. Et hoc est quod dicebatur in hac lege, in rationem dubii falsum modum non obesse. Modus promiscue pro causa accipitur, quia perinde ac causa concipiatur per particulam ut, vel quia ; L. causam, §. ult. & ibi gloss. infr. de manumiss.

Item cum falsa causa non vitiet legatum ; L. demonstratio, §. quod autem, L. cum rale, §. [†] falsum, de condit. & dem. falsa etiam causa non debet vitiare institutionem. Eadem est ratio heredis scripti ac legatarii, quia legatarius in regata est quasi hæres ; L. id tempus, §. i. de usucap. Et testamentum, quo con-

tine-

[†] Potius, ^{xxv}
κατοις,

[†] falsam cau-
sam,

tinetur utrumque, heredis institutio & legata, non potest diverso jure censeri, ut falsa causa vitiet testamentum quoad institutionem, & non vitiet quoad legata. Una & eadem res non potest diverso jure censeri; L. *eum qui aedes, de usucap. cap. cum in tua, de decim.* Quælibet dispositio, sicut statua, uno spiritu, una linea ducitur; L. *in rem §. item quæcumque, de rei vindic.* In uno eodemque actu non est inducenda divisio voluntatis; L. *eum qui, §. ult. de his quæ ut indign.* L. *nam absurdum, de bon. libertor.*

Perlato rumore mortis Pactumeiæ, testator testamentum mutavit, in dubio scilicet sibi consuluit, propter incertum casum, ne intestatus decederet: atque ita in dubio magis videtur voluisse testamentum facere cum effectu, quam nihil agere. In dubio semper ea assumenda est interpretatio, ut quod agitut, potius valeat, quam pereat; L. *† quoties, de reb. dub.*

Ut sciatur quænam fuerit voluntas testantis, inspiciendum est tempus testamenti; L. *si alienam, §. 1. supr. hoc tit. non est spectandus eventus, non est spectandum quod constituit post testamentum.* Id mutatum ex falsa causa, ex falso rumore mortis Pactumeiæ: quia suprema judicia non debent pendere ex even- tu incerto; L. *illa institutio, supr. hoc tit.* Et in dubio videtur testator potius voluisse testamentum mutare, quam in discrimen venire, ne intestatus decederet: quia naturale votum hominum est, de suis rebus velle tuto disponere; solarium morientis, post mortem sibi esse superstitem, ac de suis disponere jam ademptis omnibus: *Solarium mortis voluntas ultra mortem, Quintil. declam. 308.* Nec quidquam magis debetur hominibus, quam ut rata sit suprema eorum voluntas, postquam aliud velle non habent; L. 1. C. *de Ss. eccles.*

Neque habetur ratio incommodi ejus, cui nocet posterius testamentum, quia damnum privatorum publica utilitate pensatur. Publice interest suprema judicia exitum habere; L. *vel negare, infr. testam. quem. aper.*

Error testantis, qui falso rumore deceptus testamentum mutavit, non vitiat testamentum, non officit veritati, cum appareat de voluntate testatoris. Etsi testator maluerit habere primum heredem, in dubio tamen sibi cavere, & prospicere voluit. Prudens consilium testantis animadvertisit, qui testamentum mutavit propter incer- tum casum prioris testamenti, ne intestatus decederet. Licet testator in posteriore testamento præfatus sit, se alterum heredem instituere, quia audivit primum heredem in vita decessisse, præfatio hujusmodi non habet vim conditionis. Præfationes, quæ apponuntur testamentis, sunt nudæ & simplices enuntiationes, quæ non per- tinent ad dispositionem ipsam testamenti. Verba enuntiativa nihil disponunt; L. *verba, C. de testam. L. ex his, C. de testam. milit.* Qui testari voluit, non præsumitur præfationem injecisse testamento, ut sibi insidias strueret, & machi- nam pararet ad evertendum testamentum. Qui testari vult, non præsumitur eli- gere viam, eligere genus testandi ad impugnandum judicium suum; L. *si miles, † de testam. milit.* Præfationes testamentis apponi solent; sed vis & potestas testa- menti non pendet ex præfatione: immo tota pendet ex dispositione, uti legaf- sit sua rei; L. *verbis legis, de V.S. quemadmodum vis & potestas legis non consistit in prologo, sed in ipsa legis ordinatione.* Et hoc est quod sensit Seneca epist. 93. *Nihil est frigidus & ineptius, quam legem cum prologo.*

Cognitione agitata Imperator pronuntiavit, hereditatem deberi Pactumeiæ ex priori testamento, quasi prius testamentum non esset sublatum posteriore: quia mutatum erat ex falsa causa, ex falso rumore mortis Pactumeiæ. Testamentum cum sit actus legitimus & solemnis, judicium magis, quam beneficium defuncti, voluntatis nostræ iusta sententia non temere mutatur ex vano rumore: *in ru- more calumnæ genus est primum credere,* ait Quintilian decl. 11. id est falsi genus est statim rumori credere, ne suprema judicia sint semper in pendentib & in in- certo. Falsus rumor non debet obesse veritatib; L. *si quis mihi bona, §. plane si rumor, de adqu. & omitt. hæred.* L. *si cum vel in utero, C. de test. milit.*

^{† quotiens, 12.}

^{† 1.}

Institutio Pactumeia non sustinetur ex priori testamento, id est ex verbis testamenti, quod jam sublatum est posteriore; sed ex voluuntate testantis, quae inesse videtur secundo testamento, quasi tacite repetita, ut satis insinuatur ex eo quod testator dixit in praefatione posterioris testamenti, se ad alios heredes transferre, quia primum heredem habere & contingere non potuit. Quae verba geminata & repetita, sunt argumenta enixa voluntatis, quae inducunt dispositionem quemadmodum enixa voluntatis preces, et si minus solemnii testamento contineantur, inducunt fideicommissum; L. *cum pater*, §. * *Lucius, de legat.* 2. L. *Ballista, ad Trebell.* Sæpius in jure idem bis dicitur, id est repetitur, dubitationis tollenda vel affectus probandi causa; L. i. §. *sed sciendum, de ædil. ædict.* ut in sacris libris repetitio usu frequens est, eodem animo affectus probandi; Augustin. in psalm. 6. Ejusdem sententia repetitio, non quasi enunciantis necessitatem, sed affectum exultantis ostendit. Et licet mentio primi heredis fiat tantum in praefatione posterioris testamenti, eadem videtur tacite repetita in dispositione: quia plerumque quae in praefatione, continentur etiam in stipulatione, quanto magis in testamento contineri intelliguntur, L. *titia, §. idem respondit, de V. O.*

Testamentum posterius non infirmatur ob id quod contineat falsum modum, falsam causam: sed maxime infirmatur ex voluntate testantis, quae sola spectatur: quia non mutatus creditur testamentum, si certus fuisset Pactumeiam esse superfitem. Voluntas permanere intelligitur, quae non mutatur nisi ex falsa causa, eaque specialiter notata; alioquin non mutanda. Quod mutatur sub conditione, sub contraria conditione non mutari intelligitur: quemadmodum quod legatur sub conditione, sub contraria conditione ademptum intelligitur; L. *ali quando, de condit. & demonstr.*

t. ex facto, Testamentum prius salvum & incolume tuetur voluntas defuncti, qui omnino de alio testamento non cogitasset, nisi error, aut mendacium falsi nuncii eum decepisset. In testamentis voluntas defuncti totum facit; L. *t. facto, §. rerum, supr. hoc tit.* In testamentis voluntas defuncti vicem legis obtinet, ex 12. tabul. *Uti legassit sua rei.* In testamentis voluntas defuncti primum locum obtinet, eaque regit conditions; L. *in conditionibus, de condit. & dem.*

Testamentum quidem minus solemnii voluntate non constituitur, nec revocatur nisi perfecto posteriore testamento, vel capitulis deminutione, puta adrogatione, si testator se adrogandum dederit: quia per adrogationem fit filius. & testamentum recidit in eum casum a quo incipere non potuit. Sed si per emancipationem soluta adrogatione, codicillis vel aliis litteris declaraverit se eodem testamento emori velle, testamentum semel defectum nuda & minus solemnii voluntate restituitur: voluntas, quae defecera, recenti judicio rediisse intelligitur, L. *qui ex liberis, §. ult. de bonor. possess. sec. tabul.* Testamentum facilius restituitur quam dissolvitur, quia prioris voluntatis reliquiae sustinent testamentum. Prior voluntas superesse intelligitur, maxime si prius testamentum modo conditum sit. Voluntas prior durare intelligitur, nisi probetur mutatio voluntatis; L. *eum qui, de probat.* L. *cum hic status, de don. inter vir. & uxor.* Tam cito non presumitur mutatio voluntatis; L. *non ad ea, de condit. & dem.*

Eadem ratione prius testamentum non revocatur posteriore, quia sustinetur voluntate testantis, quae velut Regina legem dat testamentis. Et hoc satis probabile est propter favorem novissimarum voluntatum.

Durius erat, quod eodem iudicio Principis pronunciatum est, falsam causam adjectam posteriori testamento vitiare quidem institutionem, sed non vitiare legata eodem testamento relata, & legata deberi ex posteriori testamento per heredem scriptum priore testamento. Videbatur heres non teneri praestare legata, quae a se relata non essent: quem non honoro, gravare non possum; L. *ab eo, C. de fideic.* Heres priore testamento scriptus, non capit hereditatem ex posteriore testamento, sed capit eam quasi a semetipso ex primæ voluntate defun-

defuncti. Testamentum quod non valet quoad institutionem, quæ est summa & caput testamenti, nullo modo valere potest quoad legata, quæ sunt appendices, accessiones & partes institutionis. Legata non debentur ex testamento, ex quo hereditas adita non fuerit; L. *eam quam*, C. *de fideicommiss.* Hereditas redit ad heredem priore testamento scriptum, recenti judicio, quasi ex secundo testamento, atque ita sine onere legatorum, quæ ab alio herede relicta sunt.

Verumtamen legata debentur ex posteriore testamento, per heredem scriptum priore testamento, quia circumducta & quasi spongia deleta institutione secundi heredis, institutio primi censetur repetita in secundo testamento; & legata præstantur, quasi ab eo relicta sint: vel si mavis, legata debentur ex posteriore testamento, per heredem scriptum priori testamento, quasi ab eo relicta essent codicillis ad prius testamentum factis. Secundum testamentum non valet ut testamentum, sed ut codicillus, ita ut legata præstantur a primo herede scripto, acsi codicillis ab eo relicta essent, ut tradit Imola hic. Neque hoc absonum & alienum est a jure. Interdum legata debentur ex nullo testamento; L. *cum quidam, infr. de his quæ ut indign.* Ex causa præteritionis vel exhereditationis, rupto testamento, testamentum rumpitur quoad institutionem: cetera, idest legata & fideicommissa firma permanent; auth. *ex causa*, C. *de liber. præter. vel exhered.*

Non absimile fuit judicium Adriani in testamento matris, quæ per errorem filium absentem præteriit, credens eum in bello periisse, extraneo herede instituto, hereditatem ad filium pertinere, ita ut legata & libertates testamento relictæ, ab eo præstantur, quia sublata falsa opinione supereft causa pietatis; L. *† si instituta, §. 3. & seq. de inoff. testam.* Conjectura pietatis filius per errorem præteritus, pro non præterito habetur: quia nemo præsumitur alienas successiones suis velle anteponere; L. *cum acutissimi*, C. *de fideicommiss.*

*+ cum mater,
L. si instituta,
§. 4. de inoff.
testam.*

Eadem conjectura pietatis nititur L. *si mater*, C. *de inofficiis.* ex qua, si mater duobus filiis heredibus scriptis, tertium jam a partu rubentem præterierit, & in ipso puerperio defecerit, antequam haberet tempus mutandi testamenti, Imperatores rescripsere, filio præterito subveiendum esse propter repentini causi iniquitatem, ut citra querelam inofficiosi ei detur virilis portio hereditatis, acsi cum fratribus institutus esset, ne infelix puer simul duplice vulnere fancetur, morte matris, & damno bonorum. Afflictio non est danda afflictio; L. ** di-*
vus, de offic. præsid.

Pactumeia fine pietatis offensa exheres fieri non poterat: sed ut restituatur, egebat auxilio Principis, cuius est in casibus de novo emergentibus subditis subvenire, nova jura condere pro rerum & causarum necessitate, vetera emendare, vel quæ defunt supplere; L. *humanum*, C. *de legib.* Quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio Principis; L. *de etate, §. † de causa, de inter-*
rog. in jur. fac. In re dubia confulendus fuit Princeps. In dubiis judices solebant consulere Principem consultatione vel relatione missa, de quibus conceptus est tit. *de appell.* & *relat.* Hinc Plin. lib. epist. 107. ad Trajanum: *Solemne est mihi, domine, omnia in quibus dubito, ad te referre: quis enim potest melius vel cunctationem meam regere, vel ignorantiam instruere?*

+ ex causa,

Ne vos morer: hereditas datur Pactumeiæ, non beneficio Principis, ut voluit D. Cujac. hic. Hereditas datur testamento vel a lege. Hereditas beneficio Principis neque dari, neque admiri solet. Beneficium Principis ad alienam injuriam porrigi non oportet; L. *impuberi, de adm. tutor.* L. *† pen.* C. *de eman-*
cipat. liber. Et si hereditas detur a Principe, non est beneficium, sed injuria, *nec avus,* *+ antepen.*

Tutius & sanius est dicere hereditatem dari Pactumeiæ ex voluntate testantis, nimirum ex decreto Principis, qui causa cognita ex consilio jurispritorum voluntatem defuncti amplexus, qui solus potuit adjuvare, & restituere volunta-

tem defuncti, & quasi mortuam, vel sopitam suscitare. Haeribant judices nō vitate casus suspensi. Difficilis erat quæstio voluntatis, quæ tota pendebat ex conjecturis. Puteus altus est. Periculosa quæstio æquitatis, in qua plerumque sub auctoritate juris perniciose erratur; L. si servum, §. sequitur, de V.O.

Rei expedienda, rei explicanda causa aditus est Princeps, qui solus omnia iura habet in scrinio peitoris, qui causa cognita ex consilio juris peritorum pronuntiavit hereditatem deberi Pactumeiæ ex voluntate testantis, qui a priore voluntate minime recessisse intelligitur, qui testamentum mutavit ex falsa causa, ex falso rumore mortis Pactumeiæ. Velle non videtur qui errat: errantis nulla est voluntas. Nihil tam contrarium voluntati, quam error, qui imperitiam & voluntatem detegit; L. si per errorem, de jurisdicit.

F I N I S.

I N D E X

R E R U M ,

quæ in hoc volumine continentur.

A

ABBAS olim sine consilio Episcopi dicecesani lites intentare & prosequi non poterat , 14. *Abbas* S. Dionysii noxas capitales remittit in jurisdictionis sue limite ex privilegio Dagoberti Regis , 68. officialium majorum comitatu olim usus , 106. *Abbas* S. Germani de Pratis Parisiis annum censum exigere solitus a suis hominibus & hospitibus ex consuetudine , 55. 56. *Abbas* Wisimburgensis , dicecessis Spirensis , cum suo monasterio , habet jus cudenda monetae a Dagoberto Rege fundatore , 54. *V. Moneta* . *Abbas* Prumiensis in Germania olim dapifero usus & pincerna , 106. *Abbas* vel prior , qui venationi clamoræ interest ex proposito , incurrit poenas suspensionis , 202. *Abbate* vel priore suspenso a collatione beneficiorum , collatio devolvitur ad priorem claustralem cum consilio conventus , 202. In *abbatem* religiosus alterius ordinis eligi non potest , 170. *Abbates* regalium nomine per se militare prohibiti decreto concilii SueSSIONENSIS , 138. hinc quoque per sigilli traditionem institui soliti in Oriente , *ibid.* & seqq. uti & per ejusdem sigilli fractionem prælatura abire jussi in Occidente , *ibid.* in Germania ut plurimum sunt Comites & Principes sancti imperii , 102. 103. *Abbates* patres vocati , 167. *Abbates* & alii prælati regulares coram quo judice possunt convenire sibi subditos , *ibid.* *Abbates* benedici soliti , 205. *Abba-*

Tom.V. Par.IV.

tie magnatibus in alodium & beneficium idest feudum datae , sub lege servitii militaris , 30. & earum manus & prædia ab iisdem in retrofeudum militibus data , *ibid.* immo & mundo muliebri Reginarum & illustrium matronarum indultae , *ibid.* *Abbatissa* monasterii S. Crucis PiCTAViensis conjecta in carcerem , soluta in paschate instante Episcopo , 67. *Abbatissa* vel priorissa per se jurementum fidelitatis præstare coacta , quomodo agere debeat , 204. 205. *Abbarissa* intra quod tempus benedictionem debent suscipere , 205. *Abbatum* nomen tabulis & actis publicis cum consensu monachorum & advocati , 14. *Abbatum* investitura per baculum celebrata , 143. & per funem campanæ , *ibid.* *V. Investitura* . *Abbi*-Comites laici in Gallia quinam , a quibus Regibus & quamobrem instituti , 29. 30. bona & titulos *abbatum* usurpantes , & decanos , monachis relicta portiuncula , imponentes , *ibid.* itaut etiam in monasteriis monachorum & sanctimonialium , cum uxoribus , militibus , & canibus abitarent , *ibid.* & bona ecclesiarum in retrofeudum darent militibus suis , *ibid.* contra quos abusus acriter declamarunt synodus Gallicæ & Germaniæ . *ibid.* *Abbo* abbas Floriacensis bajulo usus iterineris sui individuo comite , 106. quem & martyrii sui testem habuit . *ibid.* *Abbo* Comes temporarius Pictonibus a Carolo M. impositus . 8. *Ablata* . Male *ablata* incerta quid sint , 216.

K k

- Abolitiones* criminum, jus exceptum a Duce Britanniæ Petro in partis initis cum D. Ludovico, 68. *Abolitionum* arbitrium in unum Regem collatum in Gallia ex edicto Ludovici XII. *ibid.* V. *Indulgentia criminum*, & *Remissio criminum*. *ibid.*
- Absoluti* a crimine per Regem, excommunicationi, si quæ criminis sit annexa, non subjacent, 65. quid ita, *ibid.*
- Acacius* Beronensis Episcopus maxime commendatus ab hospitalitate. 35.
- Accipitrum* maxima cura & studium apud Francos venationis gratia, 116. 117. hinc in obsidione Parisiaca per Normiannos, non soluti, nisi in extremis. 116.
- Aeradina* capta, arce Syracusana, qua liberalitate usi Romani erga servos & vincitos. 66.
- Action*. Quæ actio detur in patrem ob enormem læsionem. 239.
- Adalbertus* Comes Petragoricensis insultat Regibus Hugoni & Roberto, querentibus per misum, qui eum Comitem constituisset? temerario & arroganti responso. 119.
- Adelberto* Augustensis Episcopus, præbendarius monachus in monasterio Laurishamensi effectus. 27.
- Adelricus* Vasconum Dux Corsonem. Comitem Tolosæ ad sacramentum fidei adigit. 8.
- Adeptione* secundi curati, vel alias incompatibilis beneficii, vacat primum, 192. 193.
- Ado* clericus sedi Arvernensi a Comite Stephano intrusus. 18.
- Adrianus* Papa Carolo M. jus eligendi Episcopos concedit. 16.
- Adfessores* præsidum in provinciis, Comites dicti. 3.
- Advenæ* & peregrini jure civili factiōnem testamenti activam vel passivam non habebant, 70. eorum bona in Gallia cum moriuntur fisco cedunt, *ibid.* nisi litteris regiis adlecti in cives, *ibid.* lege Gothica non nisi mortuorum absque vel herede legitimo vel testamentario, *ibid.* & ex constitutione Friderici II. *ibid.* V. infra
- Albanagii* jus, *Albani*, & *Peregrini*.
- Adulfus* senescallos sub Carolo M. contra Britones missus. 126.
- Advocati* jurisdictionem temporalem ecclesiarum & monasteriorum exercere permitti, 151. beneficio Imperatorum Regum, & Principum, *ibid.* eorum jurisdictione temporalis in servos & colonos ecclesiarum, 14. stipendia, 14. 15. & annonæ, 12. tandem graves & onerosi ecclesiis per exactiones indebitas, quibus modus impositus a Lucio III. 15. & Eugenio II. *ibid.* expletis viginti advocationis annis Comitum titulo decorati, 3. eorum munus quod, 14. cur & quando expediti ab ecclesiis Africanis & Cismariniis, 13. item in Gallia & Germania, *ibid.* ab Imperatoribus impenetrandi, rescripto Caroli M. *ibid.* ab advocatis in Anglia usurpata vacantium ecclesiarum custodia. 23.
- Advocatio* & defensio ecclesiarum tum cathedralium tum conventionalium quo jure nixa, 10. libera nonnunquam ex mera voluntate ecclesiarum seu monasteriorum, 11. annua dona pro ea Regibus illata, interdum pecunia, *ibid.* primis sculcis gratis praestita, 12. jus regium coronæ inhabens & inseparabile, *ibid.* ne quidem cum alienatione vel concessione duatus vel comitatus, in quo sunt sitæ, *ibid.* probatur exemplis, 12. 13. etiam a Germanis Imperatoribus exercita, 11. *Advocatio* ecclesiarum Burgundia vindicata a Philippo Augusto adversus Hugonem Ducem Burgundia, 13. *Advocatio* regiæ in ecclesiis, privilegia quæ, 11. *Advocatio* nomine olim certa prædia assignata in beneficium, 15. *Advocatio* episcopatum & cathedralium ecclesiarum nonnunquam in beneficium data, 13. patet exemplis. 13. 14.
- Ædium* culmina fastigata, domorum Cæsarum insignia, 112. 113. cum antea ædium sacrarum & templorum esset privilegium, 113. impositæ etiam deorum statuæ culminibus, æqua cum sacris affectatione, *ibid.*
- Ædium* triumphalium Rome veteris insi-

- insigne quale. 112
Aeris & ferri fodinæ privatis in Macedonia reliæ. 83.
Aestivalia quid sint. 200.
Ætas in promovendis ad dignitatem . 177.
Ætas discretionis quæ sit , 199. quæ sit legitam ætas ad sacerdotium, 203. quænam ætas in inquisitore requiritur , 212. 213. cur major ætas quam in Episcopo, 213. sub quibus peñis inquisitores pecuniam extorquere videntur , *ibid.* inquisitores delinquentes quomodo puniendi. *ibid.*
Afflictio non est danda *afflictio*. 213.
Agathensis Episcopus postulatus naufragii raptati apud Innocentium III. 85.
Agiprandus Dux sub Luitprando Rege Longobardorum. 136.
Agnatorum prossimiorum in feudis successio jure e moribus orto recepta . 134.
Agri limitanei militibus limitaneis distributi apud Rom. & in heredes translati sub perpetuo onere militiae , 132. *Agri* infestis grassatoribus ab Henrico I. Imperatore insefudati, qua lege . 146.
Americus Comes Narbona a Carolo M. institutus , recepta Nabona a Saracenis . 8. 9.
Americus vicecomes Toarsii in parlamento Galliarum Parisiis convocato hominio Regi Ludovico VIII. praefat . 144.
Alanus dapifer Archiepisc. Dolensis inter heroes sacræ expeditionis memoratus . 106.
Alardus Warenstimensis feudis multatus a Guillelmo Comite Flandriæ , ob receptatum unum ex sicariis Caroli Comitis . 155.
Albanagii jus acerbius exercitum in Gallia , flagrante bello contra Anglos . 171.
Albani peregrini in Gallia , & examinati hujus vocabuli etymon , 68. non tamen a Scotis , Albianis dictis, *ibid.* V. supra *Advena* .
Albero Metensis Episcopus , 18. frater Theoderici Ducis Mosellanorum. *ibid.*
Albertus Magdeburgensis Archiepiscopus quomodo multatus ab Othonie M.
- pro occursus honore impenso Herimanno Saxonie Duci . 41.
Albinates , sive *aubains* , iidem qui advenæ , & Albani in quibusdam diplomaticis . 68.
Albinus Severo Imperatori suspectus , qua arte & dolo oppressus . 65.
Albinus institutus a Dynamio in episcopatu Uzeticensi , præcipiti fato remotionis dedecore se eripit . 17.
Albreitus dynasta potens in Vasconia , quibus copiis se pro Principe Wallie Duce Aquitanæ contra Regem Castellæ militaturum profitetur . 118.
Alexander M. victor Asia , a Pontifice Judæorum Jaddo cum occursus honore exceptus Hierosolymis . 39.
Alexander III. academia Bononiensis doctor . 233.
Alexandria , civitas libera concessione Severi . 61.
Alienatio beneficiorum vetita , 248. *Alienatio* rerum ecclesiæ nulla , nisi fiat causa cognita &c. 194. prohibita *alienatione* , prohibita non censetur locatio ad modicum tempus , *ibid.* *Alienatio* libera , 231. *Alienatas* res a patre , variis actionibus liberi revocant. *ibid.*
Alisia Henrici II. Campaniæ Comitis filia , uxor Hugonis de Lisiniano Regis Cypri , 150. contendit de successione patrui sine liberis defuncti coram Ludovico VIII. *ibid.* cui ob eam rem quæstio de statu movetur , quam prius terminandam censet Honorius . *ibid.*
Allodium consistere potest sine jurisdictione uti & feudum . 149.
Almutium quid sit , 200. quibus *almutiis* monachi debeant esse contenti , *ibid.*
Alfonsus Comes Pictavieisis , frater germanus D. Ludovici , Comes Tolosanus ex capite Joanne Tolosanæ uxor . 125.
Altare viaticum quid sit . 216.
Alzeco Dux Bulgarorum jussu Grimoaldi Longobardorum Regis Castaldus creatus , deposito Ducis nomine . 136.
Amisenorum civitas libera sub Trajaneno . 61.
Amortizazio feudorum collocatorum ec-

- clesis Anglicanis necessaria moribus
 regni, 45. usurpata a Ducibus & Co-
 mitibus in Gallia, *ibid.* & aliis mi-
 noribus feudorum dominis, *ibid.* V.
Manus mortua.
Avidius Græcis, nobis redemptio
 feudi, quale jus, & quando domino
 feudi competit. 153.
Andegavum. V. *Comitatus Andega-*
vensis.
Avdoponizie quid apud veteres Græ-
 cos. 86.
Andronici Comneni ludicum inventum
 in ludibrium infelictum maritorum,
 quorum toros adulterio fœdabat. 113.
Angli ante adventum Normannorum
 in *Angliam* quo pacto firmabant chi-
 rographa, 98. *Angli* ad episcopatus
 promoti in Gallia in ditionibus, quæ
 Anglis parebant sub titulo ducatus,
 vel *Comitatus.* 71.
Amone posterioribus saculis ecclesiis im-
 posita pro advocatione. 12.
Ansearii subdiaconi confessio & poenitentia
 in synodo Tullensi de sua in
 Lingonensem ecclesiam intrusionem superstite etiamnum Isaac Episcopo. 25.
Anselmus Beccensis abbas postulatus in
 Archiepiscopum Cantuariensem in
 Anglia cum consensu Roberti Co-
 mitis Normanniæ. 71.
Antestius Dux Santonum, ejus impie-
 tas ob violatam paschatis celebritatem
 in Palladio Santonum Episcopo. 67.
Antiochus Theodosii juniorus bajulus
 apud Cedrenum. 127.
Apollinaris ecclesiae Arvernensi Episco-
 pus impositus a Theodorico Rege. 15.
Apôstoli, libelli dimissorii, 288. quo-
 modo postulandi. *ibid.*
Appellans ab interlocutoria, 189. *A*-
 pellans secundo a repulsione exceptio-
 nis peremptoriæ non audiendus, 190.
Appellans si intra tempus non pro-
 sequitur causam appellationis, sen-
 tencia manet rata, *ibid.* *A*ppellans
 debet exprimere in libello appellationis causas, 189. *A*ppellans appella-
 tioni renuntiasse videtur, quando, 188. *A*ppellant qualiter tempus datur,
 189. *A*ppellare non licet ab actis extra judicialibus, 172. si appellaverit
 competitor ab electione, *ibid.* si ap-
 pellatur ab interlocutoria, judex tan-
 tum agnoscit de articulo super quo
 appellatum est, 183. *A*ppellatio de-
 ferta, 189. *A*ppellatio ad S.A. quan-
 do devoluta censetur, 172. *A*ppella-
 tio publicanda in loco publico, si
 tuto appellatus intimari nequit, *ibid.*
*A*ppellationis intimatio ad domum
 appellati, *ibid.* *A*ppellatione omissa,
 per querelam agitur, 173. *A*ppella-
 tio ab electione intra decem dies,
 post decendum non admittitur, sed
 querela, *ibid.* *A*ppellatio debet fieri
 coram iudice a quo appellatur, 188.
*A*ppellato ignorantibus, appellationis inti-
 matio legitime facienda, *ibid.* *A*ppella-
 tio ab interlocutoria, 187. *A*ppella-
 tionis prosecundæ tempus non
 curit, quando, 188. *A*ppellationi de-
